
NAZIONALE
VITT. EMANUELE
13
1 H
3



PRAXIS
HABENDI CONCVRSVM
AD VACANTES PAROCHIALES ECCLESIAS,

Ad ſtylum Romanæ Curiæ accommodata, elucubrata, & miro ordine diſpoſita.

PER IO. ANTONIVM MASSOBRIVM I. V. D.
Archipreſbyterum Alexandrinum, & S. Officij Conſultorem.

In qua breuiori Methodo diſcutiuntur ea, quæ in cuiuſuis generis beneficij vacatione præſtari debent, ac poſſunt per quoſcumque inferiores collatores.

Et nunc ab Auctore recognita, à mendisq. quibus ſcatebat expurgata, & quampluribus nouis dubijs, & practicabilibus doctrinis aucta, atque ab eruditiſsimis Almæ Vrbis Aduocatis commendata, pro iiſdem collatoribus, & Aduocatis denuo in lucem data, cum duplici Indice.

Tractatus verò de Synodo Epiſcoporum pariter auctus, & maximè locupletatus ſeparatim recuditur cum ſuo Indice.

CVM PRIVILEGIO.

ROMÆ, Ex Typographia Iacobi Maſcardi, MDCXXVI.

SVPERIORVM FACVLTATE.

ILLVSTR.MO AC REVER.MO D.

D. ERASMO PARAVICINO

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPO ALEXANDRINO, ET COMITI.

Domino, & Patrono Colendissimo P. F.

OLLEGI, Illustrissime Præsul, non sine grandi, longoq. labore, à selectissimis Auctoribus multa de habendo concursum ad Ecclesias Parochiales vacantes. Et licet solo naturali sciendi desiderio impulsus huiusmodi laborem subiuerim; nunc tamen compellor amicorum hortatu, quibus visum est eum fore utilem plerisq. Ecclesias gubernantibus, prælo subijcere: Cum autem iudicio eruditissimorum virorum plurimum tribuam, non potui illis non assentiri; cum præsertim neminem adhuc viderim, qui huiusmodi materiam in volumen certum cumularit, atque congesserit. Exeat igitur in publicum libellus inscriptus, dicatusq. nomini tuo, cuius ut patrocinium, & lucem quærerem, causæ me probabiles impulerunt. Vt enim de tuis taceam virtutibus, quæ te dignum OCTAVIO Cardinali Patruo tuo nepotem ostendunt, quæque in diu-

turna nouem annorum legatione apud Ferdinandum Archiducem, inuictissimumq. Imperatorem longè spectabilem reddiderunt; vt, inquam, de his in præsentia taceam; tu mihi dum opus elucubrabam potissimum occurrebas, in quo cernerem expressa, quæ scriberem. Video enim quanto cum studio, ac sedulitate in has Alexandrina Ecclesia, quam fæl. rec. Paulus V. optimo consilio tibi regendam tradidit, ea perficias, quæ hic disputantur à me. Huc accedit, quod postulabat à me aliquod officium ista beneuolentia, qua me semper es prosecutus, ac tantis affecisti beneficijs, vt propterea optabilius mihi nil vnquam contingere potuerit, quam vt sese mihi offerret occasio, qua possem tibi Domino meo optimè de me merito signum aliquod animi grati præbere. Hilari itaque animo accipias opus, quod tibi dono: sereno aspicias oculo, quod tibi consacro: benigno tutare præsidio, quod tibi committo; hac enim ratione opus ipsum, quod per se certè non est, per te sanè vndique clarum prodibit. Quod reliquum est Deum Opt. Max. tibi Domino meo propitium vehementer exopto; vtque te incolumem quam diutissimè conseruet enixè, etiam, atque etiam rogo. Alexandriæ 9. Cal. Decembris 1624.

Deditissimus, & humillimus seruus

Io. Ant. Massobr. Primic. Alexandr.

IA-

IACOBVS MASCARDVS
Ad Pium Lectorem.

PRAXIM habendi concursum ad vacantes Parochiales Ecclesias, nuper æditam per Ioan. Ant. Massobrium I. V. D. aliàs Primicerium, nunc verò Archipresbyterum Alexandrin. hodie ab eodem Auctore, nedum à plurimis mendis, quibus scatebat, expurgatam; verum etiam multis nouis dubijs, & practicabilibus doctrinis, atque stylis auctam; mihi autem ab eminentissimis huius Almæ Vrbis Aduocatis commendatam, prælo meo recudendam libenter subieci, tibiq. Pio Lectori ex animo publicam facio.

Porrò vt oculo facilius occurrant, quæ addita asserui, hac ¶ nota illa indicanda putaui.

Æquo itaque animo illam accipias, serenoq. oculo perlegas, dum tractatum de Synodo Diœcesana eiusdem auctoris imprimo; Auctori autem bene precare, vt totius rei beneficiariæ promptuarium iamiam paratum ædere libentius valeat. Romæ 23. Aprilis 1626.

AD VIGILEM PRÆSVLEM.

QVALIA possis Præsul Clero impendere dona
Tutò benefica, perdocet iste liber:
Et docet, vt possis Christi, quos, quomodo, quando,
Ac vbi, pastores ponere rite gregi.

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

A. Episc. Hierac. Vicesg.

EGo Augustinus Barbosa Presbyter Bracharen. V. I. D. Lusitanus, ac Prothonotarius Apostolicus, de mandato Reuerendissimi P.F.Nicolai Rodulfij S. Apost. Palatij Magistri perlegi Praxim habendi concursum ad Parochiales Ecclesias, & tractatum de Synodo Diœcesana seu Episcopi, vnà cum additionibus, Auctore Reuer. & admodum Illustri D. Io. Antonio Massobrio dignissimo Alexandrinæ Ecclesiæ Primicerio, nunc eiusdem Archipresbytero, & S. Officij Consultore, & nihil inueni quod Fidei, & bonis moribus aduersetur, imò opus sanè iudico vtilissimum, & iterum Typis mandari posse censeo, in quorum fidem mea propria manu subscripsi, hac die 13. Decembris 1625.

Augustinus Barbosa qui supra.

Imprimatur,
Fr. Antoninus Phœbæus Mag. & Socius Reuerendiss. P. F.Nicolai Rodulfij Sacri & Apostolici Palatij Magistri, Ord. Prædic.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

VM, sicut dilectus filius Iacobus Mascardus Typographus Almæ Vrbis nostræ Nobis nuper exponi fecit ipse vnum Praxim habendi concursum ad vacantes Parochiales Ecclesias, per dilectum filium Io. Antonium Massobrium I. V. D. Archipresbyterum Alexandrinum, & S. Officij Consultorem compositum, aliasq. impressum, nunc ab eodem Ioanne Antonio recognitum & auctum; necnon aliud per bo. me. Marcum Antonium Episcopum dum viueret primò Montis Marani, & deinde Iserniens. compositum& aliàs etiam impressum, nunc verò nouis Additionibus in illud per dilectum filium Fælicem Contilorium Romanum Sac. Theol. ac I. V. D. factis illustratum & auctum, Praxim Curiæ Archiepiscopalis Neapolitan. respectiuè inscripta opera de nouo Typis mandare Intendat; vereatur autem ne postquam dicta opera sic impressa in lucem prodierint, alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt, opera ipsa imprimi facere curent in ipsius Iacobi præiudicium. Nos eius indemnitati, ne ex impresione huiusmodi aliquod dispendium patiatur prouidere, illumq. specialibus fauoribus & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ipsius Iacobi nomine Nobis desuper humiliter porrectis inclinati. Eidem Iacobo, vt decennio proximo durante à prima dictorum operum, dummodo tamen antea à dilecto filio Magistro Sacri Palatij Apostolici approbata sint per dictum Iacobum facienda impresione computando, nemo tàm in Vrbe, quàm in reliquo Statu Ecclesiastico mediatè vel immediatè Nobis subiecto opera prædicta sine speciali dicti Iacobi, aut eius hæredum & successorum, vel ab eis causam habentium licentia imprimere, aut sic ab alio vel alijs impressa vendere, seu venalia habere, seu proponere posit & valeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus: inhibentes propterea vniuersis, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus, præsertim librorum impressoribus sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum, & Typorum omnium, pro vna Cameræ nostræ Apostolicæ, ac pro alia eidem Iacobo, ac pro reliqua tertijs partibus accusatori ac Iudici executori irremissibiliter applicandis, & eo ipso absque vlla declaratione incurrendis pœnis, ne dicto decennio durante opera supradicta, aut aliquam eorum partem tàm in Vrbe, quàm in reliquo Statu Ecclesiastico prædictis, sine huiusmodi licentia imprimere, aut sic alibi ab alio, vel ab alijs impressa vendere, aut venalia habere, seu proponere quoquomodo audeant, seu præsumant. Mandantes propterea dilectis filijs nostris, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatis, seu eorum Vicelegatis, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iustitiæ Ministris, Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status nostri Ecclesiastici prædicti, quatenus eidem Iacobo eiusq. hæredibus & successoribus, seu ab eis causam habentibus huiusmodi in præmisis efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocumque ab eodem Iacobo, seu alijs prædictis fuerint requisiti pœnas prædictas contra quoscumque inobedientes irremisibiliter exequantur. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concesis, confirmatis, & approbatis, cæterisq. contrarijs quibuscumque. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam in ipsis operibus impresis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Anulo Piscatoris die ix. Maij M D C X X V I. Pontificatus nostri Anno Tertio.

V. Theatin.

Locus ✠ Sigilli.

PRAEFATIO.

CTVRVS *breui methodo de ijs, quæ præstare debet, ac potest Episcopus, iuxta dispositionem Sac. Conc. Trid.* sess. 24. c. 18. de refor. *& constit. S. me. Pij V. quæ incipit,* In conferendis, *in examine eorum, qui præficiendi erunt Ecclesijs Parochialibus dum pro tempore vacabunt: Illius in primis opem humiliter imploro, ipsiq. soli me toto corde committo, atque tota deuotione commendo, qui ijs, qui à se sapientiam postulant, dat omnibus affluenter* Prou. cap. 1. *& à quo omne datum, optimum, & omne donum perfectum descendit* Iac. cap. 1. *Deinde expresiè protestor, me nè quidquam dicturum, scripturumuè, quòd dissonum, nedum contrarium sit dogmatibus* Orthodoxæ *fidei, vel Sanctorum Patrum doctrinæ: ac propterea, ex nunc vltrò ea omnia, quæ dicturus sum, subijcio correctioni, & censuræ S. M. E. quæ planè vt solidiora euadant, polliceor ea depromere, nonnisi ex probatorum Auctorum tractatibus, ita vt etiam de verbo eorum dicta, vbi opus fuerit, referre pertæsum me non erit; memor sapientis dicti,* Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere, Ecce hoc recens est, *Eccl.* cap. 1.

Illud præterea cauebo, iuxta admonitionem D. Ant. Scappi, in suo tract. de iur. non scrip. lib. 1. c. 2. n. 3. *seu potius Præpositi,* in c. legis 10. dist. *vt verbositas omnis procul sit, nec plures doctores allegentur, ne mens legentis allegationum prolixitate nimis fatigata succumbat.*

Canonem tandem nullum, legemq. nullam vllatenus referam, nisi certam, & meis oculis perspectam; ne impressorum errores sequendo, vt alijs contigit, in eorum allegationibus, me, cæterosq. fallam; quocirca illud, non ineptum reputari vellem, si ad vnumquemq. Canonem, atq; legem eum numerū adiunxerim, quo in lib. decretal. ff. & C. exarata reperiuntur: quod tamen non præstabo in legibus, & Canonibus alleg. per Rot. in eius decis. eas enim intendo fideliter, prout iacent, referre, ac proinde penitus intactas relinquam.

Cæterum quia quælibet res diuisa, & partita, melius intelligitur; partitio enim, vt eleganter docet gl. in proœm. Instit. §. igitur *in verbo* eosdem, *mentem intelligentis præparat, & memoriam artificiosè reformat; ideo illum mihi ordinem tenendum propono: In primis igitur proponam ea, quæ disponunt in hac materia* Sac. Conc. Trid. & Constit. S. mem. Pij V. *præcitata: Subinde præmittam quædam præludia, ne inter praxim tradendam eadem repetere cogar; Tandem per extensum simpliciter exordiar Praxim ab ordinarijs circa prouisionem Parochialium in facto seruandam, illamque in XVII. Requisita distinguam, incipiendo à die ipsius vacationis, seu illius habitæ notitiæ, vsque ad omnimodam prouisionem: & subindè pro illius clariori intelligentia, & tutiori vsu, breuiter eliciam sub vnoquoque requisito eas difficultates, siue dubia, quæ occurrent; illaque, Deo Adiutore, iuribus, rationibus, & doctorum auctoritatibus, absoluere confido.*

IN-

INDEX RERVM
Quæ in capita continentur in vniuersa Praxi.

REQVISITA
Pro bono, & valido concursu, & examine in conferendis Ecclesijs Parochialibus.

INDEX DVBIORVM,

Quæ in tota hac Praxi habendi concursum ad Parochiales continentur.

P. 7.

p.25.

r.1.

r. 5.

mina-

cum

Index Dubiorum Finis.

PRA-

PRAXIS

Habendi concursum ad vacantes Parochiales Ecclesias, pervtilis & necessaria.

PER

IO. ANT. MASSOBRIVM I. V. D.
aliàs Primicerium, nunc Archipresbyterum Alexandrinum elucubrata.



Dispositio Sac. Conc. Trid. sess. 24. c. 18. de reform. circa examen proficiendorum Parochialibus Ecclesijs.

ACROSANCTVM Tridentinum Concilium cupiens animarum saluti prouidere, statuit vt cum Parochialis Ecclesia, per obitum, vel resignationem, etiam in curia, vel extra, seu alias quomodocumq; vacare contigerit, etiamsi cura Ecclesia, vel Episcopo incumbere dicatur, & per vnum, vel plures administretur; etiam in Ecclesijs patrimonialibus, seu receptiuis nuncupatis, in quibus consueuit Episcopus vni, vel pluribus curam dare, quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat, etiam si ipsa Parochialis Ecclesia reseruata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu priuilegij in fauorem S. R. E. Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum, debeat Episcopus statim habita notitia vacationis, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum cōgrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione, constituere, qui interea onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore prouideatur, & intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, Episcopus ipse, & qui ius patronatus habent idoneos aliquos Clericos, ad regendum Ecclesiam, coram deputandis Examinatoribus nominent, ita tamen vt etiam alijs liberum sit, qui aliquos ad id aptos nominauerint, eorum nomina deferre, vt possit postea de cuiuslibet ætate, moribus, & sufficientia fieri diligens Inquisitio; Arbitrio autē relinquit Episcopi, vel Synodi Prouincialis, vt si magis pro regionis more expedire videbitur, per edictum

etiam publicum vocet, qui volent examinari, & transacto constituto tempore omnes, qui descripti fuerint, examinentur ab Episcopo, siue, eo impedito, ab eius Vicario Generali, atque ab alijs Examinatoribus, non paucioribus quam tribus, quorum votis, si paria, aut singularia fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur; statuit insuper vt singulis annis proponantur in Synodo Diœcesana ab Episcopo, vel eius Vicario sex Examinatores ad minus, qui Synodo satisfaciant, & ab ea approbentur, qui sint Magistri, seu Doctores, aut licentiati in Theologia, aut Iure Canonico, aut alij Clerici, seu Regulares, etiam ex ordine Mendicantium, aut etiam Saculares, qui ad id videbŭtur magis idonei, ex quibus, adueniente vacatione cuiuslibet Ecclesiæ, Episcopus eliget tres, qui cum eo examen perficiant, indeque succedente alia vacatione, aut eosdem, aut alios tres, quos maluerit ex prædictis illis sex, eligat; Iurabunt autem Examinatores ad Sancta Dei Euangelia, se, quacumque humana affectione postposita, fideliter munus executuros; Nec quidquam prorsus occasione huiusmodi examinis, nec ante, nec post, eis accipere fas est, quin vitium Simoniæ, tàm ipsi quàm alij dantes incurrant, à qua absolui nequibunt, nisi dimissis beneficijs, quæ quandocumque, etiam antea, obtinebant, & inhabiles etiam ad alia in posterum reddantur. Peracto examine debebunt examinatores renunciare, quotquot ab eis idonei iudicati fuerint ætate, moribus, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, ex quibus Episcopus eum eliget, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illi, & non alteri collatio Ecclesiæ fiet ab eo, ad quem illam conferre spectabit.

Circa verò Ecclesias Iurispatronatus decreuit, quod si fuerit de Iurepatronatus Ecclesiastico, ac institutio ad Episcopum, & non ad alium pertineat, tunc is, quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicabit, omnino præsentari debeat Episcopo, vt ab eo instituatur: Si verò institutio ab alio, quam ab Episcopo erit facienda, tunc Episcopus solus, ex dignis, eliget digniorem, & patronus illum præsentabit ei, ad quem institutio spectabit: Verumtamen si fuerit de Iurepatronatus laicorum, examinabitur, qui à patrono præsentatus fuerit, & non nisi idoneus repertus debebit admitti; Adeò autem vrget & stringit obseruantia supra traditæ formæ, vt si conferatur Ecclesia vni ex prædictis nominatis, & probatis, iuxta supradictam regulam, nulla deuolutio, aut appellatio, etiam ad Sanctam Sedem, siue eius Sedis Legatos, vel Nuntios, seu Episcopos, vel Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interposita impedire, aut suspendere executionem relationis examinatorum valet, quia eo casu Vicarius, quem Ecclesiæ vacanti antea Episcopus arbitrio suo ad tempus deputauit, vel forsan postea deputabit, ab eius Ecclesiæ custodia, & administratione non erit ammouendus, donec, aut eidem, aut alteri, qui probatus, & electus fuerit

rit vt supra, sit prouisum. *Et procedit in hoc irritando omnes prouisiones, seu institutiones præter suprascriptam formã factas, illasq. subreptionis vitio omninò inficit, & notat.*

Vbi verò redditus adeò exigui sunt, vt totius huiusmodi examinis operam non ferant; aut nemo sit, qui se examini subijciat; aut ob apertas factiones, seu dissidia, quæ in aliquibus locis fortè reperiuntur, facilè grauiores rixæ, ac tumultus possint excitari; Poterit Ordinarius cum consilio Deputatorum, si ita pro sua conscientia expedire arbitrabitur, omissa forma prædicta, priuatum aliud examen, cæteris tamen vt supra seruatis, adhibere.

Porrò Synodus Prouinc. poterit addere, & remittere circa formam examinis præfatam, ex auctoritate sibi à Concilio Tridentino *hic attributa, si qua addenda, vel remittenda censuerit.*

Dispositio Constitutionis Pij Quinti in eadem materia.

PRAEMISIMVS dispositionem Sacri Conc. *Trid.* cap. 18. de reformat. sess. 24. *circa concursum, cui subindè successit constitutio sanctæ mem. Pij V. quæ incipit* In conferendis, *per quam omnes, & singulas collationes, prouisiones, institutiones, & quasuis dispositiones Ecclesiarum Parochialium ab Episcopis, aut quibusuis alijs collatoribus, tam ordinarijs, quam delegatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, ac Sedis Apostolicæ Legatis, vel Nuntijs, præter, & contra formam ab eodem* Concilio *præscriptam, in examine per concursum faciendo, factas, aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti fore, & esse, nullumque prouiso ius, aut titulum etiam coloratum possidendi præbere, & Parochiales huiusmodi, vt prius vacabant ante collationes eiusmodi, statuit, decreuit, & declarauit vacare, cum clausula* ex nunc &c. *easq. omnes pro tempore sic vacantes Apostolicæ sedis, seu eorum, quibus ius conferendi, præterquam Episcopis, aut Archiepiscopis, qui curam dicti examinis iuxta Decretum dicti Concilij habere debebant, dispositioni reseruauit.*

Collatoribus itaque Papa inferioribus statuit terminum sex mensium à die vacationis ad conferendum, & quatuor diœcesano ad eligendum magis idoneum ad formam eiusdem Concilij, respectu Ecclesiarum spectantium ad collationem Papæ, vel inferiorum Episcopis, & ad significandum electum ipsi Summo Pontifici, vel aliàs inferiori collatori pro obtinenda collatione.

Decreuit insuper vt præsentatus ad Ecclesiam Parochialem, quæ sit de iurepatronatus Ecclesiæ, vel clericorum, vel mixto, instituatur omninò intra duos menses à die præsentationis, si præsentatus intra tempus præfixum patronis à iure, & approbatus, præuio examine ad formam dicti Concilij petatur instituì; alioquin reseruauit collationem, prouisionem, institutionem,

& omnimodam dispositionem Summorum Pontificũ & respectiuè personis habentibus ius conferẽdi, data optione ipsis patronis, vt si institutio ad ordinarios spectabit, & illam facere negligant, vtpotè differendo illam vltrà duos menses, possint pro huiusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorem ordinarium, aut ad sanctam Sedem.

Præterea prohibuit ordinarijs ne tempus decem dierum sibi, & patronis præfixum ad nominandum idoneos clericos coram examinatoribus audeant prorogare vltrà alios decem dies; inhibendo etiam omnibus inferioribus Romano Pontifice, vt nisi in casibus vt supra de huiusmodi beneficijs vt præmissum est reseruatis disponere, vel circa illa, etiam per viam permutationis, vel aliàs, innouare non valeant.

Iis verò, qui reiecti fuerint ab Episcopo, dat facultatem appellandi à mala Episcopi electione ad Metropolitanum; aut si reiector fuerit ipsemet Metropolitanus, vel aliàs exẽptus, ad viciniorem ordinarium, aut etiam ad sanctam Sedem, & eò electum ad nouum examen coram appellationis Iudice, & eius examinatoribus prouocandi: ipsi autem Iudici dat facultatem, & auctoritatem, constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, illud reuocandi, & magis idoneo Parochialem Apostolica auctoritate, quatenus collatio spectaret ad Episcopum, à quo fuit appellatum, conferendi, aliàs ad illum remittere debebit, ad quem collatio spectabit; Decernit nihilominus, vt interim appellatio non impediat, aut suspendat effectum electionis facta primo loco per ordinarium, sed interim electio executioni demandetur, nec prouisus ab ea Ecclesia remoueatur huiusmodi appellatione pendente, & apponit decretum irritans.

PRÆLVDIVM PRIMVM.
De Ecclesia in genere.

ARGVMENTA.

Quid & quotuplex sit Ecclesia explicatur: recensentur insuper summatim omnes Ecclesiæ Cathedrales totius orbis.

1 ACROSANCTA Tridentina Synodus, vt vidimus, animaduertẽs animarum saluti summopere expedire vt illæ à dignis, atque idoneis Parochis gubernentur. *c.* 18. *de reform. sess.* 24. †

2 præcauensque quod Ecclesia indiget viris literatis ad sui regimen, *c. cum ex eo.* 34. *de elect. in* 6. & ibi D. Philippus Francus *n.* 1. *post Io. Monac. & Io. Andr. Auth. Habita. C. ne fil. pro patr.* & nouissimè D. Hieronymus Gonzales *glos.* 4. *n.* 174. in elegantissimo glosemmate, quod edidit de mensibus & alternatiuis Episcoporum super viij. reg. Cancell., quæ hodie est nona pro-

3 propter † additionẽ regulæ 3. cancell. S. D. N. Vrbani Papæ V. hodie summa cum sapientia, prudentia, & fortitudine in tantis totius orbis perturbationibus Catholicam Ecclesiam gubernãtis, quem D.O.M. diutissimè orbi toti, & ipsi Ecclesiæ incolumem seruet. *de qua*
4 *reg. infr. req. 7. d. 41. n. 11.* † literati etenim in Ecclesia nuncupantur splendor firmamenti, & stellæ in æternitates mensuræ. *c. super specula. 5. de magistr.* † quo planè fit,
5 vt Episcopus debeat ex debito dispensare cũ persona habili ad studium, vt interim non teneatur promoueri ad Sacerdotium, & renuens possit cogi ad dispẽsandum; ita Francus *in d. c. cum ex eo. 34.*
6 *de elect. in 6. n. 2.* † imò si ille, cum quo dispensatur, incipiat studere per annum, & postea impediatur per duos, aut tres annos, ac deinde reassumat studia, habebit integros illos annos, qui supererunt ex annis sibi concessis ad studendum, *Abb. Lap. in d. c. cum ex eo. 34. de elect. in 6. n. 2. & ibidem Franc.*
7 *n. 5. vers. tertiò.* † Verumtamen illud animaduertẽdum maximè est, quod huiusmodi dispensatio non valeret, nisi persona sit habilis ad studia. *Franc. vbi sup. n. 2. vers. si*
8 *tamen.* † Hinc literati ratione scientiæ, qua pollent, præsumuntur se abstinere à vitijs. *c. cum in iuuentate. §. quis præterea. 15. de*
9 *præsumptionib.* † enim verò discretio, siue scientia est mater vir-
10 tutum. *c. præsentium. 1. q. 5.* † & nobilitat: *l. 1. vers. est enim res quidem. ff. de var. & extraord. cognit. glos. in c. de multa. vers.*
11 *literatos. 28. de præb.* † contra verò ignorãtia est mater omnium errorum. *cap. ignorantia. & c. si*
12 *laicis. 38. dist.* † & facit personam vilem. *DD. in cap. nos qui. 40. dist.*
13 *& in c. penult. de præb.* † eaque propter illiteratus æquiparatur cæco. *cap. post translationem. § si quis. 11. de renunt.* Franc. etiam, & Io. Andr. *in d. c. cum ex eo. 34. de elect. in 6.* æquiparant illitera-
14 tum Asinis ferratis, † & Ludouicus Gomesius *in reg. de ann. q. 47. in fin.* cum appellat vanum & insulsum, qui nisi nomine tenus homo est. *cap. multi. 40. dist.* & non venit appellatione hominis, sed iumenti, cuius similitudinem gerit, iuxta ea, quæ dicit Abb. *in c. prudentiam. 21. de off. deleg. D. Io. Maria Beletus in disquis. cler. par. 1. tit. de discip. cler. § 5. n. 14.*
15 ac proinde, † enixè cupiens ipsa sacrosancta Synodus huic rei opportunè consulere, præscripsit certam formam examinis ineundi cum promouendis ad Ecclesias Parochiales.

Cæterum, quia sacrum Concilium potius vtitur vocabulo *Ec-*
16 *clesia*, quam *beneficium*, † & nihilominus, vt obseruat eminens ille doctor I. V. lucerna, & eloquentiæ parens, videlicet D. Anastasius Germonius *in tractatu suo celeberrimo de Indultis S. R. E. Cardin. in §. Regularia. n. 53.* nõ omnis Ecclesia potest dici be-
17 neficium ecclesiasticum, † quippe quæ habentur Ecclesiæ, quæ non conferuntur perpetuò, quod planè est contra naturam beneficij Ec-
18 clesiastici, † si quidem Ecclesia-

sticorum beneficiorum proprium
est, vt sint perpetua. *c. præcepta.*
35. dist. c. sanctorum. 70. dist.
Calder. cons. 4. de præb. Cæsar de
19 *Grass. decis. 127. tit. 5.* † quamuis
è contra omne beneficium Eccle-
siasticum possit appellari Ecclesia
20 *Germon. vbi supra;* † & in isto
sensu Ecclesia dicitur vxor clerici.
c. sicut. 7. q. 1. & glos. in c. cum
per bellicam. in verb. *coniugio-*
21 *rum. 33. q. 2.* † & non potest ac-
cipi de manu laici, etiam si re-
gali, aut alia quauis maiori, vel
inferiori laicali dignitate præful-
22 geat, *c. si quis deinceps. 17. q. 7.* † &
aliàs si in vna Ecclesia plura ha-
bêtur beneficia dicitur mater be-
neficiati. *cap. ad Romanam. 2. q. 6.*
Ea propter præmittendum duxi
primo loco hoc preludium *de Ec-*
23 *clesia in genere.* † Nam Ecclesia
varias habet significationes, vt
obseruat glos. *in c. cum clerici. 19.*
de verb. signif. in verb. *Ecclesia:*
aliquando enim designat tantum
Episcopum. *c. scire. 7. q. 1.* quan-
doque viros Ecclesiasticos *c. 63.*
dist. in fi. quandoque ponitur pro
mai. part. cap. *c. Apostolica. 56. dist.*
24 quandoque restringitur ad cano-
nicos matricis Ecclesiæ. *§. vltimo.*
63. dist. c. antiquus. 10 q. 1. & c. vi-
dentes. 12. q. 1. quãdoque designat
quamlibet Ecclesiam prouinciæ. *d.*
c. cum super. 1. de vsu pal. quando-
que designat congregationem fi-
delium *cap. Eccles. de consecrat.*
dist. 1. quandoque sumitur tãn-
tum pro Episcopo & Capitulo, ita
vt excludatur vrbanus, & diœce-
sanus Clerus. *d. c. cum clerici. 9.*
25 *de verb. signif.* † Abbas tandem
Panor. *in rubr. de consecr. Eccl.*
num. 2. dicit, quod Ecclesia est vo-
cabulum Græcum, quod latinè
idem sonat ac *conuocatio* siue *con-*
26 *gregatio,* † quia Ecclesia omnes
publicè vocat, & congregat, ac
proinde Vgo *lib. 3. de claustr.*
apud Isidorum Mosconium *de*
maiest. milit. Eccl. in prælud. li-
tera B. fol. 4. appellat Ecclesiam
singularem congregationem fide-
lium vniuscuiusque Ciuitatis; sed
hæc descriptio magis cõuenit Ec-
clesiæ spirituali, siue Ecclesiæ viuæ,
vt vtar verbis Nic. Gimont. *de*
grat. expect. cap. 1. vers. Ecclesia.
n. 34. & post eum Alexandri Pere-
27 grini *de immunit. Eccles.* † non
enim conuocantur lapides, sed
28 homines; † attamen quia plerun-
que nomen signati attribuitur si-
29 gnanti, † atque adeo Ecclesia
materialis spiritualem designat, vt
latè, & doctè tradit Insignis Do-
ctor Io. de Selua, in aureo suo tra-
ctatu *de beneficijs. p. 1. q. 5. n. 30.*
& seq. ideo ne prolixius quam par
est eius huc verba referam, con-
sultò lectorem ad illum remitto;
hic enim intendo habere sermo-
nem, nõ quidem de Spirituali Ec-
30 clesia, † quæ triplex est, nimirum
triumphantium in cœlo, satisfa-
cientium, siue purgantium in pur-
gatorio, & militantium in hoc
31 mundo, † sed duntaxat de Eccle-
sia ista materiali, quatenus est be-
neficium, estque vxor, vel mater,
vt dixi, clerici beneficiati.
32 † Ecclesia itaque quatenus mate-
rialis est, ex Nic. Gimont. *de grat.*
expect. c. 1. n. 34. & Alex. Peregr.
de immunit. Eccl. c. 1. n. 8. est dig-
mus

mus publica, materialis, Episcopi auctoritate, per impositionem primi lapidis fundata, & consecrata, seu dedicata, in qua fideles conueniunt ad offerẽda sacrificia; sacramenta percipienda, Deumq. summum Creatorem orandum, & benedicendum.

Porrò quia, vt dixi, Ecclesia est
33 mater, & vxor clerici; † Matri autem debetur honorificentia, &
34 gratitudo; † ideò illud meritò in iure cautum est, vt qui contrà Ecclesiam, à qua beneficium obtinet, pro extraneis aduocatus, vel procurator esse præsumit, tãquam ingratus possit, maximè si Clericus sit eiusdem Ecclesiæ, beneficio huiusmodi spoliari, clarus est tex. *in c. si Clericus de postulan.* Speculat. *de Aduoc. §. 1. n. 16. & 17. Diaz in pract. crim. can. cap. 65.*
35 *cum ibi traditis per Salcedo.* † In quantum verò est vxor clerici debet competentem dotem habere;
36 nam † Ecclesia sine dote non dicitur Ecclesia *D. Cæsar Lambert. de iurepatr. lib. 1. p. 1. q. 1. art. 2. in fi.* vbi dicit esse tex. rotundum
37 *in c. nemo de consecr. dist. 1.* † & ratio huius dicti reddi potest ex his, quæ tradit Inn. *in rubr. de iurepatr. n. 2.* vbi ait, quod sine substantia rerum non potest deseruiri Ecclesiæ, quem allegat *cum Cardinale ibidem in 5. & 6. quæst.* idem Lambert. *d. lib. 1. p. 1. q. 3.*
38 *art. 1. vers. nam illud. n. 4.* † inquiens, quod Ecclesia esse non po-
39 test absque substantia rerum, † sicut corpus non potest viuere sine anima, apertus est tex. *in cap. si quis obiecerit. 1. q. 3.* [hinc DD. de Rota teste D. Cæsare de Grass. *decis. 127. de præb.* dixerunt constare Ecclesiã S. Mariæ Firmi esse beneficium Ecclesiasticum, quia ipsa Ecclesia erecta fuit auctoritate Episcopi, & dotata, & dixerũt non obstare quod non constet de aliqua illius collatione, quia non requiritur quod fuerit collata, sed tantũ quod sit talis, quæ non possit conferri laico. *ad tradita per Abb. cons. 47. lib. 2. & alios in ead. decis. allegatos.*]

40 Dicitur autem Ecclesia esse vxor beneficiati, nam Ecclesia dicitur esse sponsa Christi; porrò sacerdoti Christi personam præsentanti in matrimonium coniungitur, *Lambert. de iurepatr. lib. 1.*
41 *p. 1. q. 5. art. 1. n. 4.* † ac proinde sicut vna mulier nõ potest nubere duobus eodem tempore. *§. affini-*
42 *tatis Inst. de nup.* † ita nec vna Ecclesia potest duobus sacerdotibus tradi.
43 Attamen non ideo nego, quin possint etiam duo, quinimò & plures constitui in vna Ecclesia, vt cadens habeat subleuantem se, *c. propofuit. 6. de fil. presbyt. & cap. vt quisque de vit. & honest.*
44 sed non † propterea erunt plures sponsi, sed, vt dixi, vnus erit prælatus, siue sponsus, cæteri verò erũt filij ipsius Ecclesiæ; vel certè erunt coadiutores ipsius prælati. *cap. si-*
45 *cut. 21. q. 2.* † quinimmò, si Ecclesia, seu præbenda fuerit abundans, poterit Episcopus, ex magna, & iusta causa, non obstante dispositione. *cap. 1. vt Eccl. benef. sine*
46 *diminut.* duas facere † sicuti de vna prouincia possunt fieri duę

c. lege Imperatorum. 10. *dist. cap.*
47 *peruenit.* 101. *dist.* † sicut etiam
potest ex duabus, causa interue-
niente, vnam facere. *c. sicut vni-*
re. 8. de excess. prælat. Lambert.
48 *d. q. 5. n. 5.* † & valet argumentum
de matrimonio carnali ad spiri-
tuale. *c. sicut absens. 7. q. 1. & c. 1.*
49 *& 2. de transl. Episc.* † ex quo
planè fit, vt sicut matrimonium
carnale dissolui nequit nisi per
Deum. *Matth. c. 19.* ita nec spiri-
tuale, nisi per Papam eius Vica-
50 rium *d. cap. 2. de transl. Episc.* † &
hac de causa fortasse prohibita est
resignatio beneficiorum coram
ordinarijs, nisi interueniant causę
ex ijs, quę in constit. sanctę mem.
Pij V. quæ incipit *Quanta Dei*
sunt expressę.
51 Quod tandem Ecclesia dici pos-
sit vxor beneficiati, arguitur à si-
militudine, quam habet prouisio
beneficiorum, cum contractu ma-
52 trimonij; † etenim si loquamur de
beneficijs liberę collationis, ma-
trimonium carnale, sicut habet
53 pręcedentia sponsalia, † ita spiri-
tuale habet supplicationem, & si-
gnaturam, quę habet vim spon-
54 salium; † in matrimonio carnali
pariter interuenit mutuus cõtra-
hentium consensus, per quem per-
ficitur matrimonium in vinculo
55 indissolubili, † ita in spirituali in-
teruenit collatio, seu institutio,
quę debet etiam per benefician-
56 dum acceptari: † & sicut ex ma-
trimonio contracto per verba de
pręsenti oritur vera denominatio
coniugij inter contrahentes, ita
vt possint sese liberè tractare, &
inter se, ac apud alios habere vti
maritum, & vxorem, licet non-
dum sit consummatum matrimo-
57 nium, † & eo casu dicitur matri-
58 monium tantum ratum, † ita &
in prouiso de aliquo beneficio Ec-
clesiastico, idem astruendum est,
vt scilicet postquam acceptaue-
rit collationem dicatur verus Re-
ctor Ecclesię, quamuis nondum
antea se ingesserit in administra-
tionem illius bonorum in tempo-
ralibus, & in celebrationem di-
59 uinorum in spiritualibus, † quę
planè ęquiparantur consumationi
carnalis matrimonij.
60 Si verò loqui volumus de bene-
ficijs electiuis, vel patronatis, aut
receptiuis, de quibus infrà Deo
dante dicam, quæ imbecillitas in-
genij mei patietur, tunc dico
quod electio, seu pręsentatio vim
61 habet sponsalium. † Confirmatio
autem, vel institutio inducũt vin-
62 culũ spiritualis matrimonij, † ac
tandem administratio, & celebra-
tio efficiunt consummationem.
63 Alia etiam est similitudo, nam
sicut coniugati, antè consumma-
tionem carnalis matrimonij, ha-
bent facultatem ingrediendi reli-
gionem; ita vt per illius emissam
professionem, alter adeo remanet
liber, vt possit alteri liberè con-
iungi *Sum. Tabien. verb. matr.* 10.
64 *n. 1.* ita † & in matrimonio spiri-
tuali, si prouisus non acceptat be-
neficium sibi collatum, poterit
collator liberè illud conferre al-
teri. hęc annuit Lambert. *d. tract.*
p. 1. lib. 1. q. 9. n. 10. & seq.
65 Hæc autem Ecclesia materia-
lis, seu militans multiplex est, &
ad instar illius triumphantis ha-

bet Hierarchiam diuina ordina-
tione institutam, quę constat ex
Episcopis, presbyteris, ac mini-
66 stris,† & aliter sentire hęreticum
est *Conc. Trid. sess. 23. can. 6.* &
67 proinde † habet tres ordinũ gra-
dus, nempè Episcoporum, Pre-
sbyterorum, ac ministrorum;
68 etenim in hac militanti, † & ma-
teriali Ecclesia officia ordinata
sunt per gradus, vt eius pulchri-
tudo, & sapientia demonstretur.
69 *D.Greg.homil.15 in Ezech.*† Quo
circa in Ecclesia Romana,quę cę-
teris omnibus maior est, omniũq.
mater, & caput existit, constitui-
70 tur prima sedes, † quę propter
suam magnam pręeminentiam,
quam habet super reliquas omnes
Ecclesias ratione dignitatis, &
multò magis potestatis, Apostoli-
71 ca appellatur. † in ea enim Apo-
stolorum princeps à Christo Do-
mino solus, & primus institutus
fuit Caput, Pastor, & Episcopus
72 vniuersalis Ecclesię. † Adeoque
Patriarcharum Episcopus à Cas-
siodoro, *var. lib. 9. epist. 15.* & à
magno illo Athanasio *Epist. ad*
Liberium Pater Patrum meritò
73 nuncupatur; † ipsi enim, pręter
summam vniuersis in terris Eccle-
się pręfecturam, atque procura-
tionem, totius insuper occidentis
74 cura peculiaris incumbit. † *Au-*
bertus Miraus in suo mirifico li-
bro inscripto notitia Episcopa-
tuum orbis Christiani. lib. 1. c. 2.
circa principium, vbi ad saturi-
tatem habebit quilibet notitiam
vniuscuiusque Patriarchatus, Pri-
mitiatus, Archiepiscopatus, &
Episcopatus, tam antiqui, quam
moderni totius orbis, cum distin-
75 ctione cuiusq. Metropolis.† Hinc
capiti, tanquam cęteris nobilius
membrum, primò annectitur Pa-
76 triarchalis Ecclesia, † quę qua-
tuor principaliores Ecclesias dũ-
taxat cõplectitur, videlicet Con-
stantinopolitanam, Alexandrinã,
Antiochenam, & Ierosolymitanã,
Io. Franc. Pauin. de potest. c. sed.
vac. pralud. 6. vers. quarta sedes,
vbi etiã dicit, quod Ecclesia Aqui-
leiẽsis,& Ecclesia Veneta,quę fuit
subrogata Ecclesię Gradensi, vo-
cantur potius Primitiales, quam
77 Patriarchales. † De his agit etiã
D. Augustinus Barbosa, Vir, &
Doctor insignis, omni virtute, &
probitate vndique ornatus,& sum-
ma sua doctrina celeberrimus,cui
gratias quã maximas ago, & im-
mortales habeo, quippe qui huius
Praxis vti primus reuisor fuit, ita
& primus fuit hortator, ac per-
suasor, vt illam in lucem darem,
& fortasse nisi eo approbante nun-
quam exisset, agit inquam de hu-
iusmodi Ecclesijs in suo amplissi-
mo, & vsque adeo elegantissimo
tractatu *De potestate Episcopi*,
nuper edito *p. 1. tit. 1. cap. 7.* vbi
& ipse recẽset Episcopatus totius
78 orbis. † Porrò videndus est om-
ninò Aubertus Miræus *pracitato*
tractatu per totum, potissimum
autem lib. 1. cap. 14. vbi alios Pa-
79 triarchatus recenset, † quorum
Patriarchæ, alio nomine, Catho-
80 lici nuncupantur, † inter quos,
Seleuciensis sedet sextus post Ie-
81 rosolymitanum: † Æthiops verò
82 septimus in oriente: † Iacobita in
Mesopotamia in vrbe Caramut,
sub

ſub cuius obedientia viuunt hodie Ieroſolymitanus, & Muſalenſis Metropolitani, Damaſcenus, Edeſanus, Cyprius, & Caramitanus Archiepiſcopi, ac in Autaphra Salac, Tharac, Maaden, Hartbers, & alij non pauci, ſed eſt hæreticus Miræus *d. lib.* 1.
83 *c.* 15. † Neſtorianus, hic duo exiſtunt vnus Schiſmaticus in Muſal commorans, alter Orthodoxus, qui eſt Chaldęorum Aſſyriorum, reſidetq. in Vrbe Amit *Miraus d.*
84 *lib.* 1. *c.* 16. † In Armenia habentur duo Patriarchæ, vnus in Armenia
85 maiori, alter in minori. † Habentur inſuper alij Patriarchæ nationis Armenæ fauore Turcarũ crea-
86 ti. † Porrò familiæ, quæ Patriarchæ maioris Armeniæ ſubſunt, excedunt numerum 150000. præter plurima Monaſteria, Epiſcopos in Ciuitatibus Betlis, Caramit, Angur, ac alios quam plurimos Sacerdotes, Monachos, & Diaconos
87 permultos. † Patriarcha verò minoris Armeniæ habet ſub ſua obedientia 24000. Prælatos, Epiſcopos, & Archiepiſcopos; familias
88 autem circiter 200000. † & eligitur à duodecim Epiſcopis ſuperioribus, Patriarchali Eccleſiæ vicinioribus, & quandoque eligũtur alij ab ipſo populo Armeno, iuſſu Turcarum, & ab Epiſcopis, & Archiepiſcopis poſtmodum conſen-
89 ſum obtinent, † & viuit ex oblationibus, & eleemoſynis.
90 Franc-Armeni viuunt Catholico ritu ſub vno Archiepiſcopo ordinis S. Dominici Miræus *lib.* 1. *cap.* 17.

Eſt etiam Patriarcha Maroni-
91 ta, qui eſt in Monte Libano. † De nationibus orientalibus agit Miræus *lib.* 1. *c.* 18. *vſque ad* 22. vbi plurimas recenſet, & expreſsè me-
92 minit † Cophtos, Ruthenos, Giorgianos, Abiſſinos, qui ſunt Preteiani, Tartaros, Thomeos, & alios, qui nuncupantur Chriſtiani S. Io. Baptiſtæ, & hęc ſufficiant circa notitiam Patriarchatuum.
93 Poſt Eccleſiam Patriarchalem ſuccedit Primitialis, ex his autem in Italia præter Aquileienſem, & Venetam recenſetur Piſana.
94 In Hiſpania Toletana, Valentina, & Goana, cuius pręſul gaudet ſe Indiarum Patriarcham nuncupari: Bracharen. Hiſpalen. & Tarraconen.
95 In Gallia Bituricen. cuius pręſul etiam de Patriarchę nũcupatione contendit, Lugdunen. cuius Primas hoc eodem titulo Patriarchæ à Gregorio Turonenſe, & Concil. Matiſconen. donatus eſt; Nerbonen. Viennen. Senonen. Rothomagen. & Arelaten.
96 In Germania Madeburgen. qui aliàs fuit Moguntin.
97 In Scotia hac prærogatiua Primatis gaudet Epiſcopus S. Andreanus, ſiue Andreopolitanus.
98 In Hybernia Armacanus.
99 In Polonia Gneſnenſis.
100 In Vngaria Strigonienſis.
101 In Boemia Pragenſis.
102 In Dania Londenſis.
103 In Suetia Vbſalienſis.
104 In Regno Seruiæ Antibarenſis *Pauin. d. Prelud.* 6. Miræus *lib.* 1. *cap.* 22.
105 Subinde collocantur Eccleſiæ Archiepiſcopales, quas recenſere lon-

longum esset ; nihilominus , ex Mirço *lib. 1. c. 2.* colliguntur in Italia & vicinis Insulis 40. videlicet.

106 *In Ditione Pontificia* hodie reperiuntur Rauennas, Bononiensis, Firmanus.

107 *In Regno Neapolitano*. Neapolitanus, Capuanus, Salernitanus, Amalphitanus, Surretinus, Compsanus, Acherontinus, seu Matheranus, Tarentinus, Brondisinus, Hydrontinus, Barensis, Tranensis, Sypontinus, Theatinus, Lancianen. Rhegiensis, Consentinus, Rosaniensis, San Seuerina, Beneuentanus.

108 *In Sicilia*. Panormitanus: Messanensis : Montis regalis.

109 *In Etruria*; Pisanus, Senensis, Florentinus.

110 *In reliqua Italia*, præter Patriarchas Venetum, & Aquileiensem, Mediolanen. Genuen. Vrbin. Tarantasien. Taurinen.

111 *In Sardinia*. Calaritanus, Turritanus, Arborensis.

112 *In ditione Veneta*. præter Patriarchas Venetum, & Aquileiensem, Spalatensis, Iadernen. Corcirę, Antibarensis, Cretensis, seu Candiensis.

113 *In Insula Cypri*, olim fuit Nicosiensis.

114 *In Dalmatia, & Illyrico*, Ragusinus, Dyrachinus.

115 *In Bulgaria, & Græcia*, Archiepiscopus, seu Primas est, Autocęphalus, id est sibi ipsi caput, & sub se habet sex Metropoles, & decē Episcopatus, nulli nisi Acridano Archiepiscopo Authocęphalo, seu primati subiectos, Mirçus *lib. 1. cap. 9. & lib. 4. cap. 11.*

116 *In Armenia*, Nexiuianen. & est Franc-Armenus.

117 *In Hispania*. Toletanus, Burgen. Compostellanus, Hispalensis, Granaten. Cęsar Augustanus, Tarraconensis, Valentinus, Bracarensis, Olysipponensis, Eborensis.

118 *In Gallia* Lugdunensis, Rothomagensis, Turonensis, Senonensis, Rhemensis, Bituricensis, Burdigalensis, Aucensis, Narbonensis, Aquensis, Viennensis, Ebrodunensis, Aurelatensis, Auenionensis.

119 *In Germania inferiori, siue belgio*, Maclinienſis, Cameracensis, Vltraiectinus, Moguntinus, Treuerensis, Coloniensis, Magdeburgensis, Salisburgensis, Bremensis, Vesontionensis, seu Bisuntinensis.

120 *In Boemia*, Pragensis, Strigoniensis, Colocensis.

121 *In Polonia*, Gnesnensis, Leopuliensis, Rigensis.

122 *In Moscouia*, Rosthouiensis, Nouocardiæ magnę.

123 *In Anglia*. Cantuariensis, Eboracensis.

124 *In Scotia*. S. Andreanus, siue Andreopolitanus, Gloscunensis.

125 *In Hybernia*. Armacanus, Dubliniensis, Cassiliensis, Tuanensis

126 *In Dania*. Londensis.

127 *In Nouergia*. Nidrosciensis.

128 *In Suetia*. Vbsaliensis.

129 *In India Orientali*, Goanus, Granganorensis, siue Serrenensis.

130 *In India Occidentali*. Mexicanus, S. Dominici, *In Hispaniola Insula* Limensis, seu Ciuitatis Regum, Manilanus *in Philippinis* Mirçus *lib. 4. per tot.*

Præter

131 Pręter iam dictos Archiepiscopatus, subsunt alij 112. Patriarchę Constantinopolit.

132 Sub Alexandrino verò sunt 10. vt collegi ex Miręo *lib. 1. cap. 11.* huic Patriarchę olim erat subiectus etiam Æthiops.

133 Sub Antiocheno subsint 13. vltrà 23. Authocæphalos, & 2. Catholicos, siue Primates, nempè Persię, & Radacensis, qui 6. prouincias habent.

134 Sub Ierosolymitano tandem colliguntur Metropoles 4. Episcopatus autem Autocęphali 25. de his copiosissimè ad saturitatem agit Miręus *lib. 1. cap. 10. vsque ad 13. & lib. 3. per tot.*

135 Primus Ecclesię Catholicę gradus concluditur tandem, & perficitur, ac decoratur Episcopalibus Ecclesijs, quę aliquando etiam appellantur Cathedrales, vt in *cap. 1. de maior. & obed.* Pauin. *d. prælud. 6.* vers. *sexta sedes*, & affluenter de hoc agit Isid. Mosco. de maiest. *Eccles. cap. 3.* vbi etiam tradit differentiam, quę est inter Patriarchas, & cęteros Pręlatos.

136 Dicitur autem † Cathedralis ob honorem cathedrę Episcopalis: tum quia ibi Episcopalis sedes sita est. *Archid. in c. statutum.* 11. *de rescript. in 6. Hostien. & alij in cap. ne pro defectu* 41. *de elect.*

137 tum † etiam quia Episcopus illius ratione recipit Cathedraticum *cap. conquærente. 16. de off. ord. Paris de confident. quæst. 15. num. 3. & 4. vbi alia iura pro hoc allegat.*

138 Sedes Episcopales habentur quam plurimę in Ecclesia Catholica, quarum nominatim meminit, illas recensendo, Miręus *d. tract. per tot.* potissimum autem *lib. 4. & 5.* quę sanè *in summa summarum sunt* 1717. computatis tamen, & compręhensis 6. Episcopatus, qui intitulari consueuerunt Illustriss. DD. Cardinal. S. R. E. antiquioribus, nec non & compręhensis Patriarchalibus.

139 Nam *Subconstantinopolitano Patriarcha, eiusq. Metropolitanis,* subsunt. 566. videlicet sub Cęsariensi in Capadocia 8. sub Ephesino in Asia 35. sub Neracliensi in Tracia & Macedonia 17. sub Anciranо in Gallatia 8. sub Cizireno in Helesponto 13. sub Sardiano in Lydia 26. sub Nicomediensi in Bitinia 12. sub Nicęno in Bitinia 6. sub Calcedonesi in Bitinia nullus: sub Sidensi in Pamphilia 16. sub Sebastee in Armenia 5. sub Amaseno in Helesponto 6. sub Melitene in 2. Armenia 5. sub Tyanensi in 2. Capadocia 3. sub Grāgrēsi in Paphlagonia 3. sub Thesolonicensi in Thesalia 11. auulsus à Romana sede: sub Claudiopolitano in Onorade 5. sub Neocesariensi in Ponto pollemonico 7. sub Bitinontio in 2. Gallatia 7. sub Myrensi in Lycia 36. sub Stauropolitano in Caria 27. sub Laodiceno in Phrigia Capadociana 21. sub Sinadensi in Phrigia salutari 20. sub Iconinensi in Licaonia 15. sub Antiocheno in Pisidia 21. sub Sileano siue Pergensi in 2. Pamphilia 16. sub Corinthio in Peloponeso 7. auulsus à sede Romana: sub Atheniensi in Hellade 10. auulsus à Sede Romana: sub Mocisciо in Capadocia 5.

sub

sub Cretæ insula 11. sub Seleuciensi nullus auulsus est à Sede Romana: sub Rhegiensi in Calabria 13. auulsus à Sede Romana: sub Patrensi in Peloponeso 5. auulsus est à Sede Romana: sub Trapezontio in Lazica 15. sub Lariseno in Hellade 10. sub Naupatio in Ætolia 9. sub Philopolitano in Traccia 10. sub Traianopolitano in Rhodope 8. sub Rhodiense in Cycladibus insulis 14. sub Philippinis in Macedonia 7. sub Hyrianopolitano in Raemimonte 11. sub Hieropolitano in Phrigia Capaciana 9. sub Dyrachino 15. sub Smyrneæ in Asia 7. sub Catanensi nullus: sub Amoniano in Phrigia 5. sub Camacchio in Armenia 6. sub Cotyaro in Phrigia 3. sub S. Seuerinæ in Calabria 5. sub Mitylense in Lesbo 6. sub Neopatrensi in Hellade 4. sub Eucariatensi nullus: sub Amastudis nullus: sub Chonense nullus: sub Hidrontino nullus: sub Zelzenense Concortzena, & Therensi 21. sub Coloniense nullus: sub Syracusano in Sicilia 13. auulsus est à Sede Apostolica.

140 *Sub Alexandrino Patriarcha*, non colliguntur Episcopi vltra 10. ex Miræo *lib.* 1. *c.* 11.

141 *Sub Antiocheno* recensentur summariè 153. Cathedrales ex Miræo fol. 82. *lib.* 3. *cap.* 4. *ex bo. mem. Card. Sirleto.*

Videlicet sub Metropoli Tyrensi 12. sub Tharso 5. sub Edesano 11. sub Apemeiano 7. sub Hieropolitano 8. sub Bostrensi 19. sub Ancaberense 9. sub Seleuciensi 24. sub Damasco 10. sub Amida 7. sub Sergiopolense 5. sub Theodosiopolense 7. sub Emessa 4.

Autocæphalæ Metropoles subiectæ huic Patriarchæ sunt 9. Archiepiscopi verò 12. & Catholici, siue Primates, seu Patriarchę 2.

142 *Sub Ierosolymitano* colliguntur 97. Cathedrales, videlicet.

In Metropoli Cæsarea in Palæstina 19. Scytopolis 6. Petra, siue Raba, vulgariter Crac. 12. Bostra, siue Becerra Arabiæ 35. Aliàs Patriarchæ Alexandrino subfuit.

143 *Sub Patriarcha Minoris Armenia* recẽsentur Episcopales Ecclesiæ 24. Autocæphali 25.

144 *In Italia* sunt Cathedrales Ecclesiæ 344. nimirum.

145 *In Ditione Pontificia*, præter sex Episcopatus, qui intitulantur sex antiquioribus S. R. E. Cardin. habentur 76. Ex quibus 53. qui sunt immediatè subiecti Sanctæ Sedi, alij etiam habentur in eadem Ditione; nimirum.

Sub Rauennate Archiepiscopo 12. sub Bononiensi 6. sub Firmano 5. ità vt simul sint 99.

146 *In Regno Neapolitano* Cathedrales recensentur 114. videlicet.

Sub Neapolitano 5. sub Capuano 13. sub Salernitano 9. sub Amalphitano 5. Sub Surrentino 3. sub Compsano 5. sub Acharontino 6. sub Tarentino 3. sub Brondisino 3. sub Hyronthino 5. sub Barense 10. sub Tanense 2. sub Sipontino 2. sub Theatino 7. sub Lacianense 1. sub Rhegunense 10. sub Cossentino 4. sub Rocianense nullus: sub S. Seuerinæ 5. sub Beneuentano 16.

147 *In Sicilia* 7. videlicet sub Panormitano 3. sub Messanense 2. sub Montis Regalis 2.

In

148 *In Sardinia* 6. videlicet sub Callaritano 3. sub Turritano 4. sub Arborense nullus.

149 *In Insubria* sub Mediolanense 14.

In Ditione Pedemontana, & Sabaudia 5. videlicet sub Taurinense 3. sub Tarantasiense 2.

150 *In Etruria* 18. videlicet sub Florentino 8. sub Senense 6. sub Pisano 4.

151 *In Liguria* sub Genuense 7.

152 *In Vmbria* sub Vrbinate 6.

153 *In Ditione Veneta* recensentur 43. videlicet.

Sub Patriarcha Veneto 2. sub Patriarcha Aquileiense 16. sub Archiepiscopo Spalatense 10. sub Iadarense 3. sub Corcyrę 2. sub Antibarense 10. sub Cretense 7.

In Cypro sub Andonicomiense 9.

In Dalmatia, & Illyrico sub Ragusino 6. sub Dyrachino 5.

154 *In Hispania* extãt 65. videlicet. Sub Toletano 9. sub Burgense 4. sub Compostellano 14. sub Hispalense 3. sub Granatense 2. sub Cæsaraugustano 4. sub Tarraconense 8. sub Valentino 3. sub Bracarense 5. sub Olysiponense 11. sub Heborense 2.

155 *In Gallia* adscribuntur 108. videlicet.

Sub Lugdunense 4. sub Rothomagense 6. sub Turonense 11. sub Senonense 7. sub Rhemense 8. sub Bituricense 11. sub Burdegalense 9. sub Aucense 10. sub Narbonense 9. sub Aquense 7. sub Viennense 6. sub Ebrodunense 6. sub Arelatense 4. sub Tholosano 7. sub Auenionense 3.

156 *In Belgio, siue Germania* sunt 56. videlicet.

Sub Maclinense 6. sub Chamarecense 4. sub Vvltreiectino 5. sub Moguntino 13. sub Coloniense 4. sub Treuerense 3. sub Magdaburgense 5. sub Salisburgense 10. sub Bremense 3. sub Vesuntinense, seu Bisuntino 3.

157 *In Boemia, & Vngaria* reperiuntur 15. sub Pragense 1. sub Strigoniense 6. sub Collocense 8.

158 *In Polonia* sunt 22. sub Gnenense 11. sub Leopoliense 4. sub Rhigense 7.

159 *In Valatia* sub Bacouiense 1.

160 *In Moscouia* 11.

161 *In Britannia* habentur 24. sub Cantuariense 21. sub Eburacense 3.

In Scotia sunt 21. sub Andreopolitano 8. sub Glascouense 3.

162 *In Hybernia* sunt 31. sub Armacano 11. sub Dubliense 6. sub Cassiliense 8. sub Tuanense 6.

In Dania sub Condense 8.

In Suetia sub Vbsalense 6.

163 *In India Orientali* sub Goano 6. sub Grangoniorensi, nondum sunt assignati.

In India Occidentali sunt 32. Sub Mexicano 11. sub S. Dominici 8. sub Limense 10. sub S. Fidei nescitur an adsint: sub Manillano 3.

164 Extant itaque in vniuersa Ecclesia Catholica Cathedrales, seu Episcopales Ecclesiæ, *in summa summarum* 1600. vltra Patriarchales, & Primitiales, seu Archiepiscopales; videlicet, per Orientales Regiones 850. & per reliquum orbem 750.

Faxit

Faxit autem Deus, vt iam tandem iuxta promissum suum. *Fiat vnum Ouile, & vnus Pastor*. Io. cap. 10.

Sed quia instituti nostri non est agere hic de Ecclesijs primi gradus; consultò proinde hæc Missa facio. & telam exorsam texendo, descendo ad alia.

Verumtamen quia Cathedralis Collegiatam Ecclesiam ciat; congruum propterea arbitror subijcere præludium *de Ecclesia Collegiata*.

PRÆLVDIVM Secundum.

De Ecclesia Collegiata.

ARGVMENTVM.

Ecclesiæ Collegiatæ ex quibus signis dignoscantur, & an sint conferendæ per concursum si alioqui collegiatæ nuncupentur.

1 CVM Ecclesiæ Cathedrales de iure communi sint collegiatæ, vt in *c. ne pro defectu*. 12. *de elect. cap. nouit*. 4. *c. quanto*. 5. *de his, quæ fi. à præl.* & obseruat Abb. Panor. *in c. nobis. n.*8. & ibid. Io. Andr. 25. *de iurepatron.* Henric. Boich. *num.*5. *in c. postulasti*. 30. *de iurepatron.* & post hos Petr. Rebuff. *in concordatis. de collat. §. volumus* in

2 verbo *collegiatis*, † licet è contra non omnis collegiata sit cathedralis, *Card. q.2. in Clem. Vt ij. 2. de ætat. & qualit.* de huiusmodi autem cathedralibus cum aliqua in primo preludio enunciauerim; exposcere proinde putaui operis ordinem, vt hic *de collegiata* secundum subijciam preludium,

3 Nec planè † adeo facile est ostendere quenam sint Ecclesię collegiatę, teste D. Petro Andrea Gãbaro in suo docto tract. de Potest. legati de latere. *lib.* 3. *Rubr. de potest. circa benef. conferen. n.*85. vbi dicit, quod Glos. *in c. in nobis.* in verbo *in conuentuali*. 25. *de iurepatr.* hoc tetigit, sed indeci-

4 sum reliquit; † Abbas etiam Lap. *n.*9. *in c. cum in illis*. 16. *de preb. in* 6. dicit, quod omnis Ecclesia collegiata est curata, *cap. cum ab Ecclesia*. 3. *de off. ord. & c. cum in Ecclesijs*. 10. *de maior. & obed.*

5 ita vt si exprimatur † quod Ecclesia est collegiata, putat satis per cõsequẽs exprimi quod sit curata

¶ [Ecclesia enim potest esse collegiata, & Parochialis simul, & semel, quia vnus status nõ est alteri cõtrarius *c. statutũ. de elect. in* 6. *Fel. in c. in nostra. n.*14. *coroll.* 10. *de rescript. Gemin. cons.*132. *n.*1. *vers. ex hoc ergo. Rota in Cremonen. Præpositura*. 20. *Febr.* 1622. *coram Rembol. & decis.* 583. *n.*2. *p.*4. *diuers.*] quamuis de hoc non conueniant omnes quinimò ipsemet Lapus dicit se fecisse corrigi bullas, in quibus apposita non erat expressio curæ, sed tantum erat expressum, quod erat collegiata; ac tandem, pro concordia concludit, quod ante impetrationem sequenda est opinio asserentium exprimi oportere qualitatem

tem Curæ:& post impetrationem, sine huiusmodi expressione, posse impetrantes acquiescere.

6 Sed vt iam ad rem veniamus, & omnis hæsitatio prorsus tollatur, ne eueniente vacatione alicuius Ecclesiæ, anceps sit Episcopus, an debeat concursum proponere necne; vt, planè contigit aliquando in hac Ciuitate, dum vacasset Parochialis Ecclesia SS. Felicis, & Agathæ terræ Vuiliarum Alexandrinæ Diœcesis, in qua quidem Ecclesia cum assererentur extare tria simplicia beneficia Canonicatus nuncupata, dubitaretq. Illustris. D. meus Episcopus Parauicinus, an talis Ecclesia esset collegiata, stante huiusmodi Canonicorum denominatione, & præsertim, quod vltimo loco fuerat Archipresbyteratus dictæ Ecclesiæ collatus à S. Sede tanquam de collegiata Ecclesia: in illud tādem consilium deuenit, vt perquirerentur scripturæ & monimenta, ex quibus certior reddi posset de statu ipsius Ecclesiæ, eamq. prouinciam mihi demandau't, cuius mandatum nō iners executus fui, & cum plurimas ad id collegissem scripturas, & collationes, etiam summorum Pontificum pro tempore factas; ex ijs conclusum fuit non constare de collegialitate; imò potius de simplicitate ipsius Ecclesiæ, quippe quæ, præter iam dictam denominationem canonicorum, nulla alia signa concurrebant; quo circa propositus fuit concursus, & fuit etiam collatus ipse Archipresbyteratus auctoritate ordinaria ab ipso Illustris. D. Episcopo, vacauerat enim in mense ordinario, & nulla obstabat reseruatio, vel affectio; † dicamus

7 quod vbi constat de erectione Ecclesiæ in collegiatam, siue ex fundatione, vtpotè quia fuerit ordinatum vt ibi sint tres, vel plures clerici tanquam collegium, vel fuerit pro tot dotata; siue ex priuilegio, per quod Ecclesia instituta fuerit collegiata, & datum ei ius collegij, quibus casibus, quod sit collegiata non est ambigēdum *c. porrò. 7. de priuil. c. 1. de elect. & expressè. c. cum dilectus. 8. de de consuet.* cum alijs iuribus ad hoc cumulatis per Boich. *n. 5. in d. c. postulasti. 30. de iurepatron.*

8 non † tamen constat de contraria ordinatione, nimirum, vt Ecclesia

9 non censeatur iure collegiato, † in quo casu, etsi contingat in ea quam plures clericos congregari, non tamen habebunt ius collegij, nisi patronus, & alij omnes, qui ex mutatione illius status lęderen-

10 tur consentiant, † & in hunc sensum intelligendum est. *c. Vt quisque presbyter. 3. de vit. & honest.*

11 *c. piæ mentis, & seq. 16. q. 7.* † tunc recurrendum est omninò, extra præmissos casus, ad argumenta, & coniecturas, quæ vtique sufficiunt, *Rot. in vna Placentina Præpositura 12. Febr. 1593. coram Illustris. bo. mem. Cardin. Mantica, & est decis. 215. n. 1. inter illius impressas.* [Coniecturæ tamē debent esse vt significetur ex ijs aliqua cōmunio, quæ spectet ad omnes vt vniuersos, non autem quæ spectet ad omnes vt singulos, vti iam decisum coram D. Achill.

de

de Grassis *decis.*273. *n.*2. vbi non fuit reputatum collegium *in illa Bisignaten.* ex depositionibus testium deponẽtium se audiuisse ab omnibus Archipresbyteris clericis & nobilibus de ciuitate, ita communiter reputari, & teneri: & quod plures viderunt congregari ad effectum visitandi ecclesiam, creandi exactorem massæ communis, & pro ipsa diuidenda: & quod Archipresbyter tenetur, & reputatur pro capite, ea quidem ratione, quia tractatus communes, & massa cõmunis per se non inferunt ad omnes vt vniuersos nam requirebant etiam sigillum commune, vel aliqua significantia communionem.]

12 Illud tamen omnino adnotandum puto, quod inquam de collegialitatis essentia est vt in institutione huiusmodi ecclesiæ collegiatæ cõstituantur ad minus tres, nam pauciores non faciunt collegium *l. Neratius.* 83. *ff. de verb.*
13 *signif.* † ac proinde constituendi sunt vt faciant vnum corpus, & habeant arcam communem, & res communes, sigillumq. commune, & simul conueniant pro commu-
14 nibus rebus pertractandis, † quæ sanè sunt vera signa ecclesiæ collegiatæ, vt sæpius decidit Rota, & potissimum *in vna Pampilonen. beneficij.* 11. *Maij* 1590. *coram Illustris. Mantica, & est illius decis.* 107. *n.* 8. & in alia *Placent.* 4. *Maij* 1592. *coram eodem*, & præcitata etiam *Placent.*12.*Febr.* 1593. *quæ sunt decis.*175. *&* 215. & in alia *Zamoren. Canonicatus.* 12. *Ianuar.*1598. *coram bo.mem. Illustris. Card. Seraph.* quæ inter illius impressas est. *decis.*1256.
15 *n.*1. † vbi fuit cõclusum *Ex arca, & communi sigillo sufficienter probatum esse Ecclesiam esse collegiatam, quia ea sunt signa Ec-*
16 *clesiæ collegiatæ*; † ac tandem *in vna Asculana Parochialis coram R.P.D.Orano.*20.*Maij* 1585. quę habetur inter collectas D.Prosperi Farinacij nouiter nouissimas *decis.* 422. in qua fuit conclusum, *quod Priuilegium, aut institutio, aut exercitium actuum arguentium collegiatam, vti sigillum commune, tractatus communes, Arca distributionum communis collegiatam Ecclesiam in-*
17 *stituunt*, † *& quod si huiusmodi signa non concurrunt, non dicitur collegiata, quamuis beneficiati ipsius Ecclesiæ nuncuparentur Canonici, & horis canonicis*
18 *interessent*, † *quia huiusmodi denominatio, & horarum recitatio*, dictum fuit, *quod non facit collegium quando non sit à col-*
19 *legio*, † *nec suffragatur etiam visitatio Episcopi, in qua enuncietur aliqua dignitas quod sit caput, & quod resideri consueuerit in ea, & fructus communiter*
20 *percipi, & diuidi*, † *nam per necessarium non deducitur talem Ecclesiam esse collegiatam cum simplici etiam congregationi prædicta conueniant.* [Et in eadem *coram eod.*17.*Martij* 1586. habetur, quod collegialitatem ostendit institutio, seu priuilegium: possessio collegij, quę arguitur per residentiam canonicorum, & electionem, seu deputationem offi-

cialium; sigillum commune: tractatus in forma capituli: coitio pro expediendis communibus negotijs: conuentio Abbatis ad sonum campanæ tanquam caput; instrumentum antiquũ vltrà 100. annos enunciantia collegiatam: & vltimus status, de quibus notis *Abb. num.* 8. *in c. nobis.* 25. *de iurepatr. Card. in clem. statutum. q.* 4. *de elect. & in Clem.* 2. *n.* 10. *de ætat. & qualit. DD. in c. dilecta. de exceß. prælat. glos. in cap. statutum in verbo collegiatis. de elect. in* 6. *Alex. conf.* 75. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 4. *Aimon. conf.* 134. *num.* 5. *Barbat. conf.* 17. *lib.* 1. *Rom. conf.* 480. *n.* 7. *Bald. & Salicet. in l. cum aliquos. C. de iur. delib. DD. in c. fi. de succeß. ab intestat. Decian. conf.* 6. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 2. non tamen requiritur necessariò, quod concurrãt omnia huiusmodi signa, sed sufficit quod ex aliquibus verificetur *Card. in d. clem.* 2. *n.* 4. *in*
21 *princ. de ætat. & qualit.* † & quãuis ecclesia non desinat esse collegiata ex eo quod Canonici non resideant *Rot. decis.* 368. *n.* 5. *p.* 2. *in recent.* quæ loquitur de ecclesia parochiali, *& in Cremonen. Præpositura.* 25. *Febr.* 1622. *coram R. P. D. Remboldo. Alex. conf.* 74. *n.* 3. *&* 75. *n.* 4. *vers. nec in hoc. lib.* 4. vbi quod remanet collegiata habitu donec à superiore fuerit destructum collegium *iuxta not. per glos. in c. statutum verb. collegiata, propè fin. vers. & ius collegij. de elect. in* 6. *glos. in c. gratum.* 2. *vers. pauciores. in princ. & fin. de post. prælat. l. sicut mãcipij. in fin. ff. quod cuiusque*

vniuers. nom. hoc tamen intelligendum est vbi præter nuncupationem Canonicorũ habentur alia ex supra allatis signis, & aliquando Canonici consueuerunt residere. & in alia *Oritanen. Archipresbyteratus.* 29. *Maij* 1598. *coram eod. est decis. Farinac. in nouiter nouiss. decis.* 584. *n.* 2. dictum fuit *ex his iudicijs & coniecturis probari ecclesiam esse collegiatam quod clerici ad sonum campanæ conuocantur, & congregantur in capitulo, & ab his deputatur Cãcellarius: eduntur statuta, & habeat sigillum, & arcam communem: & pro tali, ea ecclesia reputetur & habetur per ordinarium, & in Synodo fuit admissa:* Et prædicta procedunt etiam si non habeamus initium fundationis. *Rot. lib.* 4. *diuers. decis.* 33. his additur.] Gonzal. *Glos.* 19. *n.* 15. vbi habet quod beneficiati alicuius Parochialis, quamuis ad instar capituli congregentur; attamen faciunt solum congregationem, & non constituunt vnum corpus,
22 & ista † tanquam irreleuans probatio non fuit admissa per Rotam *coram R. P. D. Verospio in vna Nolana Primiceriatus.* 4. *Maij* 1615. *apud Farinac. decis.* 673.
23 *par.* 2. † Non obstant etiam narratiuæ prouisionum Papæ; etenim non probant mutationem status *Achill. de Graff. decis.* 13. *de iurepatr. Caputaq. decis.* 189. *in*
24 *princ. par.* 3. † prout etiam non probant sententiæ, vti enunciatiuæ infrà centum annos. *Aretin. num.* 22. *in c. cum causam.* 13. *de probat.* Rot. *decis.* 31. *in antiquit.*

eo.

eo. de probat. & apud Farinac. decis. 673. par. 2.

25 Si tamen clerici essent in possessione iuris collegij, tunc ipsa ecclesia defendenda esset in huiusmodi iuris possessione, vt probatur in *c. cum venissent. 6. de inst. c. 1. de in integr. restit. c. consul-*
26 *tationibus. 19. de iurepatr.* † prout è contra si esset in possessione iuris nõ collegij esset tuenda in ipsa possessione quousque aliud probaretur, *optimus tex. est in c. dilectus. 14. de excess. prælat. Boich. num. 14. in d. cap. postulasti. 30. de iurepatr.*

27 Porrò quod dixi esse de essentia collegialitatis vt saltem sint tres, nec pauciores facere posset collegium, ita planè accipiendum est, vt nequeat quidem Ecclesia aliqua institui collegiata cũ minori numero trium; at verò non nego, quod si postea decresceret numerus adhuc non remaneat collegia-
28 ta; † illud enim me non fugit, nimirum ius collegij conseruari etiã in vno *c. gratum. de postul. præl. l. Sicut. §. fin. 7. ff. quod cuiusque vniuer. Glos. in cap. 2. de postul. prælat. & in c. statutum. 22. de elect. lib. 6. Boich. n. 6. d. c. postulasti. 30. de iurepatr. glos. pragm. sanct. §. 1. verb. collegium. de*
29 *elect.* † Quinimò si omnes morerentur non propterea periret ius collegij, sed dormiret, & postea institutis alijs resurgeret *Gãbar. de potest. leg. lib. 3. rubr. de potest. circa benef. confer. num. 88. post Innoc. in d. c. postulasti. 30. de iurepatr. & c. cum ex iniuncto. 2.*
30 *de nou. oper. nunciat.* † tunc enim diceretur Ecclesia collegiata habitu.

Et ex his superq. liquet quibus argumentis, & coniecturis discernatur ecclesia collegiata à simplici, estq. ista regula certa, & firma, teste Abb. *n. 8. in d. c. nobis. 25. de iurepatr.* quẽ vbiq; sequitur Rota.

31 Eueniente itaque vacatione alicuius ecclesiæ, non obstante quod alioqui collegiata nuncupetur, nisi aliqua ex præmissis signis
32 concurrant; † necesse enim non est vt copulatiuè ipsa omnia signa cõcurrãt *Zabarell n. 10. in clem. 2. vers. non putes de ætat. & qualit. Mãtica decis. 215. n. 1. & hic dub. 2. n. 15.* poterit Episcopus inoffenso, & impoluto, quod aiunt, pede cõcursum proponere, & si ecclesia in suo mense, & extra curiam vacauerit, nec alia quælibet obstet reseruatio, poterit etiam liberè illam conferre, vel aliàs si reseruata sit, aut collatio ad alium spectet, eligere ex approbatis in concursu, quem cæteris magis dignum reputauerit.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Solus Papa erigit collegiatam ecclesiam; Episcopus verò de Apostolica auctoritate tantùm: & traditur formula huiusmodi erectionis, quæ planè erectiones fiunt sine praiudicio aliarum.

1 DVbitatur nunc quis possit collegiatam erigere? D. Rebuffus in sua praxi beneficiaria

de erect. in collegiatam, & Azor. *moral. instit. p.2. lib.5.c.29.q.25. & c. 30. quaest.3. & 4.* & post eos D. Nic. Garz. *in fine sui aurei*
2 *tract. de benefic.* † concludunt quod solus Papa potest erigere ecclesiam collegiatam *per c. 1. ne sed. vac.* & facit *c. quod transla-*
3 *tionem. 4. de off. leg.* † & quamuis Garzia videatur dubitare vt etiam possit fieri huiusmodi erectio per Episcopum *c. nobis. 25. de iurepatr.* quod hoc non probat,
4 intelligendum † tamen est dictum Garziæ, vt possit Episcopus constituere quidem ecclesiam sua ordinaria auctoritate, at nequaquã in collegiatam erigere, nisi de
¶ Apostolica auctoritate. [Et ita
5 etiam † erit intelligendus Gambarus *de potest. legat. lib.5. rub. de potest. in erigendo nou. benefic. n. 29.* vbi dicit quod poterit facere ecclesiam parochialem collegiatam si habeat dotem competentem.

Nisi dicamus fore intelligendum de collegijs regularium; nam licet pro erigendo nouo collegio Regularium olim requireretur specialis licentia Sedis Apostolicæ *c. 1. de excess. prael. in 6.* hodie tamen potest ordinarius ex Conc. Trid. *sess. 25. c. 3. de regul.* & cõstit. fel. rec. Clem. VIII. sic decidente *Rot. in Caesaraugust. domus 22. Iunij 1615. apud Farinac. decis.*
6 *745. p.2. c.1.*] Hinc ait Rebuffus, vbi supra, quod in huiusmodi erectionibus Papa consueuit ita scribere.

7 *Ad omnipotentis Dei, & Virginis eius gloriosa matris, totiusque curia caelestis laudem, & gloriam, ac diuini cultus augumentum, sub venerando S. N. diaec. A vocabulo, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, auctoritate Apostolica in collegiatam erigimus, & ad eam collegium* Canonico*rum saecularium capitulum facientium, ac omnia, & singula alia iura* Collegij *perpetuò habiturum decernimus, ita quod in ea sit vna dignitas Archipresbyteratus*, vel alia, *quam pro tempore obtinens caput eiusdem ecclesia existat.*

Porrò in huiusmodi erectione aliquando statuitur certus numerus canonicorum; interdum verò Papa mandat executoribus vt pro facultate redditum præscribant ipsi numerum, quem deinde Papa approbat per suam Bullam ere-
8 ctionis *cap. 1. de instit.* † huiusmodi autem erectiones censentur fieri sine præiudicio aliarum Ecclesiarũ collegiatarum *extrauag.*
9 *vlt. de concess. preb.* Io. 22. † & ita debere constitui vnum caput, nè sint accœphali, idest, sine capite.

10 Sed hoc intellige cum glos. pragm. Sanct. *in §. 1. verb. collegium. de elect.* quod non requiritur de necessitate prælatus. sed subintellige non esse necessarium vt sit caput speciale, sed sufficiat generale puta Episcopus. *glos. ibid.*

DV-

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Collegiata insignis est, quæ insignis communiter reputatur, & parum facit consideratio Ciuitatis, nec est necessarium vt concurrant omnes coniecturæ.

1 Coeterum quia ex collegiatis quædam sunt Insignes, quędam verò non, † ea propter oc-
2 currit nunc *secundò* dubitare, quænam dicantur collegiatæ insi-
3 gnes. † Nauarrus *in conf.* 1. *de verb. signif.* ait, quod Insigne illud dicitur, quod præ alijs sui ordinis habet aliquod præcipuum,
4 Quocirca † ibi concludit Villam Fonsecæ esse insignem licet cincta non sit muris, quia tamen habet 800. municipes, quod est quoddam præcipuumin ordine locorum Hispaniæ non muratorũ, siue muris non cinctorum, & habet iurisdictionem, vulgoq. ha-
5 betur pro tali, † quæ planè reputatio communis sufficit ad constituẽdum vt ecclesia pro insigni habeatur, *Io. Monac. in c. statutum. in princ.* 11. *de rescript. in* 6. quod etiam videtur amplecti Rot. *in vna Placentina Præpositura* 4. *Maij* 1592. & 12. *Febr.* 1593. *coram Illustriss. Mantica*, & sunt
6 *decis.* 175. & 215. † vbi *in prima decis. n.* 2. fuit conclusum *Ecclesiam S. Alexandri non esse colle-*
7 *giatam insignem*; † *tũ ex numero Canonicorum exiguo, modicis redditibus, & qualitate serui-*
8 *tij* † *atque ex enunciatiuis visitationum, & decretis ordinariorum, & ex Synodis diœcesanis.*
9 in secunda † verò decis. n. 3. fuit conclusum, *huiusmodi insignitatem non elici ex relatione status Ecclesiæ Placentinæ ab ordinario exhibita Sac. Congregat. Concil. Trident. per quam constat, vltrà duas insignes, extare aliàs etiam collegiatas, inter quas Ecclesia S. Alexandri connumeratur*. Rot. *in d. decis.* 175. *n.* 2.

¶ [Et quãuis Rota *in d. decis.* 175.
10 *n.* 2. dixerit quod in diiudicanda insignitate parum facit consideratio Ciuitatis, quod vtique verum est, quippe quæ in Ciuitatibus reperiuntur etiam Collegiatę, quæ non sunt insignes, vt *in d.*
11 *Placent.* † Nihilominus ex quo Sac. Conc. Trident. *sess.* 20. *cap.* 2. disponit, vt in Collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido erigatur præbenda theologalis, quæ planè qualitas aliàs non conuenit nisi Ecclesiæ Cathedrali; ideò videtur etiam ex qualitate loci, in quo Ecclesia Collegiata sita est, insignitatem consequi ecclesiam
12 ipsam, † vtpotè, quia Cathedrali Ecclesiæ æquipararı dicitur, ac
13 proinde † in diiudicatione huiusmodi insignitatis fieri posse considerationc ex qualitate loci: nec obstat *d. decis.* 175. nam ibi agebatur de Collegiata euidenter non insigni, quæ ex sola existentia in Ciuitate non poterat insignitatem acquirere: & in omnem casum Rota non decisiuè, sed obiter, & per transennam dixit, quod in diiudicanda insignitate parum facit consideratio Ciuitatis.

B 3 Porrò

14 Porrò quod consideratio loci faciat vbi agitur de iudicando quod Collegiata sit insignis, confert quàm maximè decisio, seu declaratio Sac. Rit. Congregationis in ea declaratione, quam fecit de Collegiata S. Pauli Ciuitatis Nouæ Firmanæ diœcesis, quod sit insignis; etenim inter reliquas qualitates quas ipsa S. Congregatio examinauit, & ponderauit circa dictam ecclesiam, illam loci insignitatem tanti æstimauit, ac fecit, vt censuerit ex hac præcipua qualitate, dictam ecclesiam Collegiatam S. Pauli esse insignem, de qua plura habebuntur *in tract. meo de Synodo diœcesana c. 4. dub. 14. n. 9. & seq.* vbi agam de insignitate locorum, & ad verbum referam doctissimam, & elegantissimam informationem D. mei D. Ludouici Centoflorenij I. V. D. de patria sua benemeriti, ac eiusdem accerrimi defensoris.]

15 Nec etiã necessarium est quod concurrãt omnes coniecturæ quæ solent adduci, sed sufficit vt aliquæ adsint, ex quibus id argui possit, & verisimile reddatur *Card. q. 4. n. 10. in Clem. 2. de ætat. & qualit. & sequitur Fel. n. 4. in fi. in cap. accedentes. 11. de præscript. & nouissimè tradit Decian. in cons. 6. n. 5. vers. non obstant. lib. 2. & Rot. d. decis. 215. num. 1.*

¶ [Sed clarius in Brixien S. Nazarij Lunæ 13. Iunij 1605. coram bo. mem. D. Penia, quam hic insero cum ad rem multum faciat, estq. talis.

16 *Cum pia mem. Carolus Cardinalis Borromaeus, anno 1580. tanquam visitator Apostolicus, Ecclesiæ SS. Nazarij, & Celsi Ciuitatis Brixien. visitaret, in visitatione attestabatur se reperijsse prædictam Ecclesiã in statu Collegiatæ insignis, & respectu, seruitij, ornamentorum, & fabricæ, mandauit tandem ecclesiam in statu ecclesiæ Collegiatæ custodiri, & conseruari, & licet occasione plurium decretorum propterea tunc à Cardinali factorum Io. Matthæus Aueroldus, eo tempore in eadem Ecclesia Præpositus, à prætenso grauamine sibi illato appellasset, quoad statum tamen Collegiatæ nihil opposuit cum in Breui Commissionis, quod obtinuit in Signat. Gratiæ fassus fuerit dictam ecclesiam Parochialem esse Collegiatam Insignem.*

Cæterum cum post mortem Io. Matthæi, eius nepos Io. Baptista Aueroldus in dicta Parochiali, seu Præpositura successerit, anno 1586. Episcopo Cremonen. causam cõmitti obtinuit super eo, an huiusmodi ecclesia esset Collegiata, vel simplex potius Parochialis, *sicut ipse prætendebat. Verum, cum postea de partium consensu, inde causa aduocata, Illustrissimo D. Card. Pamphilio, tunc Rotæ Auditori commissa fuisset, & datum desuper dubium* an dicta ecclesia esset manutenenda, in statu Collegiatæ, *& post assumptionem Illustriss. D. Pamphilij ad Cardinalatus Dignitatem, ego in eius locum subrogatus, sæpè à partibus interpellatus, super dubij propositione verba fecissem, die 3. Decembr. anni 1604.*

Rota

Rota ordinauit vt consideratis vtriusque partis informationibus darem dubium magis ad propositum, quod respiceret petitorium, nam Rota, vt dilationes, & subterfugia resecarētur pro hac parte inclinabat; rursus die 6. eiusdem mensis Decembris audito D. Aurroldo in curia, testes, quos dicebat se in promptu habere ad probationem, quot vellet examinare posset. Verum cum neque adhuc partes acquiescerent, & parte Reuerendissimi D. Episcopi Brixien. fuisset suspensum petitorium; iterum die 11. & 14. Februarij huius præsentis anni, negotio proposito, in Rota Domini censuerunt, quod disputaretur dubium an vltimus status huius Ecclesiæ esset vti de Collegiata ad effectum de quo agebatur: *quo in hac Rota vtraque parte informante proposito.*

17 *Domini conformiter censuerūt statum vltimum esse vti de Collegiata; quia in primis concurrebant multa signa, & coniecturæ, quæ Collegiatam esse non obscurè indicabant, nam quando de initio, siue de erectione alicuius Ecclesiæ in Collegiatam nō apparet, ad probandum illius statum tanquam de Collegiata, argumenta, & coniectura sufficiunt.* Inn. in c. postulasti. in princ. de iurepatr. Alex. conf. 75. n. 2. lib. 4. *Et tenuit sæpè Rota, sed signanter* in causa Placentina Præpositurae. 12. Febr. 1593. coram Mantica, & in Asculana Parochialis. 17. Martij 1596. coram Orano; & in causa Verulana Abbatiæ, 11. Martij 1602. coram me; *vbi simul etiam fuit dictum non esse necessarium vt concurrant omnes coniecturæ, sed sufficere adesse aliquas, ex quibus verisimile reddatur Ecclesiam esse Collegiatam* Zabar. in Clem. 2. q. 4. n. 10. vers. non tamen putes. de ætat. & qualit. Decian. cons. 6. n. 9. vers. non obstat. lib. 2.

In casu autem proposito ex deductis pro Reuerendiss. D. Episcopo Brixien. hac infrascripta argumenta, quæ Collegiatam Ecclesiam esse probant, & Rotæ placuerunt, recensebantur.

18 *Primum desumptum ex Indulto Leonis X. ex quo Præposito narranti Ecclesiam esse Collegiatam fuit concessa facultas deferendi Mitram & Baculum.*

19 *Et præter Dignitatem Præposituram nuncupatam fuit in Ecclesia erectus Primicieriatus, cum declaratione quod esset Dignitas, & haberet secundum locum post Præpositum. Constituti præterea fuerunt quatuor Canonici Cura-*
20 *ti, & quatuor non Curati,† quæ omnia simplici ecclesiæ Parochiali conuenire non possunt, sed potius Collegiatæ; ex quo enim adest Præpositus tanquam caput, & alij clerici tanquam membra Ecclesia censetur Collegiata.* Glos. in cap. statutum verb. Collegiatas. vers. responde de elect. in 6. Alex. cons. 74. n. 4. & d. cons. 75. n. 2. vers. vel quando ibi est aliquis. lib. 4.

21 *Alterum signum Collegiatæ potebatur, ex visitationibus factis de anno 1533. à Cardinali Cornelio tunc Episcopo Brixien. & de anno 1580. à pia mem. Card. Bor-*

romano, in quibus nedum appellabatur Ecclesia Collegiata, *sed tanquam Collegiata etiam fuerat visitata, & facta in visitationibus decreta Ecclesiæ Collegiatæ conuenientia super electione Primicerij, & similia, quæ Collegium proculdubio significabant.*

22 *Tertium signum deducebatur ex multis beneficiorum possessionibus traditis, à Dignitatibus, &* Canonicis *capitulariter congregatis, cum assignatione stalli in Choro & loci competentis in* Capitulo, *nam signanter anno* 1576. *cum Io. Baptista Aueroldus nunc Præpositus, tunc verò constitutus* Coadiutor, *in Præpositura; quam possidebat Ioan. Matthæus Aueroldus, Bartholomæo de Castrinis possessionem tradidit cuiusdam* Canonicatus, *& Prabendæ dictæ Ecclesiæ.*

23 *Quartum desumebatur ex antiquo Instrumento Anni* 1505. *vnde apparebat iam tunc Ecclesiam hanc, Capitulum, & Canonicos, & communes tractatus habuisse, respicientes administrationem bonorum, & iurium ipsius Ecclesiæ, nam Præpositus, & Canonici Capitulariter Congregati tractarunt de faciendo quandam inuestituram seu liuellū quorundam Bonorum, & Aquæ, ad effectum fabricandi Molendinum, ad vtilitatem Ecclesiæ, & Præpositus, tunc habito tractatu & requisito consensu Capituli, cum eius præsentia, deliberatione, & consensu præfatam inuestituram concessit* Alex. d. cons. 74. n. 4. *lib.* 4.

24 *Sextum argumentum satis euidens, & certum præstabant confessiones, tam eiusdem Io. Matthæi Aueroldi antecessoris, quam Io. Baptistæ Aueroldi facta iudicialiter anno* 1581. *cum mandato procura dato per Io. Matthæum, ipsi Io. Baptistæ præsenti, & acceptanti ad lites, in quo expressè dicebatur Ecclesiam S. Nazarij esse* Collegiatam, *tam in libello per Io. Baptistam, & syndicum huius ecclesiæ exhibito, in quo expressè affirmabat, huiusmodi Ecclesiam fuisse, & esse* Collegiatam *Insignem.*

Ex quibus Domini non dubitabant, quin probaretur statut. Collegiatæ multò magis, quam in decisionibus allegatis, in quibus minora signa Collegiatam indicantia concurrebant &c.]

Hinc infertur eam posse & debere appellari insignem Ecclesiã, cuius Caput Pontificalibus insignijs decoratum est, aut habet iu-
25 risdictionem contentiosam; † vel Ecclesia ipsa plures in se habet dignitates in sonum dignitatis ca-
26 nonicè erectas, † & plures canonicatus, & pingues redditus, & in qua grauia & solemnia munia, ac seruitia, præstantur, vel tādem, quæ vt sit Insignis ita erecta est.

¶ [Quamuis vbi nulla alia concur-
27 reret signa ex recensitis hoc præludio, nisi merus vsus mitræ, & baculi, nulla induceretur Collegialitas, ita fuit iam resolutum per *Rotam in Asculana parochialis.* 20. *Maij* 1585. *coram Orano;* nam in iure huiusmodi indumenta parum habentur in consideratione, *c. porrectum. de regula. vt latius*

in

in meo tract. de Synodo cap. 4. dub. 6. n. 45. & seq. nec huiusmodi vsus mitræ, & baculi inducunt reseruationem in reg. cancell. nec indultorum *Rota ibid.*]

28 Putarem etiam non errare si dixerim, illam Ecclesiam argui etiam, & reputari Insignē, quando in eius prouisione solet summus Pontifex apponere decretum, & illud re ipsa apponit, vt prouisus ipse teneatur intra certum ibi præfixum tempus gradum doctoratus assumere. [*arg. Conc. Trid. vbi decernit vt in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus dignitates & saltem dimidia pars canonicatuū doctoribus conferatur.*

29 Quo circa stylus in curia inoleuit vt non soleat apponi decretum de sumendo gradu, vbi in supplicatione dicitur Ecclesiam non esse insignem, & ego vidi plures prouisiones huiusmodi & potissimum in Collegiata Quargnenti huius Alexandrinæ diœcesis.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Ecclesia Collegiata insignis habet priuilegia seu prærogatiuas super Collegiatis non insignibus, quæ demonstrantur.

Postquam dixi aliqua de insignitate Ecclesiæ Collegiatæ mihi succurrit dubium an Ecclesia Collegiata insignis habeat aliquas prærogatiuas seu priuilegia super non insignibus: Dubiū vtile est, nec disputatione æget stante declaratione Sac. Rit. Congregationis super decisione insignitatis Ecclesiæ Collegiatæ insignis S. Pauli Ciuitatis Nouæ Firmanæ diœcesis, vbi consulta de sequentibus dubijs, nimirum.

Supplicatur Sacræ Congregationi, vt dignetur declarare.

1 *Primò an Canonici Ecclesiarū Collegiatarum insignium debeāt præcedere in Synodo Canonicis Ecclesiarum Collegiatarum non insignium?*

2 *Secundò an debeant adhuc præcedere si Ecclesia Collegiata non insignis sit antiquior in erectione?*

3 *Tertiò quid si erectio Collegiatæ insignis facta fuerit sine alicuius præiudicio?*

Sacra Rit. Congregatio ad primum respondit *Canonicos Ecclesiarum Collegiatarum insignium praferēdos esse in Synodo, ac processionibus Canonicis Ecclesiarū Collegiatarum non insignium.*

Ad secundum itidem praferendos esse, etiam si Ecclesia Collegiata non insignis sit antiquior in erectione.

Ad tertium idem procedere etiam si erectio Collegiatæ insignis facta fuerit cum clausula sine alicuius præiudicio; *cum eo ipso quod Ecclesia est effecta insignis gaudeat priuilegijs Ecclesiarum insignium.*

4 Hinc colligitur inter plurima Collegiatæ insignis priuilegia illa præcipua esse.

5 Primum vt Canonici Ecclesiarum Collegiatarum insigniū præcedant in Synodo, & processionibus Canonicis Ecclesiarum Col-

6 legiatarum non insignium, † & quod

quod procedat, nedũ quando Collegiata insignis est antiquior, sed etiam si sit recentior collegiatis non insignibus, & habeat clausulam *sine praiudicio aliarum*.

7 Secundum est, vt dignitates, & saltẽ dimidia pars Canonicatuum Ecclesiarum Collegiatarum insignium conferantur tantum Magistris, vel Doctoribus, aut Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico, vt cauetur in Conc. Trident. *sess.* 24. *c.* 12.

8 Tertium vt in huiusmodi Ecclesijs insignibus vbi frequentes adeoque tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis vt sustinendo decẽti Canonicorum gradui pro loci, ac personarum qualitate nõn sufficiant; liceat Episcopis cum consensu Capituli beneficia simplicia ijs vnire ad præscriptum eiusdem Concilij *sess.* 24. *c.* 13.

Aliud certius, vel clarius nil reperi circa hanc materiam Insignitatis; quo circa si adhuc famelicus est lector peritos consulere studeat; mihi verò sat sit hæc annuisse, & desideriũ sciẽdi excitasse.

PRÆLVDIVM Tertium.

De Ecclesia Parochiali.

ARGVMENTVM.

Ecclesia Parochialis æquiuocè sumitur cum Curata; attamen quia in solis Parochialibus proponitur concursus, accuratè hic describitur quænam sit Ecclesia Parochialis, præmissa differentia inter Curatum, & Parochiale beneficium, & declaratur ipsa descriptio.

POSTQVAM vidimus in superioribus duobus præludijs, quæ opportuna visa fuerunt de Ecclesijs cathedrali, & collegiata; congruum nunc videtur vt post eas aliqua *de Parochiali Ecclesia* in mediũ afferantur. In primis autem videndum erit quænam Ecclesia dicatur Parochialis;

1 † nam æquiuocè sumitur à Doctoribus Ecclesia Parochialis & Curata, vt est videre apud Gonzal. *super* 8. *reg.*

2 *Glos.* 6. *n.* 111. † vbi ait, quod beneficium Curatum quamuis sit reseruatum, vel affectum debet prouideri per concursum, seruata forma Concilij Tridentini:

3 & † nihilominus D. Io. Staphileus vir alioqui, & doctrina & auctoritate pollens, in celebri suo tractatu *de lit. grat. & signat. iust in rub. de stat. & qualit. benef. §. de qualit. benef. quæ sunt curata num.* 1. cui additur D. Alphonsus Hoyeda celebris doctor Hispanus *de incompatib. benef. par.* 1. *c.* 13. *num.* 2. & eisdem ipsemet Gonzal. *d. Glos.* 6. *n.* 59. dicunt quod cura potest dupliciter cõsiderari, largè

4 scilicet, & strictè, † & quod si largè, siue impropriè sumatur, comprahenduntur omnia beneficia habentia iurisdictionem fori contentiosi, quæ versatur circa exercitium iurisdictionis, vti est excommunicare, visitare, absoluere,

5 uere, & huiusmodi; † si verò sumatur strictè, & propriè, veniunt beneficia habentia potestatem fori pœnitentialis. Dec. *n.17. in c.ad aures. 8. de rescript. D. Ioseph Mascard. de probat. cõcl.469.n.2.*

6 Quocirca, vt iam ad rem veniamus, arbitror sic posse describi: *Beneficium Curatum* strictè sumptum, *illud esse, quod habet Parochiam, siue territorium ad eius curam assignatum, certis limitibus, auctoritate superioris distinctum, & terminatum, in quo degit Populus illi ecclesiæ addictus, à certo, perpetuò in ea constituto Rectore Sacramenta sumpturus*. & hæc descriptio est collecta ex his, quæ tradit Hoyeda *d.c.13.n.2.& seq.* & ex alijs supra relatis doctoribus, & ex *decis.* 48. Illustriss. bo.mem. Card. Manticæ *in vna Ciuitaten. decimarum. 6. Febr.* 1589. & radices ducit ex Sac. Conc. Trid. *sess.* 24. *de refor. c.13. propè finem*. & firmatur, vbi Sac. ipsum Conc. mandat, *vt in ijs locis, vbi Parochiales certos fines non habent, nec earum Rectores proprium Populum, quem regant, sed promiscuè petentibus*

7 *Sacramenta administrant,† Episcopi, pro tutiore animarum salute, distincto populo, in certas,*

8 *propriasq. parochias,† vnicuique suum perpetuum, peculiaremque Parochum assignent, qui eas co-*

9 *gnoscere valeat, † & à quo solo licitè Sacramenta suscipiãt. Vbi verò nulla Parochiæ sunt, quam primum fieri procurent*.

10 Dixi itaque in descriptione; *Quod habet Parochiam*, nam ad essentiam parochialitatis est necessarium vt ecclesia habeat Pa-

11 rochiam, † *quæ est locus certis limitibus circumscriptus, in quo degit populus alicui Ecclesiæ deputatus*; & hæc est diffinitio Io. Andr. Abb. & Host. *in rubr. de Paroch.* Gemin. *n. 4. in c. licet canon. 8. de elect. in 6.* Illustriss.

12 Manticæ *d. decis.* 48. *n.1.* † alioquin sequeretur vt etiam Ecclesiæ RR. Fratrum Prædicatorum, & Minorum essent Parochiales; eis enim competit ex priuilegio ius audiendi confessiones, quorumcũque ad ipsas accedentium, & in ipsis Ecclesijs datur etiam sepultura mortuis, *Clem. dudum. 2. de sepulturis*; & nihilominus non sunt Parochiales per se, nisi habeant certum territorium cum populo in eo degente *Mantica d.*

13 *decis.* 48. † & Sacra Congregatio ita aliquando declarauit. *In collatione Archipresbyteratus, qui neque Parochiam, neque Parochianos habet, ordinarium non teneri proponere edictum pro cõcursu*; hanc de verbo refert Garz. *de benef. par. 9. cap. 2. & est secunda in manuscript. Illustriss. D. mei. supra c.18. sess.24.*

14 Dixi in qua *degit Populus*; etenim necessarium est, ad hoc vt Ecclesia sit parochialis, quod populus degat in Parochia *c. Eccle-*

15 *sias. 13. q. 1.*† quapropter non esset regulanda vti Parochialis illa ecclesia, quam populus deseruisset, vel quia omnes mortui essent, vel sanè esse desijssent, aut alioqui Ecclesia ipsa penitus diruta esset, & Parochia translata, vt benè, post

Sta-

Staphil. *d. §. de qualit. benef. curatorum*. tenet Gonzal. *d. glos. 6. n. 89.* vbi ad hoc congerit quam plures DD. aliàs Rector nullam haberet potestatem super animabus, quippe quæ non essent in rerum natura, *D. Feder. de Sen. in conf. 80. & 155.* quem allegat Sta-
16 phil. *vbi supra n. 3.* † & ecclesia diruta non habetur in consideratione quoad parochialitatem, vt fuit rescriptum à Sac. Congreg. Episcopo Lucano 19. Iunij 1582.
17 in hæc verba. † *Beneficium non esse Curatum, cum caret populo*;
18 *& quod in omnem casum*, † *si remanserit parochialis, esset tantum habitu, non autem actu*; & secundum hãc declarationem fuit conclusum in Rota *in vna Lunen. Sarzanen. Prioratus. 11. Febr.* 1591. coram Illustriss. Seraph. *& est eius decis. 936. n. 2. quod in impetratione Ecclesiæ Parochialis habitu tantum, sed non actu non est necessaria expressio curæ.*
19 Dixi, *à superioribus distinctũ*, quia illa non dicitur ecclesia parochialis, quæ solum de facto, & non de iure habet requisita parochialitatis, vtpotè, quia illius Rector exercet curam animarum de facto, aut vsurpat iurisdictionem, & ipse ponit limites, vt post *Calder. in c. de multa. 28. de præb.* tenet *Hoyeda d. c. 13. n. 55. p. 1. de*
20 *incompat. benef.* † non tamen nego quin possit huiusmodi Parochialitatis status præscribi, & tunc huiusmodi præscriptione stante, non debeat dici parochialis, *Hoyeda ibid.*
21 Dixi, *à certo Rectore*, quia vbi nullus adest Rector, sed tantum sunt plures beneficiati in aliqua ecclesia, quibus, vel eorum alicui solet Episcopus committere exercitium curæ animarum, nullum eorum beneficiorum dicitur Curatum, nec is, qui curam exercet dicitur Rector, sed Episcopus ipse est Rector, & penes ipsum residet cura animarum, *Gonzal. glos. 6. num. 65.*
22 Hodie tamen huic rei satis prouidit Sac. Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 13.* vbi statuit vt parochiales constituantur, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, & consuetudinibus etiam immemorabilibus.
23 Dixi *perpetuo*, enimverò beneficium, quod non habet curam perpetuam, sed tantum ad certum tempus, veluti si aliqua Præpositura esset, cuius Præpositus teneretur subire curam animarum alicuius ecclesiæ Parochialis, dum pro tempore vacat, donec illi de Rectore prouideretur, huiusmodi inquam Præpositura non dicitur Parochiale Beneficium, *ad trad. per Io. Andr. sub num. 4. in c. de liberatione. 4. de off. legat. in 6.*
24 etenim † ad iudicandum quod beneficium sit curatum, non attenditur id, quod ei ex accidenti cõpetit, sed eius natura consideratur, *Dec. n. 14. in d. c. ad aures. 8. de rescript. post Oldr. conf. 102. & 227. n. 6. & seq.*
25 Dixi tandem, *Sacramenta sumpturus*. Nam & Parochus adstringitur de necessitate ministrare
26 Sacramenta suis Parochianis, † & ipsi Parochiani coguntur ad eum ac-

accedere, & de illius manu, vel saltem de ipsius licentia, Sacramenta suscipere, *Dec. n.19. in d. cap. ad aures. 8. de rescript. vbi allegat Abb. in d. c. de multa. 28. de præb. & glos. in d. clem. dudum. 2. de sepult. in verbo* impendant, *quē sequitur Imol. n.49. Anchar. n. 20. Abb. n. 31. post Paul. & Zenzell. ibid. & post hos Hoyeda d. cap. 13. n. 3. & seq. p. 1.* Concil. Trident. *d. cap. 13. sess. 24.* & Card. Mant. *d. decis. 48. num. 5.*
27 vbi fuit resolutum † *non dici probatum Ecclesiam esse Parochialem, ex eo quod Rector illius Sacramenta incolis eiusdem loci administrasset, nisi etiam probetur illum ad id faciendum esse adstrictum, & fideles posse compelli, vt pro Sacramentis ad illum recurrant*, per Glos. & Doct. *in Clem. dudum. 2. de sepult.* facit *decis. 86. num. 2. apud Farinac. par. 2. in vna Aquinat. 2. Maij 1603. coram Illustriss. Bononien.* in qua etiam allegatur decis. *in vna Recanaten. Parochialis 20. Martij 1577. co-*
28 *ram Cantuccio*, † vbi pariter dictum fuit: *Non inferri residentiam ex onere celebrandi, quia potest per alium sine continua residentia explicari*; Lap. *alleg. 35.* ¶ *num. 2.* [Et hoc est verum nam parochialitas habet contra se iuris præsumptionem, cum beneficia præsumantur simplicia; *Rot. in vna Salamantina benef. 28. Nouembris 1606. coram Sanctissimo Gregor. XV. fel. record. & est de-*
29 *cis. 378. num. 4.* † & debet probari iuxta requisita parochialitatis,
30 *ibid. n. 6.* † nec probatur ex Cura animarũ, quia esse potest vt cura sit sine parochialitate, *ibid. n. 10.*
31 neq; † ex prouisionibus factis per concursum, quia Episcopi possunt prouidere etiam per concursum de non parochialibus. *ibid. n. 15.*]

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Concursus non est proponendus in Episcopatibus quamuis dicatur incumbere cura animarum Episcopis, & Parochi dicuntur illorum coadiutores.

1 Dubitatur primò, an dispositio Conc. *sess. 24. cap. 18. de refor.* locum obtineat circa ecclesias maiores, siue primi ordinis.
2 Ratio dubitationis est, † quia earum Prælatis dicitur incumbe-
3 re cura animarum; † Parochia enim Episcopi est diœcesis, *c. li-*
4 *cet. 16. q. 3.* † & Curati dicuntur coadiutores Episcopi, *c. fi. de off. Archipresb. Card. Zabarel. n. 11. in Clem. Archiepiscopo. 2. de pri-*
5 *uileg.* † & proinde se habent Parochi ad Episcopos, sicut ipsi se
6 habent ad Papam; † ordinati enim sunt Episcopi in partem sollicitudinis pastoralis officij, non in plenitudinem potestatis, *c. decre-*
7 *to. 2. q. 6.* † & in suis diœcesibus dicũtur gerere vices Papæ, *Germon. de Indult. Card. §. per qua sublatis. num. 52. Sel. de benef. p. 2. q. 1. num. 19. Gonzal. §. 1. proœm.*
8 *num. 9.* † enimvero totus mundus dicitur parochia Papæ, *D. Andreas Barbat. de præstantia Cardinal.*

9 *dinal. p. 1. q. 9. n. 10.* † sed his minimè obstantibus constanter dicendum putarem, quod non habeat locum *d. c. 18. sess. 24. Conc.* circa Episcopatus; tum quia sub dispositione Cathedralium non veniunt Parochiales, nec è contra, *Glos. & Doct. in c. 2. de preb. in 6.*
10 *Roman. in cons. 340. n. 4.* † Cathedrales enim, propter earum excellentiam, speciali nota dignæ sunt, *D. Ioan. Maria Bellettus in disquisit. cleric. p. 1. tit. 1. §. 2. n. 43.*
11 tum † quia ratio, quæ militat in prouisione Parochialis, & propter quem finem dispositum fuit per Concilium vt conferantur Parochiales per concursum, puta vt de idoneis ministris prouideatur, cessat in promotione Episcoporum, & aliorum prælatorum primi or-
12 dinis, † quippe qui asciscuntur ad huiusmodi dignitates non nisi per summum Romanum Pontificem,
13 motu proprio, † & de eorum vita, ac alijs requisitis fit diligens examen, & inquisitio, quę deinde in publicum instrumentum rediguntur, & Summo ipsi Pontifici præsentantur *Conc. Trid. sess. 24. de*
14 *refor. c. 1.* † ac proinde intrare non debet dispositio legis, vbi non intrat eius ratio, *l. quod dictũ. 33.*
15 *ff. de pact.* † nam diuersa ratio reformat legem, *l. interpositas. in*
16 *fi. 13. C. de transact.* † vltra quod in huiusmodi promouendis requiritur gradus doctoratus in Theologia, vel iure canonico in aliqua vniuersitate sumptus *Conc. Trid.*
17 *sess. 22. de refor. c. 2.* † tũ demum quia gradus, qui sunt in ecclesia
18 non commiscentur, † & vbi quis loquitur de vna ex ijs, ad aliam non extenditur sermo regulariter, *c. periculosam. 4. de sent. excomm. in 6. Oldr. cons. 269. n. 3.*

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Conc. Trid. c. 18. de refor. sess. 24. quamuis indistinctè loquatur non habet locum in Curatis, quæ non habent Parochiam, nam licet omne parochiale sit curatum, non tamen conuertitur, & iurisdictio per se sine onere continuæ residentiæ non inducit incompati-
1 *bilitatem.*

1 Suboritur secundum dubium, an videlicet dispositio Concil. Trident. *sess. 24. de reform. c. 18.* & constit. S. Mem. Pij V. *in conferendis*, locum obtineant circa
2 omnes Parochiales. † Ratio dubitationis est, quia Concilium indistinctè loquitur, quinimò ampliatiuè disponit: † at vbi lex indistin-
3 ctè loquitur, indistinctè etiam debet intelligi *l. de pretio. 10. ff. de*
4 *pub. in rem act.* † Breuiter concludendum est, huiusmodi dispositionem non intrare nisi in Parochialibus stricto modo sumptis;
5 etenim beneficium, † quod habet potestatem fori contentiosi, seu iudicialis quamuis dicatur curatum; nihilominus si nullam habet parochiam, neque populum, non dicitur parochiale, ita fuit conclusum *in vna Conchen. Archipresb. 28. Iunij 1594. coram R. P. D. Pe-*
6 *gna.* † vbi fuit dictum, *Archipresby-*

sbyteratum iurisdictionem contentiosam habentem non dici beneficium Curatum, ad effectum vt vacaret per assecutionem alterius, in qua planè decisione refertur ad verbum quædam declaratio
7 Sac. congreg. in hæc verba, † *Simplex est beneficium Archipresbyteratus nuncupatum, licet habeat aliquam iurisdictionem, dummodo residentia in eo necessaria non sit.*
8 Porrò ex præmissis infertur, quod non omne beneficium Cura-
9 tum est Parochiale, † licet è contra omne Parochiale sit Curatũ, vt post *Card. q. 5. in Clem. 1. de off. Vic. & Clem. vde præb.* tradit Hoyeda *de incompatib. p. 1. c. 13.*
10 *n. 2.* † vbi dicit, quod omnis Ecclesia Parochialis habet curam animarum, sed non omne beneficium Curatum dicitur Ecclesia
11 Parochialis, † & hoc exemplificat in Ecclesia rurali, ad quam de nouo vadunt homines habitandi gratia, quæ non propterea fit, neque dici potest propriè Parochia-
12 lis, † nisi fuerit eidem deputatum
13 territorium, † & nihilominus, inquit, sine dubio dici potest Ecclesia curata.
14 Hinc in iure Canonico, & Conc. Trid. simpliciter de Parochialibus, absque expressione curæ animarum, fit mentio, *Rot. decis. 52.*
15 *num. 29. par. 2. diuers.* † Infertur etiam quod iurisdictio per se simpliciter non inducit incompatibilitatem, nisi eidem beneficio annexum etiam sit onus necessariæ residentiæ, ex præinserta declaratione Sac. Congreg.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Concursus in quibus Ecclesijs, & in quibus casibus proponatur, vel non; satis accuratè notatur, & quid sit vacare apud sedem, vel in curia declaratur.

1 Dixi in superiori dubio, dispositionem Conc. *sess. 24 c. 18.* locum habere solum in Parochialibus strictò modo sumptis; modò occurrit dubitare tertio loco, an indifferenter locum habeat, quoad concursum in omnibus Ecclesijs
2 Parochialibus strictè sumptis; † videtur quod sic; Concilium enim absolutè dicit vt, *Cum parochialis Ecclesiæ vacatio, etiamsi cura Ecclesiæ, vel Episcopo incumbere dicatur, & per vnum, vel plures administretur, etiam in Ecclesijs patrimonialibus, seu receptiuis nuncupatis, in quibus consueuit Episcopus vni, vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad examen concursus teneri mãdat, per obitum, vel per resignationem, etiam in curia, seu aliter quomodocumque contigerit, etiam si ipsa parochialis reseruata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter etiam vigore indulti, seu priuilegij in fauorẽ S.R.E. Card. seu Abbatum, vel Capitulorum, debeat Episcopus, statim, habita notitia vacationis Ecclesiæ, idoneum in ea Vicarium, cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione, constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore prouideatur.*

3 *datur.* † Verùmtamen quia non desunt casus, in quibus debet omitti concursus; operæpretium propterea duxi eos, huc referre, quorum decem collegi ex Gonzal. *de mensib. Glos. 6.* quibus additur xj. ex Germonio *de Indultis. §. quibussuis . num. 9.* ac xij. & xiij. & xiv. *ex tract. de potest. Episcopi allegat. 60. par. 3. D. Barbosæ*, necnon, & xv. *ex praxi Episcop. D. Pauli Piasecij p. 2. c. 5. n. 17.*

4 Primus igitur casus, in quo omittitur concursus est, quando approbatus in concursu, & electus ab Episcopo in eodem concursu, non vult consentire iustæ pensioni, quam Papa intendit reseruare super Parochiali prouidenda, de tempore prouisionis: tunc enim solet conferri alteri sine aliq. con-

5 cursu; † prout etiã Papa conferre consueuit absque concursu Parochialem, quæ vacauit in Curia.

6 Necessaria † tamen est derogatio Concilij expressa, aut saltem tacita, quando à Sede Apostolica confertur sine concursu, & si appareat de intentione Papæ, sufficiet generalis derogatio, absque eo quod indiuidua de concilio mentio fiat,

7 nam, † propter auctoritatem Concilij Tridentini non consueuit ei specialiter derogari *Gonzal. d. glos. 6. n. 120. D. Io. Aloys. Riccius in Praxi concursus par. 1. resol. 350.*

8 Secundus casus est, quando beneficium fuit resignatum in fauorem alicuius, vel ex causa permutationis, *D. Flaminius Paris. de*

9 *resignat. benef. lib. 8. q. 9. n. 95.* † sed hodie teste Piasecio *in praxi p. 2. cap. 5. n. 17. vers. de curatis*, Dataria solet prouidere etiam parochiales simpliciter resignatas in curia, absque aliquo concursu, *vide infra casu vltimo*.

10 Tertius est casus, quando non fuit seruata forma Concilij: vel Episcopus, aut alius collator non confert, vel non eligit, electionéve non significat collatori intra tempus præscriptũ, si ad alium collatio spectet *Gonzal. d. glos. 6. n. 130.*

11 Quartus est, quando Ecclesia est de iurepatronatus laicorũ, ex fundatione, vel dotatione, & vnus

12 dumtaxat præsentatur, † secus si esset Ecclesiasticum, vel mixtum, etiam si duæ partes illius pertinerent ad laicos patronos, quia tũc deberet fieri concursus, & Patronus præsentaret electum: *Sac. Congreg. in vna Bracaren. inter manuscr. Illustris. D. mei*; idem dicendum si iuspatronatus esset ex priuilegio, vel præscriptione *Gon-*

13 *zal. d. glos. 6. n. 134.* † At verò si à patrono laico præsentarentur plures, quod potest fieri, *per Clem. plures. §. quibus etiam. 2. de iurepatr.* tunc concursus fieret inter ipsos præsentatos, & Episcopus ex approbatis eligeret, quem mallet. nam hoc casu sufficit, vt sit habilis, quamuis sit tantum in minoribus constitutus *glos. in d. Clem. plures. & §. quibus etiam.* ¶ in verbo *personas*. † [Sed declara

14 nisi inter plures præsentatos vnus haberet maiorem partem vocum, quia tunc cessare deberet concur-

15 sus. † Subdeclara nisi is se etiam subijceret examini, & concursui cum cęteris nominatis, quia tunc sibi

sibi præiudicaret, quia faceret se eis parem, & proinde haberi deberet, ac si haberet pares voces, ita dictum fuit *in vna Pampilonen. quam allegat D. Oliuer. Beltraminus in annot. ad decis. 494. n. 4. fel. rec. Greg. XV. & apud Garziam par. 9. c. 2. n. 157.*

16 Quintus est casus, quando redditus sunt adeo exigui, vt totius examinis rationem non ferant, aut nemo est, qui examen subire

17 velit; † aut sunt apertæ factiones, & huiusmodi. *Conc. Trid. d. c. 18.*

18 Sextus est, quando Ecclesia est litigiosa; tunc enim solet à Sancta Sede gratiosè subrogari alius absque concursu, & vt plurimum

19 subrogatur collitigans: † At verò si non fieret subrogatio; sed transferretur ius demortui in alium; prout etiam si vterque collitigans obiret; eo casu proponendus esset cócursus *Garzia de benef. par. 9. c. 2. §. 1. num. 170. Gonzal. glos. 6.*

20 *num. 150.* † & si is, qui erat in possessione decederet in curia, vel in mense reseruato, tunc collatio spectaret ad Papam; contra autem si vacaret in mense ordinario, nec aliqua reseruatio obstaret, vel affectio impediret, tunc posset ordinarius conferre, adhibito tamen concursu, quo circa expectandus semper erit finis litis.

21 *Gonzal. d. glos. 6. num. 152.* † Illud enim sciendum est, quod lite pendente, non potest Episcopus conferre beneficium litigiosum electo in concursu, sed, vel erit expectandus finis, vel recurrendum ad Papam, & interim, quamuis significatio electionis non fiat intra quadrimestre datum ad hoc, non tamen intrabit deuolutio, nec reseruatio inducta per cōstitutionem Pij V. *Garz. vbi sup. n. 172.*

22 vtroq; † autem in possessione decedēte, quod potest euenire, puta quia ille, qui possidebat, obtinuisset mandatum de immittendo in possessionem, & priusquam ad illius executionem deuenisset decesserit aduersarius in possessione, & statim eam vacantem, vigore dicti mandati de immittendo, caperet, & deinde similiter decederet, & sic vterque collitigans tempore obitus beneficium possideret, quod & euenire potest pluribus alijs modis declaratis à glos. in verbo *Neutro* & ibi Imol. *in Clem. 1. vt lit. pendent.* tunc siue ambo, siue alter collitigantium decesserit in curia, vel in mense reseruato, semper intrabit reseruatio, & collatio erit Papalis, etiam si possessio capta fuisset per procuratorem, & illam ignorasset prouisus, etiam tempore

23 obitus; † nam possessio acquiritur etiam ignoranti, *Imol. in d. Clem. 1. num. 24. Gonzal. d. glos. 6. n. 155. & seq. & in §. proœm. 5. à n. 107. vsque ad 118.*

24 Septimus est, quando cura animarum spectat ad Ecclesiam Collegiatam, & cura exercetur per Canónicos, vel hebdomadarios, *Paris. de resignat. q. 9. n. 93. lib. 8.* † sed hoc accipiendum est secundum Lap. *in c. statutum. 22. de elect. lib. 6.* quando ab initio instituta est Parochialis, vel etiam tractu temporis consecuta est Parochiam, etiam ex vi vnionis ei fa-

 ctæ,

25 ctæ, † quo casu, inquit Lap. etiam non haberet locum *c. licet canon. 14. d. tit. & lib.* quod prohibet cõferri Parochialẽ minori xxv. ann. & vult talem prouisum promoueri ad sacrum presbyteratus ordinem
26 intra annum; † secus tamen esset si ipsa collegiata esset vnita Eccle-
27 siæ Parochiali, † vel aliàs Ecclesia Parochialis esset vnita quidem ipsi Collegiatæ, sed ita vt neutra subijceretur alteri. *Lap. vbi sup. n. 3.*

28 Octauus casus est in Vicarijs perpetuis Ecclesiarum Parochialium vnitarum Cathedralibus, vel alijs Ecclesijs, Monasterijs, beneficijs, Mensis, Collegijs, ac Pijs locis, pro illarum congrua sustentatione, seu dotis augumento, *Hier. Gonzal. glos. 5. §. 3. n. 48. & 53. & glos. 6. n. 161.* reliqua vide infra *Pralud. 14.*

29 Nonus casus verificatur, quando Parochialis est vnita, vel incumbit alicui dignitati in Cathedrali, vel Collegiata, *Gonzal. d. glos. 5. §. 7. num. 13. & glos. 6. num. 162.* nisi vt dictum est *in septimo casu in fine*. Parochialis vnita esset vt neutra subijceretur
30 alteri; † & adeò verum est quod nedum omittitur concursus in hoc viiij. casu, vt etiam qui semel examinatus, & approbatus fuerit ad vnum canonicatum, vel dignitatem in cathedrali, vel collegiata, aut aliàs ad simplex beneficiũ, nõ amplius examinatur ad simile
31 beneficiũ, vel dignitatem; † prout etiam semel approbatus ad Curatum in Collegiata, vel Cathedrali, non vltrà examinatur ad simile; & ita seruari in curia refert, & testatur D. Barbosa *de potest. Episc. allegat. 60. num. 89. post Gonzal. glos. 4. num. 84. & Io. Aluys. Riccium decis. 419. siue resol. 356.*
32 nec † obstare videtur *decis. Illustriss. Seraph. 1323.* in qua videtur conclusum per Rotam, *quod cum in assensione ad alterum quæratur nouus titulus*, iuxtà consil. 18. Oldr. *ideo sit etiam tunc examinandus*; nec etiam videtur obstare declaratio Sac. Congreg. *quod cæptus beneficiari, in quolibet assensu examinetur*, nam satisfit per ea, quæ constanter tradit D. Barbosa *d. allegat. 60. n. 90.* vbi apertè dicit, se scire de stylo curiæ primum dictum esse verum; secundum autem quod est D. Hieronym. Campanilis *in diuers. iur. Can. rubr. 5. cap. 3. num. 8. propè finem*, & Illustriss. Seraphini assumptum, dicendum esse sibi locum habere in partibus, vel vbi per cõcursum examen faciendũ sit.

¶ [Quamuis † posset limitari
33 hæc conclusio cum ipso D. Barbosa *ibid. post Azor. Instit. mor. par. 2. lib. 6. cap. 6. quæst. 9.* vt debeat examinari etiam ad simile, & æquale beneficium similis loci, & Ecclesiæ, si in priori examine minus idoneè, & aptè respondit, aut certè creditur se negligenter in studio literarum gessisse, vt sic oblitus eius, quod didicerat, aut sint alij candidati, qui illud ipsum beneficium petunt. *de huiusmodi materia videatur infrà requis. 2. dub. 3. & 4.*]

34 Decimus casus versatur circa regularia beneficia; in ijs enim nullus

nullus proponitur concursus, *Gonzal. d. glos. 6. num. 161.* vbi refert declarationem Sacræ Congregationis per hæc verba *hoc Decretũ de concursu non habet locum in beneficijs regularibus, quæ regularibus conferri consueuerunt.*

35 Vndecimum colligo casum ex Germonio *de indultis. §. quibuscũ uis. num. 90.* in quo non immoror, quia latè poterit videri intrà *dub. 38. requis. 7.* est nimirum quando residente in curia Cardinale, qui habet indultum ordina-
36 rium, † puta, quia est, vel iam fuit Episcopus alicuius Ciuitatis, & vacat in ea aliqua Parochialis, tunc potest absque concursu Cardinalis illam conferre cui velit existenti in curia, dummodo sit examinatus ab examinatoribus Almæ Vrbis.

37 Duodecimum casum eleuat D. Barbosa *d. allegat. 60. num. 35. post Garziam par. 9. cap. 2. n. 108.* vt fit in parochiali, quam quis acquirit per regressum, si tamen illam iam possederit, secus enim esset si nunquam illam possedisse.

38 Decimumtertium casum autũ nat idem D. Barbosa *d. allegat. 60. num. 28.* vtpotè, quando beneficium curatum est verè dignitas,
39 dixi autem *verè dignitas*, nam plures sunt Rectoriæ, quæ sonant in dignitatem, & nihilominus non sunt dignitates, quales planè sunt dignitates rurales, idest extra collegiatas, vel cathedrales, sed in simplicibus ecclesijs, vel aliàs etiã
40 in parochialibus; † enimverò huiusmodi Archipresbyteri, vel Præpositi dicuntur habere dignitatem in sonum, & ipsi sunt Præpositi nomine tenus, re tamen vera sunt Rectores Præpositi nuncupati, ac proinde non sunt capaces Apostolicarum delegationum, quantumuis sint etiam Doctores, non enim dicuntur habere Ecclesiasticam dignitatem, prout requirit *c. statutum. 11. de rescript. in 6.* latè de hoc dicam *in dub. 10. cap. 4. de synodo*; quamobrem vlterius non progredior.

41 Decimusquartus ex eod. D. Barbosa *d. alleg. 60. num. 29.* est, quando dignitas habet annexam curam animarum in Collegiata;
42 imò † addit, quod tunc in illa non est necessarium examen, quale
43 requiritur in parochialibus, † & ratio esse potest, secundum Lap. *alleg. 5. num. 7.* quia Collegiata non appellatur Parochialis, sed
44 Dignitas; † nam in Collegiatà Rector est Collegium, & Canonici, *cap. nouit. 4. & cap. quanto. 5. de his quæ fit à prælat.* faciunt dicta *in 9. casu.*

45 Decimusquintus casus hauritur ex Praxi Episcopali D. Pauli Piasetij *par. 2. cap. 5. vers. de curatis. num. 17. & Gonzal. d. glos. 6. num. 15.* nimirum quando beneficia vacant apud sedem, seu in Curia, siue per simplicem resignationem, siue per dimissionem ex vi decreti de dimittendo primum incompatibile; nam hodie solet Dataria prouidere huiusmodi beneficia sine concursu, & prouisus sufficit vt examinetur super sufficientia, & de huiusmodi quotidiana obseruantia testatur Garzia *in addit. c. 2. n. 153. p. 9.*

C 2 No-

Notandum est itaque ex Gozal. *glos. 13. num. 32. de mensibus & Kozbier ibid. glos. 6. num. 4.* quod aliud est vacare apud sedem, & aliud est vacare in curia; † Nam apud sedem propriè non vacant nisi beneficia reseruata *per c. 2. de prab. in 6.* reliqua autem vacantia in Vrbe, vel ex alijs causis reseruata, quamuis dicantur vacare in Curia, non tamen dicuntur vacare apud sedem. *Gomes. in reg. de trian. q. 31. Couar. pract. quaest. c. 36. n. 4.*

PRÆLVDIVM Quartum.

De Ecclesia Patrimoniali.

ARGVMENTVM.

Patrimonialium Ecclesiarum Canones non meminerunt, sed postquam Conc. Trid. eas tangit, traditur quaenam dicatur Ecclesia patrimonialis, & quae requirantur ad consecutionem huiusmodi Ecclesiarum, & an sit habenda mentio illius in impetrationibus.

IDIMVS quaenam sit Parochialis Ecclesia, sed quia varias potest habere qualitates, quippe quae potest esse etiã Patrimonialis, Receptiua, vel Patronata, & per consequens necessariae collationis, nõ inutile proinde putaui fore, vt hoc quartũ Praeludium fiat de *Ecclesia Patrimoniali*, † de qua expressè meminit Sac. Concil. Trid. saepius allegato *cap. 18. sess. 24.* † quamuis teste D. Quintiliano Mãdosio *in reg. 19. de infir. resig. q. 16. & post eum Hoyed. de incompatib. benef. c. 24. n. 86. p. 1.* nullus reperiatur textus, qui in terminis loquatur de huiusmodi beneficijs, neque in illorum materia tangatur.

3 Dicamus igitur cum D. Hieron. Gonzal. *super 8. reg. glos. 9. §. 1. & Hoyed. d. c. 24. n. 86.* quod beneficia patrimonialia illa sunt, quae ex Apostolica concessione, vel statutis, seu constitutionibus synodalibus Apostolica auctoritate firmatis, vel ex immemorabili cõsuetudine, conferenda sunt necessariò natis, incolis, vel originarijs alicuius patriae, Ciuitatis, oppidi, vel Parochiae; vel alijs descendentibus à Patre, vel Matre, Auo, vel Auia illius Parochiae patrimonialis, licet nati essent in

4 alia Parochia, vel dioecesi, † ita vt illi dumtaxat, qui sic filij naturales, & patrimoniales sint, prouideri debeant de huiusmodi beneficijs, & non alij forenses, siue exteri, qui tales qualitates non habeant *D. Guilelmus Cassiod. decis. 18. num. 1. de prabend. D. Didacus Couarr. pract. quaest. c. 36.*

5 *n. 3. Hoyed. d. c. 24. n. 86. p. 1.* † & dicuntur ethymologicè à patrimonio, idest à paterna hereditate, quia fuerunt à Patribus, siue Auis instituta vt dentur, & conferantur filijs, & alijs successoribus in infinitum; & secundum hanc denominationem erunt de iurepatronatus laicorum, de quibus loquitur Staphil. *de lit. grat.*

6 *in 5. for. expect. sub n. 3.* † vbi autẽ quod

quod sub expectatiuis non cadunt præstimonia patrimonialia, quia sunt de iurepatronatus laicorum, quibus Papa in dubio non videtur velle derogare nisi exprimat, *glos. in* verb. *collatio. c. 2. de prabend. lib. 6.* sequitur D. Nic. Milius *in reper. verb. beneficium patrimo-*
7 *niale*. † At Mandosius *in d. reg. 19. q. 15. sub n. 17.* tradit aliam denominationem huiusmodi beneficiorum, videlicet vt dicantur beneficia patrimonialia, eo quod ab aliquibus data fuerint bona de proprio patrimonio ijs, qui ordinandi sunt, vt ad illorum titulum ordinari queant, & in posterum ipsa beneficia remaneant titularia, ita vt de patrimonijs efficiantur perpetui tituli beneficiorum, siue data sint talia patrimonia à patribus, siue ab Auis, & seu ab
8 alijs quibuscumq; extraneis.† Gōzal. tandem *d. glos. 9. §. 1. n. 10. & 11. post Hoyed. d. c. 24. n. 86. p. 1.* duas affert denominationes huiusmodi beneficiorū patrimonialium; nimirum, vt dicatur beneficium patrimoniale, vel à Patria, eo quod solummodo sit conferendum natis, vel oriundis illius Patriæ, vbi talia beneficia cōsistunt; aut certè dicatur à Patre, ex quo ille, cui est conferendū, Patris Originem sequi debeat *ad l. assumptio. §. filius ciuitatem. 6. ff. ad municip. & l. filios. 3. C. de municip. & Orig. lib. 10.*
9 Quatuor autem requirūtur copulatiuè ad consecutionem huiusmodi Ecclesiarum patrimonialiū.

Primum quod sit Naturalis, seu oriundus.

Secundum quod se opponat infrà tempus statutum.

Tertium quod se subijciat examini.

Quartum, & vltimum quod alijs filijs patrimonialibus sit habilior.

10 Tantæ autem efficaciæ est hæc patrimonialitas, vt si quis impetret à Papa aliquod huiusmodi beneficium patrimoniale non facta mentione quod sit patrimoniale, gratia censeatur subreptitia; sicuti est subreptitia si quis impetrat beneficiū iurispatronatus laicorum non facta mentione eiusdem qualitatis, *Glos. in Clem. 2. de præb. Gemin. & alij in c. 2. tit. eo. lib. 6. Fel. n. 39. in cap. in nostra. 32. de rescript. & plenius in tractat. quando lit. Apost. noc. patr.* iuncto Lap. *alleg. 96.* vers. *& pe-*
11 *istud. n. 3.* † nam magna est similitudo inter beneficia iurispatro-
12 natus & patrimonialia, † & à simili ad simile validè fit argumentum, *Euerard. in loco leg. loco 13. Hoyed. d. cap. 24. n. 92. p. 1.*

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Filij patrimoniales qui dicantur, cessantibus constitutionibus, & statutis, resoluitur quod recurrendum est ad ius commune, nec creditur Episcopo asserenti aliquem esse patrimonialem.

1 Prosequendo materiam Ecclesiæ Patrimonialis, dubitari
2 contingit, † primò quinam dicantur filij patrimoniales. Breuiter

C 3 con-

concludẽdum quod circa hoc seruandæ sunt constitutiones, & statuta, atque consuetudines superinde disponentia, facit *l. Imperatores. in fi. 71. de contrab. empt.*
3 cessantibus † autem statutis, & cõsuetudinibus particularibus locorum validis, claris, & certis, recurrẽdum erit ad dispositionem constitutionum synodalium, vbi
4 hoc declaratum reperitur; † nam constitutiones synodales non ligant vbi adest particularis constitutio, vel statutum, *Bald. in conf.* 201. vers. *in contrarium. n.2. lib. 1. Abb. num. 5. in c.cum olim. 6. de consuetud.* Rota *in vna Recanaten. donationis. 28. Iunij* 1577. *coram Illustriss. Se-*
5 *raph.* quæ est *decis.* 343. † vbi dictum fuit *quod vbi concurrunt duo statuta, vnum particulare loci, alterum verò generale prouinciæ debet magis attendi speciale*
6 *ciale loci*, † *In defectu autem huiusmodi constitutionum, & statutorum recurrendum erit ad ius commune, vt post Bart. & alios soluit Iason. in l. omnes Populi. in 1. lect. n.* 10. *ff. de iust. & iur.*
7 *Gonzal.Glos.9.§.1.n.*18. † & tũc, qui iuris communis assistentiam habebit pro se, obtinebit donec per aduersarium fuerit, exceptione plenè probanda, exclusus, *Bart. n.50. & Rip.n.12. in l.admonen-*
8 *di.ff. de iureiur.* † in dubio enim nemo præsumitur filius Patrimonialis, nec Originarius, vel ciuis. *Menoch. de præsumpt. q.30.n.11.*
9 *lib. 6.* † vnde tenetur probare se esse talem secũdum requisita loci, vbi consistit beneficium, aliàs succumberet, vt fuit decisum in Rota *in vna Calagurit. beneficij. de Vnza. 22. Iunij 1552. apud Ca-*
10 *putaq. decis.* 289. *n.1. p.1.* † nam agens vti talis debet probare se esse talem, *l. non ignorat, & ibi Bart. & alij. C. de his qui accus.*
11 *poss.* † & non creditur Episcopo asserenti filium esse patrimonialem *Caputaq. decis.* 389. *num. 3.*
12 *p.2.* † Episcopo enim nõ creditur nisi in ijs, quæ spectãt ad eius officium *c.post cessionem.7.de probat.*

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Sententia in causa status personæ etiam inter alios lata prodest, & nocet.

1 DVbitatur secundò, an sententia per quam declaratur aliquem esse patrimonialem, si lata sit inter alios, vel ex alia causa, quam consequendi beneficium, probet. concludendum est
2 affirmatiuè: † Nam in causa status personæ sententia inter alios lata prodest; & nocet, *tex.in l.ingenuum.25.de stat.homin.Gõzal. Glos.9.§.1.n.85.quamplura ad id cumulans.*

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Non attenditur quod est accidentale, sed quod est principale, vel naturale.

1 DVbitatur tertiò quomodo sit probanda patrimonialis filia-

filiatio cessantibus statutis, & cõstitutionibus synodalibus. Huic dubio respondet, & illud soluit Gonzal. *in glos.9. §.1.num.96. &*
2 *seq.* † vbi concludit, quod ille dicetur probasse suam filiationem patrimonialem, qui, inspecto iure communi, probauerit se esse originarium illius loci, vbi est bene-
3 ficium, † nunquid autem dicendus sit originarius alicuius loci, qui fortuitò natus est in eo loco, per quem mater transibat: negatiuè hoc resoluit D. Barbosa *allegat.*4. *n.*18.*p.*2. *de potest. Episc.* cum ea tamen limitatione, seu declaratione, nisi mater accessisset animo habitandi, facit quod dixi supra
4 *prælud.*3.*n.*4. † quia non attenditur quod ex accidenti est, sed quod naturale est. *Oldr. consil.*102.

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Origo probatur per librum baptismi, Originem patris, & Aui paterni.

1 DVbitatur quartò, quomodo probanda sit origo: hoc dubium difficile est eaq; propter altius repetendum esset, pro quo Gonzal. nos remittit ad tex. *in l.* 1. *& l. adsumptio. §. filius.* 6. *ff. ad munic. & l. Ciues.* 7. C. *de incol. lib.* 10. *l. filios.* 3. *l. Origene.* 4. *C. de munic. & Orig. d. lib.* 10. & vbique Doctores glosat. in verb. *alienigena*, & alij quamplures, quos ibi congerit *num.* 97. ad quos libenter remitto pium lectorem, ego verò, breuitati studendo, & institutum prosequendo, refero tantum nonnullos casus ex ibi enumeratis.

2 Quoniam itaque origo acquiritur per baptismum, vt obseruat D. Lucas de Penna *in d. l. ciues.*7. C. *de incol. lib.* 10. *sub num.*3. & D. Petrus Rebuff. *de pacific. possess.*
3 *n.*217. *in fi.* † concludentes quod si Iudæus exterus baptizaretur in Regno Franciæ statim efficeretur
4 Regnicola; † nam sicut per natiuitatẽ corporalem acquiritur origo *per d. l. Ciues.* 7. *C. de incol. lib.* 10. *& l. filios.* 3. *C. de munic.*
5 *& Orig. d. lib.* 10. † ita pariter acquiritur per baptismum, qui dicitur natiuitas, per quam quis de nouo nascitur, *c. debitũ oportet.* 4.
6 *de baptis.* † ideo vnus modus probandi originem erit probare baptismum, qui planè probatur per librum baptismi, *Rebuff. de regres. n.*15. vers. *sextò vt apud veteres.* & post eum Mascard. *de probat.*
7 *concl.*1147.*n.*21. † Porrò admonitum vellem Pium Lectorem, quod vbi agitur de probanda origine alicuius vt recipiatur ad aliquod collegium, vel beneficium patrimoniale, in dubio facienda est interpretatio pro admissione, vt benignius consuluit Bald. *in suo celebr. consil.*183.*n.*2.*vol.*2. quod planè consil. extollunt Alex. *in consil.* 40. *num.*14. *& Cephal. consil.*237.
8 *n.* 25. *& seq. lib.* 1. † quia agitur de re modici præiudicij. Rot. *in vna Monasterien. Canonicatus die Lunæ* 24. *Martij* 1572. *coram Illustriss. Seraph.* & est eius *de-*
9 *cis.* 172. *n.*3. † imò dispositio excludẽs certum genus personarum

est contra ius, ac proinde restringenda *D. Ant. de Butr. in c. cum dilectus.n.38.in 2.lect.de consuet. c.ad decorem.5. de institut.*

10 Secundus modus erit, probando originem patris, non autem matris; nam per illius, non per istius ducitur origo, *d. l. assumptio. 6. ff. ad munic. & de incol.* & ita fuit resolutum *in vna Placētina Archidiaconatus.30. Octobris 1577.coram Seraphin.* teste

11 Gonzal.*d. Glos.9.§.1.n.*100.† vbi fuit responsum *quod constitutiones, secundum quas acquiritur origo ex parte matris, sunt contra ius commune, & non extenduntur ad alias diœceses.*Castren. cons.310.n.2. lib.1.

12 Tertius modus erit, probando originem aui paterni, & quod in eius vita natus sit; Nam inspecto iure communi nepos acquirit eius originem, & est communis opinio. *Boer. decis. 13. n. 6. & 8. Cæsar de Graff. decis. 6. de constit.& decis.15.in fi.de probat.*

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Distinctio personarum non est facienda in beneficialibus.

1 DIctum est supra non inspici originem matris, modò dubitatur, an idem sit asserendum quoad nobilitatem, si proueniat tantum ex parte matris. D. Alphonsus Soto antiquus glosator Regul. Cancell. in comment. reg. Iulij II. *in 2. par.* vers. *& circa hoc fuit datum aliud dubium* dicit fuisse dubitatum, an debeat reputari Illustris ex sola origine matris, & quod quamuis ipse glosator opponebat quod non, & allegabat multa iura, maximè *l. 1. §. 1.ff. de iur. immun. & l. pronunciatio. §.fi.196. ff.de verb. signif. cap. vbicumque. 4. de pœn.*

2 *in 6.* † attamen Rota contrarium resoluit, ex eo quod in beneficialibus & spiritualibus non est multum attendenda distinctio personarum, *argum.c.nouit. §.cæterū. 13.de Iudic.* & pro hac resolutione facit, quod tradit Bart. *in l. fi. sub n. 7.* vers. *quædam sunt qua-*

3 *litates. ff. ad municip.* † vbi dicit, quod quædam sunt qualitates, quę indifferenter cōgruere possunt patri, & matri, vt esse ciuem, vel comitatensem & huiusmodi, in quibus matris conditio etiam inspicitur. *Gonzal. glos.5.§.1.n.*101.

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Patrimoniales habent ius in beneficijs patrimonialibus quando eis per declarationem adiudicatum est esse debitum vti magis idoneis: idem in concurrentibus ad parochiales.

1 DVbitatur sextò, an Patrimoniales habeant aliquod ius in beneficijs patrimonialibus. Gonzal. *in glos.9. §. 1. n.*88. soluit hoc dubium negatiuè, sed hoc intelligendum est cum ea declaratione, nisi sit electus, aut præsentatus talis patrimonialis, aut aliàs ex aliqua particulari, vel synodali con-

cõstitutione aliter caueatur, *Cassad. decis.* 18. *num.* 5. *de prabend.*
2 fuit † dictum *in vna Dertusen. Parochialis.* 2. *Februarij* 1593. coram R. P. D. Pegna *per oppositionem, & electionem factam ab examinatoribus ad parochialem vigore Concil. Trident.* sess. 24. cap. 18. *non tribui ius ad rem, nec aliud considerabile, quando collatio spectat ad Papam, quia Parochialis esset reseruata*; sed puto hanc decisionem fore intelligendam quando plures fuerunt approbati, vel electi ab examinatoribus, at verò si vnus tantum esset approbatus, arbitrarer ei esse acquisitum ius ad rem, quippequi non potest non eligi ab Episcopo, iuxta dispositionem Sac. Concil. *d. cap.* 18. *sess.* 24.
3 *& constit. Pij V.* † prout etiam diceretur acquisitum ius ad rem considerabile, quando ordinarius declarasset per sententiam beneficium debitum esse alicui vti magis idoneo, etiam ante præsentationem, & institutionem post modum faciendas. decidit Rot. *in vna Calagurit. beneficij de Ocon.* 16. *Iu.* 1603. *coram R. P. D. Ottembergo*, teste Gonzal. *d. glos.* 9. *§.* 1. *num.* 94. & hæc de patrimonialibus sufficiant, si quis pinguius cupit saturari, consulat *Gonzal. d. glos.* 9. *§.* 1. *& Hoyeda cap.* 24. *num.* 86. *vsque ad* 92. *par.* 1. videantur quæ dicam infra *req.* 5. *dist.* 22. *num.* 6. *& seq.*

PRÆLVDIVM Quintum.

De Ecclesia Receptiua.

ARGVMENTVM.

Patrimonialis, & receptiua idem esse videntur: quæ autem sit receptiua hic declaratur ex decis. Rot.

1 ACRVM Concil. Trid. *in c.* 18. *de reform. sess.* 24. vbi statuit poni cõcursum in Ecclesijs Patrimonialibus, ad-
2 dit. *seu receptiuis nuncupatis*, † cũ itaque dictio *seu* etiam posita inter diuersa arguat similitudinem, & conformitatem, & possit stare expositiuè; *Rot. in vna Veliterna bonorum* 13. *Febr.* 1579. *coram Illustriss. Seraph. & est decis.* 393. *n.* 8. *&* 9. videtur quod Ecclesia patrimonialis, & Receptiua idem sit, quæ etiam dicitur Ecclesia non numerata, vt notat Garzia *de benef. p.* 5. *c.* 1. *num.* 517. *post*
3 *Gonzal. in glos.* 9. *§.* 3. *n.* 1. † quarum planè receptiuarũ Ecclesiarum magnus numerus est in Regno Neapolitano, & in diœcesi Calaguritana; volui proinde sub Præludio *de patrimoniali* subijcere etiam hoc *de receptiua, seu non numerata*, vt quænam dicatur, & sit Ecclesia receptiua, hic facilè quisque habeat scire, quod
4 ego enixè perquisiui, nec † aliunde hactenus lumen cœpi, nisi ex quadam decis. Illustriss. Card. Seraph. *in vna Calaguritan. reductionis* mo-

motus proprij 29. *Martij* 1591. *& est decis.*942. *n.*2. cuius verba huc fideliter refero, & sunt huiusmodi *Aliæ verò dicantur receptiuæ, quæ non habent certum, & determinatum numerum beneficiatorũ, in quibus beneficiati sunt liberi collatores, & Episcopus examinat solum prouisum, ante immissionem in possessionem*, ex qua planè decisione satis clarè etiam colligitur receptiuam, & patrimonialem Ecclesiam idem esse: ibi *decreuit, & mandauit, vt de cætero, perpetuis futuris tẽporibus, eueniente vacatione beneficiorum totius diœcesis, siue huiusmodi beneficia sint in Ecclesijs numeratis, siue in receptiuis, nullus admittatur, & recipiatur nisi præuio examine, ad quod omnes filij patrimoniales, & naturales, qui opponere voluerint per edicta publica vocentur, eo modo, quo vocantur in Ecclesijs Burgen. & Palentina, vt infrà tempus præfigẽdum compareant coram Episcopo, vel Vicario generale, quo tempore elapso ij, quos constiterit esse legitimos oppositores, per tres examinatores synodales, vel ijs nondum deputatis, per tres alios ab Episcopo electos, vnà cum vno per beneficiatos Ecclesiæ, in qua beneficium vacat, nominato examinentur, eisq. fiat collatio, modo, & forma in d. constit. contentis*; est autem ea constitutio Fel. Rec. Sixti V.

5 Dicuntur autem Ecclesiæ receptiuæ, etiam non numeratæ, vt notat Gonzal. *d. glos.*9. *§.*3. nam beneficiati crescunt, & decrescũt, secundum supercrescentiam, seu decrescentiam fructuum, & in eis non datur, inquit, vacatio, quia expirant, & extinguuntur beneficia cum beneficiatis *Gonzal. d. glos.*9. *§.*3. *n.*10.

Sed videtur implicare, quod dicit Gonzal. quatenus dicit non dari vacationem in huiusmodi beneficijs, sed extingui ipsa beneficia, & nihilominus Conc. Trid. vt vidimus, & etiam præcitata constit. Sixti V. apertè statuunt, vt eueniente vacatione huiusmodi receptiuarum fiat examen, vt ibi,

6 sed † facilè tollitur huiusmodi implicatio, si dixero quod Receptiuum beneficium consideratur, vel vti curatum, vel certè vt in alia Ecclesia, si primo modo nunquam extinguitur, quia semper habet fructus, si autem secundo modo capiatur, tunc potest contingere quod dicit Gonzal. & hoc clarè colligitur ex præallegata decis.

7 Seraph. 442. n.5. ibi. † *Et primò consideratum fuit, inspecto iure communi, in beneficiorum simplicium collatione non requiri concursum, sed sufficere vt is, cui prouidetur, sit idoneus*, iuxta glos. in cap. monasterium. 16. q. vlt. & in cap.3. in vers. quia maioribus, vbi Abb. de iurepatr. idem Abb. in cap. constitutus. il 2. & ibi Franc. num.4. de appell. Dec. ibid. & cons. 129. n.2. Rebuff. in concordat. rubr. de elect. in glos. idoneorum, Couu. in reg. possessor. p. 2. §. 7. Nat. cons. 537. num. 53. lib. 3. & sæpissimè resoluit Rot. vt per Caputaq. decis. 69. lib. 1. in manuscript. & Crescent. decis. 12.

de

8 de conceſſ. præb.† *Secũdò hoc voluiſſe Sacr. Conc. Trident. apparet poſtquã in ſolis beneficijs curatis præſcripſit formam examinis per concurſum, vt apparet* in d. cap. 18. ſeſſ. 24. *in alijs verò requirit habilitates de iure cõmuni neceſſarias* cap. 4. in fi. de reform. ſeſſ. 22. & cap. 13. ſeſſ. 7. *& ita cenſuit inter eaſdem partes* Sacra Congregatio Concilij *qua de anno* 1583. *reſcripſit, vt beneficia huiuſmodi, prauio examine, vel approbatione Epiſcopi filijs Patrimonialibus cõferrentur, vbi verò cura animarum eſſet committenda, tunc ſeruaretur forma,* c. 18. ſeſſ. 24. d. Concil. hæc ſunt formalia verba d. deciſ.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Eccleſia receptiua eſt beneficium Eccleſiaſticum, quia poteſt eſſe perpetuum, quæ paria ſunt.

1 EX præmiſsis elicitur vnum dubium, an videlicet Eccleſiæ receptiuæ, ſeu non numeratæ, re vera dicantur beneficia Eccleſiaſtica, cum non videãtur habere omnia requiſita ad cõſtituendum
2 Eccleſiaſticum beneficium,† ſtãte quod de eius eſſentia eſt, vt ſit perpetuum *c. priſcis*. 50. *diſt.* & nihilominus receptiuum beneficium, ſecundum Gonzal. *gloſ.* 9. *§.* 3. *n.* 10. extinguitur cum beneficiatis. Concludamus vnico verbo, re vera eſſe Eccleſiaſtica beneficia: tum quia tanquam talia enunciat. Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 18. & Rot. *in deciſ.* 942. *in vna Calagurit. reduct. mot. propr.* 29. *Martij* 1591. *coram Il-*
3 *luſtriſs. Seraph.*† nec planè quidquam obſtare debet, quod non videantur perpetua quippe quæ creſcant, & decreſcant propter ſupercreſcentiam, & decreſcentiam fructuum; quinimò, & etiam extinguantur cum beneficiatis, vt vidimus ſupra in Præludio iſto,
4 quia reſpondetur, † quod de eo quod poteſt eſſe perpetuum idem iuris eſt; vt notat *Abb. in cap.* 1. *n.* 6. *verſ. item ſatis eſt de cognat. legal. per l. iuriſperitos.* 33. *ff. de excuſ. tut. & etiam not. gloſ. in Clem. & ſi principalis. verſ. poſt elect.* 2. *de reſcript. quos allegat, idem Abb.*

PRÆLVDIVM Sextum.

De Eccleſia numerata.

ARGVMENTVM.

Eccleſia numerata quænam ſit tra-
1 *ditur.*

VIDIMVS in antecedenti Præludio de receptiuis eccleſijs, quæ etiam non numeratæ appellãtur; veruntamen quia apud Doctores, qui tractant de re beneficiaria, reperiuntur aliquæ Eccleſiæ, quæ numeratæ nuncupantur, vt etiam hic terminus innoteſcat, aperio in hoc ſexto Præludio; quæ de huiuſmodi Eccleſia collegi; quocirca affero in me-

medium ea, quæ Rota coram Illustriss. Seraph. *in vna Calaguritana reductionis motus proprij 29. Martij 1591.* fatur, *& est decis.942.n.1.* in his verbis, *In diœcesi Calaguritana sunt multa ecclesiæ parochiales, quarum tamen cura non est penes aliquem curatum in dictis ecclesijs intitulatū, sed penes Reuerendiss. Episcopū, qui solet deputare beneficiatos in dictis ecclesijs existentes ad administrationem curæ animarum; beneficiatorum verò maximus est numerus, nam qui minimum dicunt hos non esse pauciores decem millibus; sunt autem ecclesiæ istæ*
2 *diuersæ naturæ,† nam aliquæ dicūtur numeratæ, in quibus adest certus, & inuariabilis numerus beneficiatorum, & aliquo beneficio vacante fit præsentatio per alios beneficiatos, & institutio per Episcopum.*

PRÆLVDIVM Septimum.

De Ecclesia Patronata.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus est triplex idest Ecclesiasticum, laicale, & mixtum, videlicet clericale partim, partim autem laicale.

ATRIMONIALIS, siue receptiua Ecclesia,& Patronata germanæ sunt vti vidimus superius in *Prælud.4.n.6. post Staphil. in 5. for. expect. num.3.* quamobrem non incōgruum puto hic inserere Præludium *de patro-*
1 *nata Ecclesia.*† Porrò pro clara dicendorū intelligentia, animaduertendum est, quod iuspatrona-
2 tus triplex est,† nam Aliud est Ecclesiasticum, nimirum quod ex bonis Ecclesię constitutum est, vel pertinet ad aliquam Ecclesiam, vel Ecclesiasticam dignitatem, locum, vel personam Ecclesiasticam, aut Collegium, aut Capi-
3 tulum Ecclesiasticum; † Aliud est laicale, quia institutum est per
4 laicū de bonis laicalibus: † Aliud tandem est mixtum, vtpotè, quia pro parte spectat ad Ecclesiam, seu Ecclesiasticam Dignitatem, Collegium, & personam Ecclesiasticam, vt supra, & pro parte ad laicos *D. Cæsar Lambert. de iurepatr.par.1.lib.1.quæst.1. art.5. num.1. & 2.*

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Regula reseruatoria non comprehendit patronata beneficia laicorum, secus Ecclesiasticorum; at constit. Greg. XIII. de public. comprehendit etiam patronata laicorum.

1 Vlgare est apud omnes, vel ipsos Tyrones quod regulæ reseruatoriæ non comprehendunt beneficia iurispatronatus laicorū *Gonzal. glos.18.in fin. Garzia par.5.c.1.n.591. Rot.in vna Firmana beneficij coram Illustriss. Pamphil. 13. Maij 1596. allata ibi per Garziam, Card. Seraph. de-*

decis. 1263. n. 2. in vna Vercellen. capellæ. 28. Ian. 1598. & in Lucana capellania. 20. Iunij 1597. num. 5. decis. 1232. Gambar. de potest. legati. lib. 3. n. 206. Lap. alleg. 96. n. 1. D. Iulian. Viuian. in praxi iurepatr. lib. 5. cap. 6.
2 *n. 22.* † Nunc dubitatur, an si patronata Ecclesia resignetur in manibus ordinarij, intret dispositio constitutionis fel. rec. Greg. XIII. de public. affirmatiua est conclusio, nam textus clarè de hoc cantat ibi *cæterum modus, & forma hic tradita semper, & vbique debeat obseruari, nec alia, nec æquipollens vllo modo admitti in omnibus huiusmodi resignationibus, cessionibus, & retrocessionibus, de quibuscumque Ecclesijs, Monasterijs, Prioratibus tam virorum, quam mulierum, dignitatibus, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis sæcularibus, & quorumuis ordinum, etiam Militiarum regularibus, etiam de iurepatr. laicorum Illustrium, & aliàs quomodocumque existentibus*, & ita etiam firmat Parif. *de resignat. lib. 11. q. 32. n. 8. vsque ad 23. vbi interpretatur hanc constit. & fuit decisum in vna Placentina capellania. 15. Iunij 1598. n. 5. decis. 1289. coram Illustriss. Seraph.*

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Beneficium patronatum si sit laicorũ, vel mixtum, quo casu attenditur qualitas laicalis, si tamẽ præponderet, vel saltẽ sit æqualis pars laicorum, vti non cadit sub reg. 8. mensium, ita nec vacare potest in curia: solet tamen Papa derogare in totum si possidens moriatur in curia, secus si aliter vacet, vtpotè, ex resignatione, vel priuatione, & huiusmodi: si verò sit Ecclesiasticorum vacare potest in curia, nec opus est aliqua derogatione speciali, sed sufficit illa generalis,** ad quorũcumque præsentationẽ &c. **curia itaq; consueuit datare bullas sub die obitus, quamuis non expediantur postmodum nisi post aliquot menses, quapropter nequeũt hodie ordinarij præuenire. Traditur forma expellendi possessorẽ à beneficio per ordinarium collato, quãdo superuenit prouisus Apostolicus, & inserẽdus est tenor litterarum Apostolicarum; occurritur tandem præiudicio, quod fuerit factum suo principali per procuratorem ingrediendo possessionem iam occupatam ab alio.

1 DVbitatur secundò, an Ecclesia Patronata vacet in Curia, ita vt impediantur patroni præ-
2 sentare coram ordinarijs. † Quamuis D. Alphonsus de Soto antiquus glosator nuncupat. Regularum Cancell. *in reg. 40. vers. verum est tamen. n. 12.* dicat indistinctè, quod Papa videtur reseruare quoad se in Patronata illud, quod pertinet ad inferiores Prælatos, nempè institutionem, cuius planè dictum declarant Couarr. *pract. quæst. c. 36. §. cæterum vers. sed quamuis. n. 35.* & P. Leonardus Lessius *de iust. & iur. c. 34. dub. 9. n. 37.* & nouissimè D. Io. à Kochier commẽtator d. Soto *in d. reg. 40. n. 26.* vi-

videlicet vt locum habeat solum in Episcopatibus, & Abbatijs, ac
alijs Dignitatibus, quæ compræhenduntur in reseruatorijs regulis
Patriarchalium Ecclesiarũ, nec nõ,
& Maiorum Dignitatum, post Pontificales, ac Principalium in Collegiatis, non autem in minoribus
beneficijs, quorum præsentatio
ad laicos spectat, & ita re vera
3 practicari quotidie videmus: † nihilominus vt dubium hoc dilucidius fiat, arbitror fore distinguendum. etenim *vt iam vidimus in hoc Præludio*: iuspatronatus triplex est, nimirum Ecclesiasticum, laicale, & mixtum; quocirca dico, quod si beneficium, quod vacauit est merè Ecclesiastici patronatus, vel etiam est mixtum, ita tamen vt maior pars sit Ecclesiastica, & præponderet laicis, vel
liati si spectaret ad vnum laicum, & ad duos clericos, aut alias esset laici non ex fundatione, vel dotatione, sed planè ex priuilegio, & præscriptione, aut vsurpatione, tunc vacaret in curia; quinimò, & caderet etiam sub reseruatione regulæ de mensibus, vt notanter scribit Gonzal. *de mensibus glos. 18. n. 6. & à n. 18. vsque ad 22. & ante eum D. Petr. Andr. Gamb. de potest. legat. lib. 3. num. 368.* & fuit decisum in Rot. apud Cresc. *de iurepatr. decis. 3. in princip.*
4 † nec est opus aliqua speciali derogatione, quia per solam simplicem collationem factam à Papa cẽsetur derogatum ipsi iuripatronatus *Cassador. de probat. decis. 4. num. 11. & decis. fi. in fine. de iurepatr. quos allegat pro hoc Gonzal. d.*

5 *glos. 18. num. 7.* † Si verò sit merè laicale, vel aliàs etiam mixtum, ita tamen vt laici habeant saltem
6 æqualem partem; † tunc cum potius attendenda sit qualitas laicalis, ne laicus propter clericũ per-
7 dat suum priuilegium; † æquum enim est quod in re indiuidua non patiatur quis præiudiciũ ratione societatis, notat Gonzal. *d. glos. 18. num. 12. vbi quamplures doct. citat.* & in terminis concludit D. Lap. de Casthilionchio *allegat. 96. vers. veritatem puto. n. 3.* & ibi Mandos. *in addit. vers. retraherentur post glos. & scribentes in c. 2. de præb. in 6. iunctis quampluribus decisionib. Sac. Rot.* & potissimum *in vna Vercellen. capella 28. Ian. 1598. coram Illustriss. Seraph. n. 2. decis. 1263.* & in alia *Lucana Capellaniæ 20. Iunij 1597. coram eod. n. 5. decis. 1232.* ac in alia *Auximana iurispatr. 1586. Febr. 7. est decis. 719. n. 4.* Et in terminis reg. de mensib. tradit Gonzal. *d. glos. 18. n. 14. vbi testatur de decis. apud Achil. 3. per totam. de iurepatr. & 157. per tot. l. 3. apud Put. 46. de concess. præb. in antiq. & 405. l. 1. manuscr. Veralli, quibus etiam additur D. Iac. Simoneta de reseru. benef. q. 9. n. 6.* attestans de stylo, & practica Curiæ, *& Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 3. q. 9. art. 13. n. 2.* concludendum est, quod non
8 vacet in curia; † tametsi consueuit Papa, quando beneficium iurispatronatus etiam laicalis vacat in curia, per obitum, non autem alio modo, consueuit inquã derogare in totum *Stapbil. de lit. grat. in rubr.*

rubr. de modo, & forma impetrādi, §. sequitur videres de iurepat. & nouissimè firmat D. Barbosa de potest. Episc. alleg. 57. n. 25. p. 3. Rot. in d. Vercellen. n. 5. & ego infrà hoc Praelud. d. 10. num. 10. 11 *quidquid dicat Paris. de resignat. lib. 2. q. 4. n. 45. & seq. qui loquitur indistinctè, & D. Iulian. Viuian. in prax. iurispatr. lib. 5. cap. 6. in fi. qui citat ipsum Parisium, & etiam ita seruari attestatur* falluntur Paris. & Viuian.
9 pace sua, † namque experientia nos docuit quod vbi aliquis omittit publicationem resignationis, quo casu beneficium quantumuis sit iurispatronatus laicalis, vacat. & item quando aliquis prouidetur de beneficio incōpatibili per Papam vacat ex vi decreti de dimittendo, & huiusmodi beneficia dicuntur vacare in Curia; *Simonet. de reser. benef. q. 26. n. 1.* & nihilominus Papa non confert cum derogatione, sed planè cum clausula *accedente patronorum consensu*, & ita vidi pluries practicari; faciunt quae tradit Kochier *in glos. 6. n. 4. & seq. super reg. 8.* vbi docet quānā beneficia dicantur vacare in Curia, & assignat differentiam inter vacare apud sedem, & vacare in Curia *de quib. dixi sup. Praelud. 3. dub. 3. n. 38. & seq.*
10 Debebit igitur Episcopus vti diligentia, quandocumque contigerit vacatio alicuius beneficij Patronatus in Curia, & maximè si vacet per obitum, vt, statim atque de huiusmodi vacatione notitiam habuerit, ipse conferat, si fortè praeueniat Papam in conferendo,
11 nam † cum soleat summus Pontifex vti in derogationibus quibusdam conditionalibus verbis, vt infrà patebit, si praeueniretur ipsa derogatio, teneret collatio ordinarij; imò teneret institutio etiam posterior collationi Papali, si tamen praecessisset praesentatio patroni ita in puncto decidit *Rot. in*
12 *d. Vercellen. n. 5.* † tametsi me expertum iam fecit stylus, de quo etiam testatur Gonzal. *de mensibus. §. 3. procem. num. 82.* nam de stylo solet hodie Cancellaria Apostolica data re supplicationem sub die obitus, quamuis postea non expediantur litterae nisi aliquot post menses; & ipse testis sum de visu, qui anno 1622. vidi duas Bullas expeditas sub die obitus q. D. Horatij Agētis Illustris. D. mei qui in Vrbe diem clausit extremū; vnius beneficij scilicet collatiui, alterius verò de iurepatronatus laicali, cum huiusmodi narratiua.

Quod de iurepatronatus laicorum, ex fundatione, vel dotatione, vt asseritur, existit, & quod quondam Horatius, in dicta Ecclesia perpetuus beneficiatus, dum viueret obtinebat, per obitū dicti Horatij; qui hodie, seu nuper apud dictam sedem diem clausit extremum, apud sedem eadem, quatenus de iurepatronatus huiusmodi non sit, *vacauerit, ac vacet ad praeses, nullusq. de illo praeter nos,* quatenus de iurepatronatus non sit, *hac vice disponere potuerit, siue possit, reseruatione, & decreto obsistentibus supradictis. Nos tibi, qui à dilectis Examinatoribus in Vrbe deputatis, examinatus, & ido-*

idoneus repertus fuisti, asserenti te ex diœcesi Nouarien. oriundū, & in Romana Curia, à viginti annis, vel circa præsentem existere, & ad Canonicatū &c. quorum fructus &c. ius habere &c. præmissorum obsequiorum tuorum &c. specialem gratiam &c. atq. à quibusuis excommunicationis &c. ac dicto iuripatronatus, quatenus beneficium prætactum de illo existat, *in totum, attento obitu apud sedem huiusmodi, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogantes, beneficium prætactum, quod personalem residentiam nō requirit, ac cuius fructus &c. dummodo eius dispositio ad nos hac vice pertineat,* quatenus de iurepatronatus non sit, si verò de illo existat, *tempore datæ præsentium non sit in eo alicui specialiter ius quæsitum, cum annexis huiusmodi &c. Apostolica tibi auctoritate conferimus &c. decernentes prout est, si attentatum est hactenus, vel in posterum,* quatenus de iurepatronatus huiusmodi non sit, si verò de illo existat, *ex nunc irritum, & inane. si secus super his à quoquam &c.* Hæc est pars narratiuæ prouisionis beneficij collatiui, siue liberi, de quo dubitabat impetrās qui erat Curialis, & Officialis Cācellariæ; an esset de iurepatronatus laicorum, ex qua clarè infertur quod beneficia iurispatronatus laicalis non dicuntur vacare in Curia, etiam si vacent ibi per obitum, alioquin superfluum fuisset ibi dicere *quatenus de iurepatronatus huiusmodi non sit*, apud

11 sedem vacauerit, & ibi *nullus q. de illo præter nos*, quatenus de iurepatronatus non sit, &c. & ibi *ac dicto iuripatronatus*, quatenus beneficium prætactum de illo existat in totum, attento obitu apud sedem &c. derogantes; & ibi *si vero de illo existat* tēpore datæ præsentium non sit in eo alicui specialiter ius quæsitum.

12 Quæ omnia verba concludunt non dari vacationem beneficij iurispatronatus laicalis in Curia, saltem ad effectum reseruationis; quamuis Papa soleat derogare in totum patronatis huiusmodi; de quibus derogationibus dicam infrà *d. 20. n. 102.*

Alterius autem beneficij, quod erat iurispatronatus laicalis, Bullæ apparuerunt cum expressa derogatione eiusdem iurispatrona-
13 tus. † Veruntamen quia erant in forma commissaria, & prouisus illas direxit, vna cum mandato procuratorio cuidam stylo Curiæ parum, aut nihil calenti, qui etiam erat executor, cum ille accepisset litteras, nec considerasset quod ipse quasi executor debebat in primis conferre, prout disponebant eædem litteræ Apostolicæ;
14 nam † litteræ in forma commissaria non tribuunt ius nisi ad rem *Kochier de permutatione benef. cap. 17. vers. & videtur per c. si postquam 13. de præbend. in 6. Gomes. in reg. de non tollen. iur. quæsit. in q. 21. Rota in Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1597. coram Illustriss. Pamphil. bo. mem.*
15 imò † ante purificationem narratiuæ nullum tribuunt ius etiam ad

rem

rem saltem considerabile *Rota in Mutinen. Canonicatus. 13. Iunij 1614. coram R. P. D. Vbaldo apud Farinac. decis. 160. n. 3. p. 2. in recent.* & deinde, cognita causa, seruatisq. seruandis expulso prouiso ab ordinario de possessione per ipsum capta, Apostolicum ipsum prouisum inducere in possessionem; nedum contulit, aliaq. vt supra præstitit, verum ipsam possessionem iam plenã, sine alicuius executoris ministerio, minusq. vocato dicto possessore, nedũ expulso, vti procurator dicti prouisi Apostolici appræhendit; ac proinde
16 ipsius † principalis ius quæsitum per Apostolicam prouisionem penitus inficiauit *ex c. eum qui, & c. seq. de præb. in 6. Lap. alleg. 127. n. 3. Innoc. in c. de multa, in glos.*
17 *concedendo. 28. de præb.* † Nec valet allegare quod inductio, quæ fit per executorẽ habet vim prouisionis, & collationis *ad not. per Staph. de lit. grat. & iust. siue de vi, & effectu clausul. §. executor quomodo de beneficio vacãte prouidere possit in prima sua impress.* nã respõdetur quod ibi loquitur Staphil. de executore, sed in casu nostro non processit tanquam executor, sed
18 vti procurator † minus etiam releuat in hoc casu quod possessor ei non restiterit, nã resistentia non est necessaria ad incurrendam pœnam *d. c. eũ qui, & c. licet. de præb. in 6. Oldr. cons. 319. n. 1. vbi tradit formam, quã debet in his casibus seruare executor & post eũ Thesaur. for. eccl. in c. 17. n. 16. & D. Vinc. Grilenz. cons. 86. n. 5. & seq.*

Minus obstat *decis. 82. fel. rec. Greg. XV.* vbi data fuit manutentio existenti in possessione auctoritate Iudicis non obstante institutione alterius; etenim quamuis Iudex possit priuare possessione per immissionẽ, etiam sine expulsione possessoris, *vt fuit dictum in vna nullius, seu Theatina beneficij. 5. Iunij 1599. coram Illustriss. Seraph. quæ est decis. 1325. n. 1.* indistinctè tamen locum non habet, sed tantum vbi Iudex ritè, & rectè procedit *Seraph. decis. 432. n. 6.*
19 Quomodo † autem dicatur Iudex ritè procedere, eadem decisio declarat: nimirum vt emanat cita-
20 tio, † nã, inquit, licet in priuatione nõ requiratur monitio; requiri-
21 tur tamen in declaratoria: † prout etiam quamuis possit Episcopus conferre sine citatione; attamen nõ potest tradere possessionẽ sine citatione: huic conformis videtur *decis. 69. in vna Salutiarum iurispatr. 1. Iunij 1602. coram eod. Greg. XV.* vbi dictum fuit, quod quamuis auctoritas Iudicis sufficiat pro expulsione, id tamen verum nõ est, nisi quando Iudex ritè, & rectè procedit, sed secus si nulliter *Oldr. cons. 227. n. 3. vers. alia est solutio, & ita intelligenda sunt quæ dixi de inductione in possessionem facta per executorem.*

Porrò vt formula seruãda in huiusmodi processu explicatior habeatur, non incongruum duxi, eam iuxta tradita per *Oldr. d. cons. 319.* exarare, præmissa quadam breui instructione.

22 Debebit itaque executor literarum Apostolicarũ, vbi mittere velit in executionem ipsas literas

pro beneficio ab alio possesso, debebit inquam, ad partis instantiã, concedere contra ipsum possessorem litteras monitoriales, & citatorias cum insertione copiæ litterarum prouisionis Apostolicæ, & executorialium, & earum vigore monere partem ad dimittendum possessionem liberam, vacuam, & expeditam actori; assignando ei terminum competentem ad certa die comparẽdum coram ipso executore, ad dicendum, & allegandum causam si quam habeat, & se grauatum senserit, quare dictas litteras exequi non debeat, alias ad videndum se declarari incidisse in sententias, censuras, &c.

Quæ monitoriales sic poterunt concipi.

23 ANTONIUS &c.

Et Litterarum Apostolicarum subinsertarum executor, siue Apostolicus delegatus, & omni meliori modo &c.

Dilecto nobis in Christo R.N. Salutem, & nostris imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis &c. Noueris coram nobis cõparuisse R.D. de loco C. *Apostolicum prouisum de beneficio Sancti.A.Diœc.F. nobisq. præsentasse litteras Apostolicas huiusmodi prouisionis, sanas, integras, in nulla earũ parte suspectas, prout prima facie apparebant, datas Romæ apud &c. in debita forma scriptas, & sigillatas sigillo plumbeo cordula sericea*, vel canapis *impenden. in forma fidem facientes, tenoris, qui sequitur, videlicet.*

Vrbanus Episcopus &c.

Post quarum quidem litterarum Apostolicarum præsentationem, quas nos, ea, qua decuit reuerentia, acceptauimus, obtulimusq; nos promptos exequi, vt tenemur; fuimus per dictum R. D. requisiti opportuna cum instantia, quatenus gratiam sibi factã, iuxtà contenta in præinsertis litteris Apostolicis, & cõmissionis nobis facta exequamur, taliter quod non possimus de negligẽtia repræhendi; nec sentẽtias, aut alias pœnas, si negligentes essemus in præmissis in nos latas, vel ferẽdas incurrere; notificãdo insuper nobis, quod postquam facta fuit sibi gratia de dicto beneficio vacante per mortẽ. M. Reuerẽdiss. Ordinarius F; sub quo colore nescitur, tibi, vt asseritur, idem beneficiũ auctoritate sua ordinaria contulit, licet nulliter, stante appositione manus prælibati Sãctiss. D.N.D. Vrbani diuina prouidẽtia Papa VIII. & quòd tu, in vim ordinariæ huiusmodi collationis, ausus fuisti, in praiudiciũ Apostolicæ prouisionis prætactæ, temerè possessionẽ illius beneficij ingredi, ac in idẽ beneficiũ te intrudere, illud damnabiliter occupando; Quocircà institit à nobis, quatenus Apostolica auctoritate præfata tibi in præmissis, in bis scriptis, & omni meliori modo etc. insinuemus, ac notificemus, insinuareuè, & notificare debeamus, seu faciamus, quod collatio dicti

dicti beneficij S. A. tibi per Reuerendiss. Ordinariũ F. facta, nulla est, cũ sit perfecta post Datã ipsarũ literarum Apostolicarũ, & gratia de eodem beneficio sibi factæ per summũ Põtificem, & subinde tibi præcipiamus, sub pœna excommunicationis, & alijs opportunis, primò, secundò, ac tertiò, & perẽptoriè, quatenus dictũ beneficium de facto dimittere debeas, & eiusdem possessionẽ relinquere, aliaq; præstare de iure &c. sub comminatione, quod aliter &c. non se tamen adstringendo &c. citrà &c. ac saluo iure &c.

Nos igitur visis ipsis litteris, & earum tenore toto inspecto, auditaq. instãtia, & requisitione nobis vt supra factis, easq. attendentes fore, & esse iustas, & eisdẽ tãquam iuri consonis annuẽtes, volentes ea, qua decet prõptitudine, & nos tenemur, ipsas literas Apostolicas exequi, tenore præsentiũ, auctoritate Apostolica, qua in hac parte fungimur, & omni meliori modo &c. te suprasalutatũ N. caritatiuè monemus, requirimus, & hortamur, primò, secundò, ac tertiò, & perẽptoriè &c. tibiq. distinctè præcipiendo mandamus, quatenus debeas statim respõdere, an verum sit quod tibi collatũ fuerit ipsum beneficium S. A. per d. Reuerendiss. Ordinariũ F; vel alium quemcumq; quavè auctoritate, & an illud teneas, vel possideas, & debeas intrà tres dies, quorũ vnũ pro primò, alterũ pro secundò, ac tertiũ pro vltimò, & peremptorio termino, ac Canonica monitione tibi præfigimus, & assignamus, incohãdos immediatè post intimationẽ præsentiũ, tibi vt infrà fiendam, corã nobis sedentibus, in domibus nostræ solitæ habitationis docuisse, & fidem fecisse de huiusmodi collatione, tenuta, & possessione, per realem, & effectualẽ collationis, tenutæ & possessionis huiusmodi authenticorum Instrumentorũ ostensionẽ, & exhibitionem &c. alioquin cõpareas in dicto termino ad videndum, & audiendum per dictũ R. D. produci, seù reproduci Originale præinsertarum litterarũ Apostolicarũ etc. vna cũ præsenti nostro Monitorio, fieriq. fidẽ de vacatione dicti beneficij, & subinde quamcumq; requisitionem, & per nos omnem opportunam ordinationem, & declarationem in casu &c. si verò te grauatum senseris &c. firmo tamen semper manẽte præsenti &c. cõpareas legitimè coram nobis die prima præmissi termini ad deducendũ, & allegandũ quidquid etc. pro causa tui prætensi grauaminis, vel aliàs &c. alioquin d. termino elapso, & nihil releuãte per te deducto, cõpareas, & comparere debeas coram nobis, vt supra, die prima iuridica immediatè sequẽti post dictũ terminum, hora tertiarum in domibus nostræ solitæ residentiæ, ad videndum, & audiẽdũ per nos fieri, & fulminari executorialem processum, siue decretum, de te deturbãdo, & eijciendo, & quod eijci, & deturbari debeas, de, & ex possessione d. beneficij S. A. si fortè in ea existas, omni iuris, & facti remedio, etiam per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, prout

te ex nunc, & ex tunc stantibus, & attētis prainsertis literis Apostolicis, & in eis expressis clausulis, ac omni meliori modo, via, causa & forma quibus melius, validius de iure &c. de dicta possessione amouemus, & declaramus amotū, decernētes in eam postmodum vacuā induci, & immitti d. D. in vim d. Apost. prouisionis, & gratia, cū expressa inibit. tibi sub excōmunicationis lata sententia, & alijs contra intrusos à Sacris Canonibus inflictis pœnis quatenus nō audeas, neq; prasumas vlterius te ingerere in d. beneficiū, neque in spiritualibus, neq; in tēporalibus, in praiudicium d. Apostolica prouisionis, & executorialis proc essus superindè formandi, prout in euentum &c. ex nunc, prout ex tunc inhibemus &c. alioquin &c. peremptoriè &c. & de intimatione fienda tibi personaliter, vel ad domum, vbi &c. ità tamen quod vna copia &c. cuicumque Nuntio publico, siue Clerico, plenam dabimus fidem. Dat. &c.

24 EX præmissis infertur, quod si collator inferior cōferret beneficiū vacans in curia, quod esset de iurepatronatus laicorū, & prouisus Apostolicus haberet derogationē iurispatronatus, etiam in totū, sed posterior esset in data collationi inferioris, imò & presentationi patroni teneret proculdubio collatio, seu institutio ipsius inferioris, & non prouisio Papæ; nā, vt dictū est, beneficia iurispatr. laicorū non cadunt sub aliqua reseruat. gen. *Rot. corā Seraph. d. dec.* 1232. & 1263 *n.* 5. *cū alijs sup. alleg. hic.*

25 Infertur secūdò, quod vbi aliquis habet Apostolicam prouisionē alicuius beneficij, quod ab alio sit possessū, licet talis possessor esset etiā inualidè institutus, siue prouisus; attamen si Apostolicus, quantūuis validè prouisus, & validū titulum habēs, ingrediatur, & apprehendat ipsam possessionē adhuc plenā, non expulso prius ipso possessore, nec adhibita ad id causæ cognitione, nec iudicis, siue executoris cognitionis ministerio, amittit omne ius, quod fuit cōsecutus per ipsam Apost. prouisionē aliàs validā *Lap. d. alleg.* 127. *n.* 3. *per d. c. eū qui.* 18. *de preb. in 6. Paris. de resig. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 16. & *lib.* 10. *q.* 6. *n.* 24. *cum*
26 *alijs alleg. hic.* † Et cassatur collatio *Old. cons.* 227. *n.* 3. *vers. alia est solutio*. qua planè cassata poterit deinde ordinarius illud ipsū beneficiū ex huiusmodi iuriū amissione tanquā de nouo vacans conferre, dūmodo talis possessio sit violenta & capta in suo mēse, vel aliàs etiā in Apostolico, quando beneficium est de iurepatr. laicorum, quia non remanet affectū *Lap. & Paris. loc. pracit. & post eos Garz. de benef. p.* 4. *c.* 2. *n.* 2. *Gābar. de off. leg. lib.* 3. *n.* 368. *Gonz. gl.* 18. *n.* 8. *vsq; ad* 18.
27 nemo etenim, † licet sit intrusus, vel aliàs iniustus detētor, amoueri debet à possessione beneficij donec, mediāte causę cognitione, cōstet de meliori iure alterius *Rot.*
28 *decis.* 70. *de re iud. in antiq.* † & sat est reo vincere, ob non ius actoris, etiā si per eius cōfessionē, vel aliàs constaret de non iure suo, scribit D. Octauian. Vestr. *in praxi. lib.* 5. *c. vlt. n.* 6. & *addit ibid. n.* 22.

Hæc

Hæc praxis procedendi ad expulsionē intrusi, vel aliàs ex aliquo etiā titulo possidentis tametsi ex *D. Oldr. allegato cons.* 319. & satis etiam sit per se clara; attamen, vt tutior, & clarior appareat, nonnulla in eius declarationem hic annotanda putaui.

30 Primò itaque sciendum est, quod inseritur in monitorio *tenor literarum Apostolicarum, tam prouisionis, quam executorialium*; vt certus reddatur ille, qui possessionem detinet, de collatione Papæ, & simul etiam de executoris au-

31 ctoritate, † alioquin non teneretur ille possessor obedire monitionibus illius, qui tantum se assereret executorem, *cap. eum in iāreperitus.* 31. *de off. deleg. arg. c. cum à nobis.* 28. *de test. tex. in l.* 1. *C. de mand. Princ.* vbi dicit Imperator quod, *si quis afferat secum mandatis Imperatoris venisse, ei non credatur, nisi quod scriptis probauerit.* Rota in d. Salutiarum siue 69. Greg. XV. non enim tenetur quispiam ad simplex verbum asserti executoris dimittere possessionem, *ex Achil. de Grass. decis.* 4. *num.* 12. *de sent. excomm.*

32 Secundò dictum fuit in monitorio, *vt respondeat, si obtinuit collationem, & à quo collatore, &*

33 *an possideat beneficium*; † etenim tenetur facere fidem de his coram executore, cum præsumptio sit contra ipsum *c. ex frequentibus* 3. *de instit. c. legum.* 2. *q.* 1.

34 Tertiò dictū fuit quod, *alioqui compareat ad videndum produci &c.* enim verò vbi prouisus, & possidens non ostendit, nec fidem facit de titulo; tunc Apostolicus prouisus facit ipse fidem executori de vacatione Ecclesiæ, ac de

35 tempore, quo vacauit, † faciens omnia scribere per Notarium, & executor ità summariè informatus confert, & occupantem eijcit; non enim est necessaria in informando de huiusmodi vacatione aliqua citatio, vel præsentia possidentis, aut collatoris cum hoc faciat executor, non vti iudex, sed tāquam executor ad suam instrūctionem, quod potest facere, etiam summariè *arg. l. à Diuo Pio.* §. *si super rebus.* 15. *ff. de re iud. & not. Innoc. in cap. dudum.* 10. *de præsumpt.*

36 Quartò, & vltimò additum est, *& de intimatione &c.* nam vbi in aliquo monitorio fit comminatio excommunicationis, curādum est vt monitorium huiusmodi præsentetur parti omninò personaliter,

37 cū citatione, † aliàs si dimitteretur tantum domi, quantumuis copia consignaretur in manibus domestici, consanguinei, vel familiaris, procedi nequaquam posset ad declarationem, siue ad sententiam excommunicationis cōtrà taliter citatum, cum sit omninò necessaria personalis intimatio huiusmodi monitorij *Rot. decis.* 2. *n.* 51. *de rescript. & decis.* 1. *n.* 4. *de fer. &* *decis.* 11. *de dol. & contum. vbique in nouiss. thes. for. eccl. c.* 17.

38 *n.* 27. † fallit tamen regula, vt non possit quis excommunicari absq; personali monitione, quando non

39 datur tutus accessus, † de quo planè constare debet per testes depo-

nentes saltem quod impossibile est, vel non est tutum eos in domo citare, *Clem.* 1. *§. Nos de iudic. Rot. decis.* 22. *n.* 2. *de rescript. in antiq. Cassad. decis.* 2. *n.* 2. *de dol. & contum.* nam in tali casu sufficit citatio, & intimatio per edictum, ad hoc vt possit excommu-
38 nicari; † sed duo probari debent: Primum quod fuerit appositũ edictum in vicinis partibus; secũdum quod verisimiliter potuerit peruenire ad notitiam aduersarij excõmunicandi, *D. Aegid. Bellamera decis.* 188. *& Fel. num.* 20. *in cap. quoniam frequenter. §. porrò:* 5. *vt lit. non contest.*

39 Quando autem dicatur accessus tutus videtur esse arbitrarium iudici, *ad tradita per Menoch. de*
40 *arbitr. casu* 13. *n.* 5. *& seq.* † sed illud notãdum arbitror, quod scribit D. Io. Bapt. Marchesanus in *tract. de commiss. cap.* 4. *n.* 28. *p.* 2. qui asseueranter dicit, quod reputatur tutus accessus, vbi etiam tendantur militum insidiæ, vel viarum grassatores sint, *per c. cum R.* 35. *de off. delegat. & alia iura ibi cõgesta, firmat D. Franc. Leo in Thesau. for. Eccles. cap.* 17. *n.* 26. *de qua re videndus est Farinac. de inquisit. q.* 11. *n.* 56. *& seq.*

41 Cæterum quia dixi cum Lap. *hic num.* 8. quod procurator, qui plenam possessionem ingreditur, non expulso possessore cum causæ cognitione, neque executoris ministerio adhibito, præiudicat principali, adeo, vt etiam amittatur omne ius acquisitum per Papalem collationem; vt huic malo aliquod remedium adhibeatur, illud admoneo, quod animaduertit *Lap. allegat.* 127. *n.* 6. nempè vt quandocumque contingat huiusmodi casus, ipse prouisus adeat, per se, vel per alium, executorem, & coram ipso dimittat ipsam possessionem, ac deinde petat per ipsum executorem expelli, cognita cau-
42 sa, ipsum detentorem; † nam si possessionem nõ relaxauerit dicetur in mora, & gratia dicetur con-
43 sumpta; † etenim in actu, quem quis debuit præuidere, non præsumitur ignorantia *Stapbil. de lit. grat. rubr. quibus modis expir. lit. ad benef. §. Gratia semel extincta. n.* 8. *&* 9. & Lap. loco proximè citato; faciunt, quæ tradit D. Paulus Bellonus Senator dignifs. Mediol. in aureo *tract. de potest. eorum quæ fi. in contin. lib.* 2. *c.* 59. videantur quæ dicam infrà *Prælud.* 22. *num.* 6. *& seq.*

¶ DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus concessum per Papam propter augmentum tertiæ partis fructuum ex proprijs bonis cũ clausula vt non sit ex iuris fictione, vel priuilegio, sed ex fundatione, & dotatione laicorum, & cùm alijs clausulis prægnantissimis, licet non cadat semper sub reuisione iuxta decretũ Conc. Trid. cadit nihilominus sub reseruatione Reg. ix. de mensibus ad quod refertur constit. Innoc. VIII. & Reg. Adriani VI. reuocatoria iurium patronatus, necnon & aliqua decis. Sac. Rota Rom.

Di-

DIximus *in praecedenti dub. num.* 3. quod iuspatronatus ex Priuilegio vacat in curia, & cadit sub reseruatione reg. 9. Modò dubitatur tertiò an dicatur ex priuilegio, & cadat sub huiusmodi reseruatione illud beneficium iurispatronatus, quod fuit cōcessum per Papam propter augumentum tertiae partis fructuum ipsius beneficij de proprijs bonis, etiam vltra 40. annos ante confirmationem Conc. Trid. habetq. praegnātissimas clausulas; quale planè est iuspatronatus concessum per fel. rec. Leonem X. *vsq; de anno* 1518. *idib. Augusti*, q. Reuerendiss. D. Magistro Luchino Arnutio eius domestico, & continuo commensali, ac alijs ex genitore ipsius D. Luchini per lineam masculinam descendentibus, in Archipresbyteratu, Canonicatuq. ac Praebenda quae hodie est sub titulo S. Iacobi in Ecclesia Cathedrali Alexandrina, ad quem Archipresbyteratum praesentatus fui ego superioribus mensibus per admodum Illustrem D. Iordanum Arnutium q. D. Io. Francisci tanquam seniorem de dicta linea, & fui per Illustrissimum D. meum Erasmū Parauicinū institutus ad huiusmodi praesentationem tanquam de iurepatronatus laicali: hodie verò cū aduerterim dictū iuspatronatus adhuc dici ex priuilegio, & cadere sub reseruatione 9. reg. non obstante, seu quidquam suffragāte prescripta & centenaria quasi possessione, in qua reperitur dictus D. Arnutius praesentandi ad dictū Archipresbyterum, & Canonicatum quocumque mense vacare contigerint coram Ordinario: minusq. releuantibus praegnantissimis clausulis in ipso priuilegio cōtentis, quas infrà referam, ideo; tum vt in primis conscientię meae satisfaciam; tum vt caueam molestijs, quas mihi gratis parauit D. Marcellus Arnutius frater dicti D. Iordani, qui non minus inualidè, quam iniustè presentauit D. Scipionem Boidum filium I. C. D. Gasparis Alexandrini; dictusq. Boidus iam fecit supplicationem signare, seu potius porrexit, sed fuit retenta; porrexi & ego supplicationem pro eodem Archipresbyteratu impetrando, nō quidem tanquam de iurepatronatus, sed planè vti reseruato, siquidem vacauit de mense Augusti, qui est Apostolicus, habeoq. supplicationem signatam.

1 Dubitatur inquam an sit ex priuilegio, & cadat sub reg. 9. istud, & si quod aliud iuspatronatus habeat etiam sequentes clausulas, quę quidem sunt in dicto priuilegio DD. de Arnutijs, nimirum

2 *Iuspatronatus & praesentandi huiusmodi non iuris fictione, seu Priuilegio, sed verè laicorum tantum etiam Principum, & ex fundatione, & dotatione competere, & illud vbicumque laicorum etiam Principum de iure, vel consuetudine exceptū existit, absque alicuius penitus differentia exceptum existere, illiq. etiam per ipsummet Leonem, seu alios Rom. Pont. pro tempore existentes; etiam ex simplici vacatione apud Sedem Apostolicā derogari*

non posse, nec derogatum fore, aut censeri debere, nisi dictum iuspatronatus laicorum tantum, etiam Principum, & ex fundatione, & dotatione communiter derogaretur, aut derogari consueuerit; nec etiam tunc nisi litterarum Apostolicarum, seu Priuilegij huiusmodi tenore de verbo ad verbum inserto ac derogationi huiusmodi per trinas diuersas literas eundem tenorem continentes diuersis vicibus eisdem Patronis legitimè intimato: derogationes quoque aliàs quam vt præfertur factas nullas & inualidas fore, & nulli suffragari debere cum clausula sicq. per quoscumque, & decreto irritante.

Et videtur quod censendum sit ex dotatione, nam litteræ Apostolicæ hoc clarè cantant vt inquam *iuspatronatus & præsentãdi, non iuris fictione, seu priuilegio, sed verè laicorum tantum, etiã Principum, & ex fundatione, ac dotatione competat ipsi L., ac alijs*
3 *vocatis*, † & cum verba declarent mentem *l. recusari. de acquir. hæredit. l. re coniuncti. de leg. 3. cap. secundo requirit. de appell.* ideo videtur quod non sit ambigendum de mente Papæ quin intenderit facere iuspatronatus ex vera fundatione, & maximè stantibus amplissimis, & prægnantissimis,
4 † & vsque adeo geminatis verbis, quæ magis disponunt *l. ba-*
5 *lista. ff. ad trebell.* † vltrà quod iam apud omnes vulgare factum est, & in Rota admissum, & maximè *in vna Cõpsana iurispatr. 3. Decembris 1604. coram R. P. D. Litta.* Papam posse fingere, & facere, vt illud quod non est, pro tali tamen habeatur, quę planè opinio coadiuuari posse videtur ex obligatione, & onere augendi redditũum ipsorum Archipresbyteratus, & præbendę vsque ad tertiam partem, ita vt videatur esse
6 ex causa onerosa, † ad quod suffragari etiam videtur declaratio Sac. Congreg. allata per Garziam *de benef. par. 1. cap. 9. n. 124.* vbi enunciatur validum iuspatronatus quod excedit 40. annos vltrà confirmationem Concilij.

Sed re vera his non obstantibus videtur verius huiusmodi iuspatronatus esse ex priuilegio, imò constanter hoc firmari potest *ex decis. Rot. 518. apud bo. mem. Illustriss. Seraph. & decis. 58. apud Farinac. p. 1. in recent. siue in Compsana iurispatron. 23. Ian.*
7 *1603. coram R. P. D. Litta.* † nam de iure communi iuspatronatus non competit nisi ex fundatione, & dotatione, siue ex constructione, vel totali refectione *iuxta trad. in c. 3. de iurepatr.* & dicam inferius *dub. 5. in hoc ipso Præludio.*
8 Nec releuant verba Priuilegij quod *non ex iuris fictione &c. sed ex vera dotatione &c. debeat censeri ipsum iuspatronatus*; nam respondetur, quod cum illa qualitas insit in ipso priuilegio, censeri proinde debet ex Priuilegio, & ita censuit Rota *in vna Placentina coram R. P. D. Orano.* relata per Garziam *d. tract. par. 5. cap. 9. num. 117. & per me hic dub. 2. conclus. 2. circa finem.*
9 Minus facit, quod mens Papæ vi-

videatur clara, vt intenderit concedere iuspatronatus, quod fit verè ex fundatione, non autē ex priuilegio; etenim respondetur cum Rot. *in d. Compsana 23. Ian. 1603.* quod imò cum ex verbis ipsius Bullæ deducatur, quod ab initio ipse Archipresbyteratus, & Canonicatus habebant dotem, & illius fructus ascēdebant, Archipresbyteratus quidem ad val. 35. Canonicatus verò ad val. 10. ducat. aur. idcirco ex ijsdemmet verbis conuincitur illud non esse ex fundatione, & dotatione, sed ex Priuilegio, & gratia Papæ, qui ita disposuit: & ita etiam declarauit Sac. Congreg. quam declarationem secuta est Rota *in vna Placentina coram R. P. D. Orano.*

10 Nullatenus etiam obstat *quod Papa posiit fingere &c.* nam huic obiectō satis responsum est *in d. Compsana*: quod hoc quidem potest respectu certi effectus; at vniuersaliter nullatenus sibi non vendicat locum; nam huiusmodi iuspatronatus semper procedit ex gratia, & priuilegio Papæ, & non ex eo quod fit ex vera fundatione, & dotatione, cum illa qualitas, vt dictum est, fit in ipso Priuilegio, & veritas dumtaxat est attenden-

11 da; † nam verba sunt potius intelligenda in sensu naturali, quam in ficto *l. fin. C. de his qui ve at. impe.*

12 Obligatio etiam, siue onus augēdi redditus Archipresb. ex proprijs bonis vsque ad tertiam partem non releuat, nam cum iuspatronatus non possit acquiri, vt dictum est, nisi ex fundatione &c. acquisitum proinde non erit censendum ex augumento tertiæ partis, quippe quod huiusmodi augumentum non cēsetur præpōderare gratiæ, & consequenter non videtur esse ex causa onerosa, cum non ascēdat ad medietatem annui valoris ipsorum Archipresbyteratus & Canonicatus, vt fuit consideratum *in vna Valentina. 4. Maij 1601. coram bo. mem. Illustriss. Lancellotto.* & est apud Garziam

13 *d. c. 9. n. 127. p. 5.* † tunc enim dicitur præponderare gratię quando beneficium non habet congruam dotem, cum qua possit Rector sustentari, ita dictum fuit *in d. Compsana. & in Cæsaraugust. adduc.*

14 Quod si dicatur ergo Priuilegium erit frustratorium in totum: Respondetur quod non, licet enim huiusmodi augumentum non efficiat iuspatronatus ex vera fundatione, efficit nihilominus, & effectum parit, vt ob huiusmodi impensam ipsum iuspatronatus non censeatur, nec sit sublatum per Conc. Trid. *sess. 25. c. 9. de refor.* & ita videtur intelligenda declaratio Sac. Congregat. apud Garziam, in qua validum enunciatur iuspatronatus ex augumento dotis acquisitū ante 40. annos, à die

15 confirmationis Concilij, † quia tunc dicitur habere statum implicitum validitatis, & debent admitti præsentationes patronorum, *Rot. decis. 4. p. 2. recent.* nam tunc non cadit sub reuisione ordinarij, *Sac. Congreg. & Rot. in vna Lucana Canonicatus. 24. Maij coram R. P. D. Bubalo, quam refert*

16 *Garz. d. c. 9. n. 125.* † quinimò debent

beat patroni manuteneri in quasi possessione præsentandi, si fuerint, dum cognoscitur de validitate iurispatronatus concessi, vt fuit dictum *in Lucana Canonicatus.18. Martij 1590. coram eod.*

Quod si dicatur reuisum fuisse iuspatronatus concessum per eundem Leonem X. de anno 1515. & sic vltra 40. annos, nec fuisse per Rotam habitum in consideratione augumentũ duc. 10. ad redd. 130. *vt in d. Valentina*. respondetur quod duc. 10. habito respectu ad duc. 130. non erat tertia pars siue erat modicissima pars, ac propterea Rota habuit illud augumentũ pro modico, ita vt non potuerit

17 acquiri ex reg. Adriani VI. † nec etiam habita fuit consideratio ad restaurationem, seu reparationem Ecclesiæ, ex quo non erat funditus diruta, ita vt ægeret noua consecratione, & ea propter non erat sufficiens ad acquirendum iuspatronatus *ad trad. per Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 1. quæst. 6. art. 3. num. 16. & Rocc. de Curte tract. eod. in verbo construxit. num. 12.*

18 Minus etiam obstat alia decis. *in Malfien. 29. Ian. 1594. coram bo. mem. Illustriss. Mantica.* vbi fuit resolutum iurepatronatus à Papa concesso, postquam fructus Ecclesiæ ad tertiam partem auxerit, debere probari implementum illius conditionis, alias iuspatronatus non esse acquisitum, & dotem non dici auctam vsque ad tertiam partem, nisi sit probatum quãti essent fructus Ecclesiæ tempore gratiæ: nam intelligenda est, o locum sibi vendicare ipsa decisio vbi iuspatronatus cadit sub reuisione ordinarij, vt latè & doctè notat D. Oliuerius *ad decis. 397. fol. rec. Greg. XV.*

19 Cæterum postquã vidimus istud iuspatronatus esse ex priuilegio, nec fuisse sublatum per Sac. Conc. Trid. *sess. 25. c. 9. de reform.* dubitatur nihilominus an saltem cadat sub reseruatione reg. de mensibus, quæ hodie est 9.

Et videtur quod non, stantibus tam amplis, & prægnantissimis clausulis, & potissimum illa his verbis concepta.

Illiq. etiam per nos seu alios Rom. Pont. pro tempore existentes, etiam ex simplici vacatione apud sedem Apostolicam derogari non posse, nec derogatum fore censeri debere, nisi dictum iuspatronatus laicorum tantum etiam, Principum &c. vt in facto.

20 Et istam opinionem tuetur Gõzal. *de mensib. glos. 18. n. 93.* consultus de *d. Cõpsana. 23. Ian. 1603.* in qua videtur asseri fuisse per Rotam recessum ab Astoricen. decis. in qua excludebatur derogatio illius iurispatronatus; Garzia nihilominus *d. c. 9. n. 127. p. 5.* affert *d. decis. Valent. coram Illustriss. Lancell.* in qua fuit resolutũ non constare de iurepatronatus concesso à prælibato Leone X. de anno 1515. postquam dictam Ecclesiam proprijs sumptibus reparauerit, & restaurauerit, illiusq. dotem, quæ erat 130. duc. de eo tẽpore in annuis redditibus duc. 10. auxerit quippe quod, vt ipsa decisio animaduertit, augumẽtum non ascen-

ascendit ad medietatem annui valoris beneficij, iuxta constit. Innoc. VIII. & d. Reg. Adriani VI. per quas reuocantur iurapatronatus non aucta ad medietatē &c. vt latius in ipsis quas hic subijcio.

21 Et hanc vltimam opinionem, vt inquam cadat sub reseruatione, vbi augumentum non ascendit saltem ad medietatē tenet D. Beltraminus *ad d. decis. 397. Greg. XV.* adducēs ad hoc *d. Valent. & aliā Casaraugust. de Maella. 6. Nouembris 1618. coram R.P.D. meo Coccino Decano meritissimo cuius virtutes iam per vniuersum orbem quasi stella rutilant, nec apud quempiam latent.* quibus nouissimè 19. Decembris 1625. successit in terminis huiusmodi iurispatronatus, & reg. 9. alia decis. in vna Neapolitana Abbatiæ coram eodem.

22 Nec releuat quod tradit Gōzal. *d. glos. 18. num. 93.* qui planè non vidit *d. Compsanam. 3. Decembris 1604.* in qua respondetur dictam decisionem Astoricen. non emanasse in terminis modernæ reg. reseruat. sed in terminis reg. Pauli III. & aliorum Pont. non habentium clausulas, & derogatorias ita amplas, & efficaces: & fortasse est decisio illius casus, quem ibidē Gonzal. *glos. 36. n. 38.* referens clausulam regulę de tempore dictæ Astoricensis, ait esse sub lite, & sic transit sicco pede: minusq. vidit doctissimas decis. supra allegatas coram Illustriss. Decano, quas infrà subijciam cum sint ad rem per quam accommodatæ.

23 Minus etiam releuat, quod in priuilegio sit clausula, quod *ex simplici vacatione, etiam apud sedem non possit derogari &c.* quia respondetur quod cum ipsa regula de mensibus cōtineat etiam clausulam, quod priuilegium, & indulta, quæ habent clausulam, *vt illa sub reseruationibus nunquam comprahendantur etiam cū quibusuis derogatoriarum derogatorijs, & fortioribus efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis* huiusmodi Priuilegia comprahendit, quod etiam consideratum fuit *in d. Compsana. 3. Decembris 1604. coram Litta.*

24 Pręterea non obstat clausula priuilegij quod *derogationis littera debeant præsentari patronis per trinas diuersas litteras*; quia imò si adesset etiam clausula quod *prouisiones non possent fieri nisi de consensu patroni, sine quo non possit derogari, & si derogetur, derogatio non sufficiat, sed in pristinum statum reponatur*; adhuc impediret regulā de mēsibus, si beneficium vacaret in mense re-

25 seruato: † nam clausula illa locum habere debet dumtaxat vbi vacat in mēse ordinario, vel certè vbi Papa concurrit cum ordinario, vt fuit dictū *in d. Compsana.*

26 Tandem nō releuat quod iuspatronatus, de quo in casu, nō cadat sub reuisione ordinarij tanquam excedens confirmationem Conc. Trid. vt dictum est vltrà 45. annos nedum 40. quod sufficit, & quod propterea patroni debent nedum in hoc casu; imò, & quando etiam

ca-

cadere sub reuisione, manuteneri in sua quasi possessione præsentādi dum cognoscitur an iuspatronatus sit reuocatum, & vtile sit Ecclesiæ, vt dictum fuit *in Lucana Canonicatus 18. Maij 1590. coram R. P. D. Bubalo*. nam hoc locum habet quando vacatio contingit in mēse ordinario, vel alias ageretur de concurrentia Papæ cum ipso ordinario, vt superius
27 dictum fuit, † secus autem est quando beneficium de iurepatronatus ex priuilegio vacat in mēse reseruato, quia tūc quasi possessio non suffragatur propter clausulā reg. 9. vt ex Verallo *decis. 29. & 326. lib. 1.* decidit Rota *in vna Barchinonen. Prioratus 12. Maij 1609. coram Illustriss. D. meo Coccino Decano, & est decis. 469.* quas omnes decisiones hic refero libenter.

Et initium summam à decis. in causa Compsana iurispatr. 3. Decembris 1604. coram Litta. quæ est videlicet.

P*Roposita causa super dubio alias resoluto die 23. Ianuarij præsentis anni strictè tamē ad regulam reseruatoriam 8. mensium DD. steterunt in decisis, hoc vno tamen præsupposito, quod monasteria, & beneficia data in commendam cadant sub dicta regula, de quo erit particulariter agendum, moti quia reuera hoc iuspatronatus non est propriè ex dotatione, quo fit vt tanquam ex priuilegio competens sub dicta regula videatur comprehendi, ex aliàs latè deductis.*

28 *Nec obstat, quod Papa decreuerit* huiusmodi iuspatronatus cēsendum esse, perinde ac si esset ex dotatione, & fundatione, *quia ex eisdemmet verbis conuincitur illud non esse ex fundatione, aut dotatione, sed ex priuilegio, & gratia Papæ, qui ità disposuit, & voluit Congregatio Concilij, vt tenuit Rota* in causa Placentina de Mirabell. coram bo. mem. Orano, & alias in alia decisione allegata.

29 *Nec facit quod Papa possit fingere, & facere, vt illud, quod non est proprié, aliàs tamen habeatur respectu certi effectus, quia non negatur propositio, sed dicitur illam nō applicari respectu regulæ, cum semper verum sit dicere id procedere ex gratia, & priuilegio Papæ, & non ex eo quod iuspatronatus sit verè ex dotatione, & fundatione, vt in simili, de iurepatronatus concessu cum clausula* quod sit perindè ac si esset Regium, *fuit dictum* in Cordubeñ. iurispatr. 20. Nouembr. 1586. coram bo. mem. Io. Aldobrandino.

30 *quod † cū dicta regula emanauerit per viam legis, respectu illius fictio non potest sibi vindicare locum, sed dumtaxat veritas ipsa*, iurib. vulgatis.

31 *Et ad illud quod hoc priuilegiū sit ex causa onerosa, fuit responsum hoc minimè verum esse, cum ad hunc effectum spectari debeat quod expensum fuerit, an scilicet illud æquiualeat concessioni, quia vbi non æquiualet, concessio ipsa iudicari potius debet gratiosa, quam onerosa, vt aliàs latè deductum fuit. Vnde cum hic in claris versari videamur quod expositum*

positum per Comitem Compsæ non æquiualet concessioni, ex eo præsertim, quia admodum irrationabile videtur, quod pro scutis 1000. *in circa, in seruitutem redigatur Ecclesia tam insignis, & quidem notabilis valoris, etiam attento tempore dictæ concessionis, hoc est ducat.* 1000. *& vltrà, vt ex literis perinde valere postea expedi-*
32 *tis, de quibus in actis constat, † & ex eo quod commendata fuit Nepoti eiusdem Papæ, & Cardinali, cui ex Concilio Lateranen. non poterat prouideri, nisi beneficium excederet ducat.* 200. *Ideo &c.*

Nec obstare dixerunt domini clausulas concessionis Pauli III. quia etsi illæ sint amplissimæ, & adeo prægnantes, vt prima facie tolli minimè videantur per clausulas appositas in regula reseruatoria, ex deductis in causa Astoricen. coram Illustriss. Seraph. & in alijs per informantes pro Comite allegatis; *attamen re maturius considerata hoc in casu ex pluribus non obstare dixerunt.*

33 *Primò, quia in casu illarũ decisionum fuerat præscripta certa forma, scilicet derogandi in futuris derogationibus*, quod non posset derogari, nisi de toto tenore plena, specifica, & indiuidua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes esset facta mẽtio, *quæ forma derogandi non præscribitur in literis Pauli III. sed solum adsunt clausulæ derogatoriæ derogatoriarũ ad sequentes dispositiones, quæ omnes tolli videntur, ex eo quod in regula reseruatoria expresiè derogatur indultis, & priuilegijs cum omnibus quibuscumq; derogatorijs derogatoriarum, & fortioribus, & efficacioribus ac insolitis clausulis* ad decis. Put. 109. num. 4. vers. dixerunt tamen. lib. 1. *eum alijs per informantes pro Cardinale deductis.*

34 *Nec vim fieri posse dictum fuit super clausula restitutoria, de qua in literis dictæ concessionis, quia licet sit maximè efficacia, tolli tamen videtur ex eo, quod in regula derogetur etiam efficacioribus, & fortioribus clausulis.*

35 *Secundò quia decisiones* in dicta Astoricen. & in alijs causis in contrarium allegatis per infomantes pro Comite *non emanarunt in terminis istius regulæ reseruatoriæ S. D. N. sed in terminis regulæ Pauli III. & aliorum Pont. non habentes clausulas, & derogatorias ità amplas, & efficaces, vndè non mirum si de dictis casibus ad nostrum inferri minimè potest* vulg. l. Papinian. exuli. ff. de minor. 25. annorum.

36 *Tertiò fuit responsum quod omnes clausulæ, de quibus in literis dictæ concessionis Pauli III. & signanter illæ*, quod prouisiones non possint fieri nisi de consensu patroni, sine quo non possit derogari, & si derogetur derogatio non sufficiat, sed in pristinum statum reponatur, *debent, ac cõmodè possunt suum effectum sortiri in prouisionibus, quæ alias Papa in mensibus ordinarij faceret, ordinarium ipsum præueniendo, quod fa-*

37 *facere potest*, † *cum sit ordinarius ordinariorum*, *& cum omnibus concurrat* iur. vulg. *non autem vedicent sibi locum in prouisionibus factis per Papam in mensibus reseruatis vigore dicta regula, ea ratione, quia cum hoc beneficium iurispatronatus ex priuilegio sub dicta regula sui natura comprahendatur, non dicitur derogari dicto priuilegio, nec in aliquo eneruari clausulas illius per prouisionem, quam Papa facit de dicto beneficio, & minus per clausulas dicta prouisioni adhaerentes: sed totum praiudicium facit regula ipsa, & clausula in*
38 *ea contenta*, † *cui inquam, regula adeo subijcitur iuspatronatus ex priuilegio, vt alia derogatione nō sit opus, vt per Mandos.* super regula 1. reseruat. q. 10. num. 3. latè Couarr. pract. quaest. cap. 36. n. 6. Dec. cons. 149. n. 6. *& fuit tentum* in causa Seguntina dimidiae annatae. 16. Nouembris 1593. coram bo. mem. Orano.

39 *Quartò responsum fuit, quod cum hic non agatur de clausulis derogatorijs appositis in aliquo priuilegio, vel gratia, particulari personae concessa; sed de appositis in regula, quae vim legis, seu constitutionis habet, meritò ex eis censetur sufficienter derogatum clausulis quibuscumque, etiam derogatorijs derogatoriarum, contentis in d. concesiione Pauli III.* Rom. cons. 436. n. 21. vers. respondeo illud verum, Couar. in rubr. de testam. p. 2. num. 19. vers. quartum nostrae quaestioni : *Ita in proprijs terminis regulae octaua dictum fuit* in vna Cameracen. Canonicatus 4. Iulij 1578. coram bo. mem. Card. Lancellotto. *Imò cum inter clausulas dicta regula, adsit ista etiam*, quod priuilegium contineat quod beneficium sub reseruationibus non comprahendatur, *necesse est fateri non posse aliquo modo tueri contrariā sententiā vigore clausularū contentarum in dicto priuilegio, qualescumque illa sint, ne plus tribuatur tacito, quàm expresso, contrà omnes iuris regulas.*

Et in alia Paduana iurispatronatus. 1. Iulij 1601. coram Corduba, quae est apud Farinac. decis. 46. n. 98. p. 2. recentior.

40 *Fuit resolutam, vna parte informante, non constare de effectuatione iurispatronatus DD. de Borromeis; nam cū illud fuerit concessum à Pio IV. post augmētum fructuum in tertia parte valoris beneficij, necessarium erat probare illos de tempore reseruationis, aliàs enim nō potest haberi certitudo, an augumentum fuerit factum in dicta tertia parte, vt in simili fuit consideratum in* causa Paduana iurispatr. vlt. Maij 1591. coram R.P.D. meo Decano.

41 *Neque obstat quod in concessione sit expressa certa annua summa redditūum, nempè ducat. 130. quia Papa illam expressit cum clausula*, vt accepimus, *& adest in expresione*, & forsan vltrà, *quod sine difficultate procedebat in prouiso ab ordinario; tum quia post eius prouisionem pratendebat adimpletam fuisse gratiam concessionis iurispatrona-*

natus; quod non existebat ante illius adimplementum, cum in ea sit dictio postquam, *qua induxit conditionem* Bart. in l. quibus. §. termilius. n. 5. ff. de condit. & demonstr. l. si ita. ff. fin. & ibi glos. de legat. 2. l. ab hostibus. in fi. ff. ex quib. cau. mat. *tum quia Episcopus interim non debebat carere fructibus collationis, cum sit in quasi possessione conferendi* cap. quærelam. de elect. Put. decis. 206. lib. 1.

42 *Placuit etiam DD. fundamentum deductum, ex negligentia patronorum, cum effectuatio iurispatronatus nimis negligenter fuerit dilata* arg. c. si clericus. de præb. in 6. & c. tibi. §. in prædictis. de rescript. eo. lib. 6. *maximè cum superuenerit Conc. Trident.* sess. 9. cap. 24. *quod reuocauit similes gratias, & ita non potest dici hunc, de quo agitur sortitum effectum, cum adimplementum sit factum tempore inhabili.*

Sequuntur decis. Magistrales in causa Cæsaraugust. coram Illustriss. D. meo Coccino Decano quarum prima est 14. Nouembris 1616. in hæc verba.

Haec parochialis vacauit in mense Octobris, qui est vnus de 8. mensibus vigore reg. 8. Papæ reseruatus; Episcopo autem gaudente alternatiua est ordinarij, & cum parochialis sit de iurepatronatus laicorum ex priuilegio Iulij II. concesso ex augmento dotis, & c. reualidato per Paulũ III. aduersus reg. Adriani VI. ideo dubitaui an constaret de reseruatione dicta parochialis; & DD.

43 *affirmatiuè responderũt, † Regula enim octaua in sua reseruatione comprahēdit omnia beneficia va-*
44 *cantia, † & tollit consuetudines etiam immemorabiles, & priuilegia, & indulta Apostolica, nedum super optione præbēdarum, verum etiam super dispositione beneficiorum, etiam quod prædicta priuilegia, & indulta continerent* quod nunquam sub dictis reseruationibus compræhēderentur, *vt sunt verba clara reg. & dicit ibid. moder. glosat.* glos. 31. per totam, & præsertim n. 24. & 30. *& ita fuit resolutum* in causa Casalen. Canonicatus. 19. Ian. 1604. coram bo. mem. Litta. *quare, cum dicta parochialis sit de iurepatronatus ex priuilegio, comprahenditur sub d. reg. quæ tollit priuilegia, & indulta, vt fuit resolutum* in causa Compsana iurispatr. 23. Ian. & 3. Decembris coram bo.
45 mem. Alexandro Litta: † *neque sunt examinandæ causæ priuilegij, cum reg. 8. habeat derogatorias derogatoriarum, etiam quod fuerit dictum* quod beneficium nũquam sub reseruationibus Apostolicis compręhenderentur, *vt fuit consideratum* in allgata causa Compsana, & dicit Moder. glosat. glos. 36. per totam.

Neque obstat, quod Episcopus gaudeat alternatiua, & ideo mēsis Octobris est ordinarij, vnde cum Patroni sint in quasi possessione præsentandi, licet iuspatronatus non possit per ordinarium reuideri, cum sit concessum ante 40. annos post confirmationem Conc. vt in c. 9. de reform. sess. 25.

in-

interim tamen patroni sunt manutenendi in sua quasi possessione præsentandi, vt censuit Congregatio Illustrissimorum interpretum, vnde cessat reseruatio, nam fuit responsum prædicta non officere, quia dicta parochialis non cadit sub alternatiua ordinarij, sed eius collatio spectat ad Papã, ac proinde quasi possessio præsentandi non suffragatur aduersus reg. 8. *Cancell. propter decretum irritans, in ea appositum, quod tollit omnia, quæ possent impedire reseruatoriam* Moder.Glosat.reg. 8.glos.67.n.12.& seq. *& in puncto fuit resolutum* coram me in causa Barchinonen. prioratus. 11. Maij 1609. & aliàs sæpius.

Quod autem non cadat sub alternatiua ordinarij satis patet, quia in regula ab alternatiua excipiuntur beneficia, quæ non sunt libera collationis Episcopi, vt sunt clara verba reg. & dicit d.glosat.Moder.glos.45.n.1.*qualis est ista parochialis, stante iurepatronatus ex priuilegio, quia donec reuideatur iuspatronatus patroni sunt manutenendi in quasi possessione præsentandi, cum priuilegium sit cõcessum per* 40. *annos ante confirmationem Concilij, quod operatur respectu reseruationis Papæ, vt supra dictum est, & ita conclusum constare de reseruatione.*

Et in eadem coram eod. Lunæ 6. Nouembris 1617.

IN *hac causa duæ principales difficultates oriuntur prima est, an ista parochialis sit reseruata vigore reg.* 8. *etiam quod sit de iurepatronatus laicorum ex priuilegio: secunda est posito quod sit de iurepatronatus laicorum ex priuilegio, an patronus, qui est in quasi possessione præsentandi sit in ea manutenendus, dum cognoscitur an huiusmodi iuspatronatus comprehendatur sub reg.*

Et quãtum attinet ad primam difficultatem, si hæc parochialis non cadit sub alternatiua Episcopi, de quo particulariter erit agendum, certum est quod est reseruata cum vacauerit de mense Octobris, qui, Episcopo non gaudente alternatiua, est vnus de 8. *reseruatis, vt expressè legitur in d. reg.* 8. *non obstante quod dicta Parochialis sit de iurepatronatus ex augumento dotis annuorum solidorum* 200. *hoc est, scut.* 10. *vt habetur in literis concessionis*
46 *Iulij* 11. † *quia cum sit ex priuilegio comprehenditur sub d. reg. vt sunt illius verba clara, cum tollat priuilegia, ac indulta &c. & fuit resolutum* in causa Compsana iurispatr. 19. Ian. & 3. Decembris 1604. coram bo. mem. Litta. *vbi alia decis. allegantur,*
47 *ac dicitur* † *quod regula tollit quascumque clausulas priuilegij, cum deroget priuilegijs, & alijs, etiam quod in illis fuerit dictum,* quod nunquam sub Apostolicis reseruationibus comprehendantur, *& fuit ponderatum* in hac causa 14. Nouembris superioris anni.

Quod autem istud iuspatronatus sit ex priuilegio, satis apparet, quia cum agatur de acquirendo iurepatronatus ex dotatione, indubitata conclusio est, quod re-

48 *requiratur † dotatio formalis.* c. filijs, 16.quæst.7. Innoc.in rubr. de iurepatr.n.2. Hostien.in summ. eod. tit. §. ex quibus. vers. idem videtur si, Ecclesiam dotauit. Io. Andr. in c.1. glos.1.eod.tit. Card. in rubr. eod. tit. n. 3. Abb. in cap. quoniam. n. 3. eod. tit. Rocc. de iurepatr. verbo dotauit. q.2. n.4. *vbi de communi* Paul.de Citadin. p.3. caus.2. Lambertin. lib.1. p.1. q.6.art.1. *& fuit dictum* in causa Regien. iurispatr.9. Maij & 13.Iunij 1586. coram recol.mem. Hier. Card. Pamphil. tunc Rotæ Audit. & in causa Tirasonen. iuris præsentandi. 5. Maij 1593. coram bo. mem. Penia. & 24. Ian. 1594. coram bo. mem. Alexandro Litta.

49 *In nostro autem casu non adest dicta dotatio, sed solum augumẽtum dotis, ex quo de iure cõmuni non acquiritur iuspatronatus* gl. in c. piæ mentis. in vers. patronũ. 16.q.7. Abb. cons.59. lib.2. Rocc. de iurepatr. verb. dotauit.quæst.2. & 3. *& fuit dictũ* in causa Lunen. Sarzanen. beneficij. 5. Iulij 1599. coram Illustriss. D. meo Millino,

50 & aliàs sæpius,† *& propterea necesse fuisset ad acquirendum iuspatronatus quod ecclesia esset penitus depauperata,& eidem noua dos esset data* Rocc. vbi supra.q.3. Bero. cons. 6. n. 29. vol.1. *& fuit dictum* in d. Lunen. Sarzanen. corã Illustriss. Millino,& in allegat. causa Compsana iurispatr.23.Ian. & 3. Decembris coram bo. mem. Litta. *& si admitteretur prædictam conclusionem intelligendam esse, quando augumentum, quod datur, est parui momenti, & agatur de acquirendo iurepatronatus via ordinaria, secus tamen esse, quando est tanta considerationis, vt dos, quam habet Ecclesia, habito respectu ad augumẽtum, nullius sit considerationis, ita vt priuilegium concessum à Papa magis operetur cõcessionem ex iustitia, quam ex gratia, prout videtur sensisse Rota* in causa Perusina de confinio.3.Decembr.1576. coram fel. rec. Clem. VIII. *vbi*

51 *quod † iuspatronatus non dicitur acquisitum ex causa onerosa, nisi illud, quod fuerit datum, æquivaleat concessioni factæ, & idem repetijt Rota* in vtraque decis. Cõpsana; *fuit tamen dictum hoc augumentum esse etiam modicum, vt in nulla sit habenda consideratione* Rocc.de iurepatr.in verb.do-

52 tauit. q.9.n.36. † *vbi quod modica dos non facit patronum, & nulla prorsus adest difficultas, quando augumentum dotis non ascẽdit ad medietatem annui valoris fructuum beneficij, vt dixit Rota* in causa Valent. parochalis de Carlet. 1. Maij 1601. coram Illustriss. D. meo Card. Lancellot. tunc Rotæ Auditore.

53 *Non obstat, quod Io. patronus soluerit scut.* 4000. *Capitulo del Pilar pro recuperatione trium partium fructuum Ecclesiæ de Maella, quæ erant dismembratæ, & vnita Ecclesiæ del Pilar auctoritate Pij IV. quia quatenus ista summa sufficeret pro acquirendo iurepatronatus ex augumẽto dotis, in hoc tamen casu non fuit acquisitum; nam licet verum sit quod in dotatione beneficij non de-*

debeat expressè reseruari iuspatronatus, & sufficiat quod non fuerit remissum cap. significauit. vbi DD. & præsertim Abb. in 1. not. Fel. n. 2. de test. & fuit sępissimè in Rota dictum; *attamen quando agitur de acquirendo iurepatronatus ex augumēto dotis, debet exprimi quod bona dantur pro dote, aliàs dans dicitur potius benefactor*, Io. Andr. in c. 1. col. 3. in princip. vers. alius autem. de iurepatr. Abb. in cap. 3. num. 10. & Bero. n. 89. *vbi de magis communi* eod. tit. Abb. in cons. 59. n. 2. vers. vnde si quis. & cons. 206. sub n. 2. vers. primò enim &c. p. 2. Rocc. de de iurepat. verb. & dotauit. q. 629. Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 1. q. 6. art. 1. n. 9. cum pluribus seq. & 29. *& fuit dictum* in causa Imol. iurispatr. 7. Iunij 1577. coram Cantuc. vbi dicitur de magis cōmuni opinione, relata inter impressas 167. num. 3. p. 2. & in alia Lucana maiusculatus. 4. Decembris 1587. coram Orano, & in Nolana beneficij. 19. Ianuar. 1594. coram bo. mem. Card. Arigonio tunc Rotæ Audit. & in Aretina Capellaniæ. 16. Decembris 1594. coram bo. mem. Card. Pamphil.

54 *Quod autem Io. non soluerit pro dote, hoc eo ipso probatur, ex quo non probatur pro dote soluisse, cum hoc sit fundamentum partis* Oldrad. cons. 254. num. 14. vers. ad formam verò. & num. 21, vers. præterea aliud, & benè facit. Angel. in cons. 275. col. 5. n. 4. in fin. vers. sic in negatiua vide-
55 mus, † *& quamuis sufficiant coniecturæ ad probandum quod dans, vel soluens voluerit reseruare sibi iuspatronatus* Rocc. in verb. & dotauit. quæst. 6. num. 11. in fi. Lambert. lib. 1. par. 1. q. 6. art. 1. num. 16. Bero. in c. 3. n. 90. vers. tacitè etiam dicetur, vsque ad finem. de iurepatr. *& fuit resolutum* in causa Lucana maiusculatus. 4. Decembris 1587. coram bo. mem. Orano; *attamen in hac facti specie cessant omnes coniecturæ, quia cum causa agitaretur coram Gropperio super nullitate dismembrationis, vt patet ex deductis in summario Ludouici* à num. 3. vsque ad 9. *& licet in concordia, seu narratiua illius, cuius vigore dicta summa soluta fuit, Ioannes enūcietur patronus; attamen dicta verba sunt assertiua, cum ibi dicitur*, asserentem se patronum, *& sunt etiam relatiua ad litem, & sententiam, in quibus Io. non nominatur patronus, & propterea non concludunt quod assignatio prædicta fuerit facta pro dote* iuxta not. in cap. si Papa. de priuil. in 6. & in Clem. si summus de sent. excomm. & per Aret. in cons. 23. num. 8. vers. verumtamen. & cons. 13. col. fin. vers. præterea. *& cessat omnis difficul-*
56 *tas, † quia si agendum est via ordinaria ad acquirendum iuspatronatua, fuisset opus vt Ecclesia esset penitus depauperata, & ageret noua dote, vt supra relatum est; si verò dicta dotatio sufficeret, ita vt iuspatronatus dici posset acquisitum ex titulo oneroso, quatenus tamen interueniisset beneplacitum Apostolicum, ex pariter supra de-du-*

ductis, in hoc casu, nullum adest beneplacitum Apostolicum, neque potest induci ex obseruantia Put. decis. 355. lib. 2. in nou. Rot. decis. 179. p. 2. & fuit sæpissimè dictum.

57 *Quantum attinet ad secundam difficultatem, an ex quo patronus est in quasi possessione præsentandi possit iuuari aduersus d. regul. 8. ex dicta quasi possessione præsentandi, & resolutum fuit non posse iuuari, quia cum ex prædictis clarè constet beneficium esse de iurepatronatus ex priuilegio, & sic comprehendi sub* 8. *reg. illa propter decretum irritans inficit nedum titulum, sed etiam possessionem*, Cassador. decis. 1. n. 1. & per tot. de restit. spol. Put. decis. 196. num. 1. lib. 3. in nou. Rot. decis. 510. num. 5. lib. 3. par. 3. Mandos. super reg. 1. q. 3. per tot. Moder. glos. reg. 8. glos. 31. num. 8. & glos. 66. n. 29. *& hæc conclusio procedit in casu isto, in quo habemus reseruationem ex regula, nulla habita distinctione, an reseruatio sit de certo, vel incerto, corpore beneficij*, vt per Cassad. decis. 1. n. 3. de restit. spol. Germon. de Indult. in §. volentes. num. 30. & 31. Moder. glos. reg. 8. glos. 66. num. 32. *& ista sententia inter alias fundatur in optima ratio-*
58 *ne*, † *quia hodie omnes reseruationes sunt generales, ac per viam legis, & ex motu proprio, vt probat* d. Moder. in §. 1. proœmiali. num. 57. *& sic inficiunt possessionem perinde ac si essent super certo corpore expressa*, Lancellott. de attentat. par. 3. cap. 24. quæst. 9. num. 4. & 5. *& fuit resolutum* in causa Salamant. fructuum. 9. Martij 1587. coram bo. mem. Gypsio, Moder. Glossat. d. glos. 66. n. 34. & seq.

59 *Neque facit quod prædicta conclusio verissima sit quando decretum est iustificatum, vt si indubitanter constaret beneficium esse de iurepatronatus ex priuilegio, aliàs non inficiat possessionem* Caputaq. decis. 329. n. 7. par. 3. Crescent. decis. 5. de restit. spol. Moder. glos. allegata glos. 66. num. 39. *hic autem decretum non videtur iustificatum, nam licet adsint prædicta probationes; attamen cum probatio probationem non excludat, non potest dici decretum iustificatum donec contrarium probari potest* Ægid. decis. 103. *& ad hunc effectum videtur requiri res iudicata, vel confessio partis* Rot. decis. 269. par. 2. *& fuit dictum* in causa Baren. beneficiorum. 14. Maij 1624. coram Illustrissimo D. meo
60 Cardin. Lancellotto; † *nam fuit responsum, quod licet confessio partis, & res iudicata sint liquidissimæ probationes, attamen non excluduntur aliæ probationes à iure*, Geminianus consil. 27. in princip. Oldrad. cons. 139. in fi. vers. decimò. *hic autem, vt patet ex prædictis, probationes facta super iurepatronatus non releuant, & ideo indubitatum est quod probatio deducta ex instrumento sit liquida, cum negotium sit discussum* Nat. cons. 52. num. 18. & 19. Rolan. à Valle consil. 75. num. 3. lib. 3.

61 *Vlterius responsum fuit omnia beneficia præsumi libera* Innoc. in cap. cum venerabilis. num. 9. & ibi DD. de except. Io. Andr. in cap. 1. de capel. monac. in 6. Bald. in sua margarita. vers. Ecclesię. num. 19. Dec. cons. 117. & cons. 573. vol. 2. Rocch. de iurepatronat. in verb. construxit. num. 29. *qua conclusio procedit, nedum in priuatis, sed etiam in Imperatore, & alijs Principibus, vt probat* Rodulph. Scharden. cons. 20. lib. 2. inter consil. Io. Barcholien. colum. 22. fol. mihi 453. vers. & licet hęc prima fronte. *& propterea cum alia pars. det de iurepatronatus non plenè probat intentionem suam, vt patet ex dictis, quare non potest dici, quod liquidè constet de ex-*
62 *ceptione iurispatronatus*, † *& ideo regula operatur effectum suum, quia exceptio non est clara*, Oldrad. cons. 206. in princip. vers. restat. Paris. consil. 67. in princ. lib. 4. Ias. in l. Titiæ testores in primo notab. num. 2. & seq.
63 de leg. 1. † *Nec quasi possessio suffragatur, cum inficietur ex decreto irritanti, vt supra dictum est, & ita fuit seruatum* in causa Compsana iurispatronatus coram bo. mem. Litta, vt patet ex vtraque decisione.

64 *Comprobantur prædicta, quia non est nouum in iure, quod proprietas quando de illa constat, (prout constat in casu nostro ex prædictis) præferatur possessioni, vt in similibus terminis dixit* Abb. in capit. consultationibus. num. 9. de iurepatronat. Butr. in cap. litteris. num. 8. eod. tit. Ripa in cap. cum Ecclesia. num. 130. de caus. possess. & propr. Dec. cons. 123. num. 1. & cons. 149. num. 2. Lambertin. de iurepatron. lib. 2. p. 2. q. 3. art. 6. n. 4. & seq. & art. 9. n. 2. Rocc. de iurepatron. in verbo competens. q. 15. n. 45. Paul. de Cittad. de iurepat. p. 6. art. 53. n. 16. *& fuit dictum* in causa Imolen. iurispatr. 7. Iunij 1577. coram Cantuccio, & in causa Senen. iurispatr. 9. Ianuarij 1598. coram bo. mem. Francisco Penia, & in alia Romana de Publicolis. 21. Ianuarij 1600. coram Episcopo Pacen. & in Meliuitana iurispatronatus. 18. Aprilis 1608. coram Reuerendiss. Lugdunen. *& vltimo loco* in causa Lucana iurispatr. 23. Iannarij 1612. coram bo. mem. Penia, *quæ licet nuper fuerit reuocata* coram R. P. D. meo Vbaldo, *hoc prouenit, quia factum non subsistebat, non autem iuris conclusiones.*

65 *Neque obstat, quod dum cognoscitur super meritis iurispatronatus, patronus non est sua possessione priuādus, vt fuit resolutum* in causa Lucana Canonicatus. 18. Maij 1590. coram Bubalo, *quia placuit Dominis distinctio facta* in causa Barchinonen. Prioratus 11. Maij 1609. corā me, *videlicet quod aut beneficium vacat in mense reseruato, & quasi possessio nō suffragatur aduersus clausulas reg. 8. ex rationibus supra pō-*
66 *deratis*, † *aut non vacat in mense reseruato, & versamur in casu, quo iuspatronatus potest reuideri per Ordinarium iuxta terminos*

Concil.

Concil. Trident. seß. 25. c. 9. de reform. *& interim dum reuidetur, patronus sua quasi possessione non est priuandus, & in istis terminis loquitur prædicta decisio Bubali, & ita declarauit* Congregatio Illustrissimorum Interpretum, *vt refertur* in d. causa Barchinonen. *in nostro autem casu non agitur de reuisione iurispatronatus ad effectum vt debeat reuocari, vel confirmari, iuxta terminos* d. Conc. Trid.

62 † *sed agitur, an comprahendatur sub reg. 8. quæ non reuocat beneficia de iurepatronatus ex priuilegio sed solum reseruat.*

Ex prædicta responsione tollitur quod iurapatronatus non possunt reuideri si ante annos 40. *à publicatione* Concilij *fuerunt cōstituta, quia quicquid dicendum sit an istud iuspatronatus possit dici constitutū per* 40. *annos ante publicationem Concilij stante regula Adriani VI. quam difficultatem adnotaui excogitasse Illustrissimum D. Cardinalem Millinum tunc Rota Auditorem, dum proponebatur dicta causa Valentina de Carlet, hic non agitur de reuisione, sed dicitur, quod iuspatronatus est ex priuilegio, & quod propterea est reseruatum per regulam* 8.

63 † *stant enim simul, quod iuspatronatus non possit reuideri, & quod nihilominus sit ex priuilegio, ita ut comprahendatur sub reseruatione reg.* 8.

Ex quibus si hoc beneficium non cadit sub alternatiua Episcopi, de quo erit videndum, standum est in decisis sub die 14. *Nouembris superioris anni, vbi conclusum fuit constare de reseruatione.*

Et in ead. coram eod. 31. Ianuarij 1618.

D*Ictum fuit, quod vbi augmentum non est commensuratiuum ad concessionem iurispatronatus non desinit esse ex priuilegio, nec priuilegij nomen amittit* Aret. in c. nouit. n. 28. Fel. n. 8. vers. dicitur autē. de iudic. Socin. Sen. in cons. 4. num. 5. & seq. lib. 3. Osasch. decis. 139. n. 10. Boss. in pract. crim. tit. de principe. n. 152. & 153. Peregrin. de iure fisci. lib. 1. tit. 3. n. 29. *& in terminis iurispatronatus fuit resolutum* in Perusina plebis de confinio. 3. Decembris 1576. coram bo. mem. Blanchetto. & in Lucana Decanatus. 21. Martij 1577. corā Clem. VIII. quæ habetur p. 1. decis. 457. n. 1. & in d. Compsana iurispatr. 23. Ianuarij 1603. & 3. Decembr. 1604. coram Litta, ac in d. Cæsaraugust. 14. Nouembr. 1616. & d. 6. Nouembris 1617.

Vbi etiam firmata fuit conclusio pro indubitato quod beneficiū de huiusmodi iurepatronatus si vacat in mense reseruato comprahenditur sub reseruatione reg. de mensibus, etiam quod patronus sit in quasi possessione præsentandi propter decretum irritās positum in regula, & ita in puncto pluries resoluit Rota Veral. decis. 29. 312. & 326. lib. 1. *& fuit dictum* in Cæsaraugustana parochialis. 10. Iunij 1566. coram Gropperio, & in Valētina parochialis de Carlet, 4. Iunij 1600. coram bo. mem.

Lancell. & in Pampilonen. Parochialis de Garag. 18. Iunij 1555. coram Achille de Grass. quæ allegatur in primis decis. in quib. etiã citatur Fel. in tract. quando lit. Apost. noc. patr. n. 11. limit. 11. Æneas de Falcon. de reseruat. q. 4. princip. effectu 14. vers. idem si iuspatr. competeret ex priuilegio laicis. Cassad. decis. 4. num. 5. de probat. Rocch. de Curte de iurepatron. in verbo competens. q. 14. n. 56. vers. limita nunc conclusionem. Lambert. tract. eod. lib. 2. p. 3. q. 8. art. 3. n. 1. iuncto cons. 65. num. 1. Federic. de Sen. vers. sed si non habet præsentare. & cons. 69. n. 3. Cardinal. vers. ad secundum dubium.

69 *Nec ibi Rota vim facit, quod iuspatronatus huiusmodi nullatenus cadat sub reseruatione tanquã concessum per* 40. *annos ante confirmationem Concil. quo casu non debet vlterius reuideri, quia dictum fuit quod dato etiam quod non posiit reuideri, est nihilominus semper de iurepatronatus ex priuilegio, & ideo si vacat in mense reseruato comprahenditur sub dicta regula etiam si patronus sit in quasi possessione præ-*
70 *sentandi* † *nam regula de mensibus propter decretum tollit quasi*
71 *possessionem* † *quamquam ipsa quasi possesio suffragatur quãdo cognoscitur inter patronum, & Episcopum, quia beneficium vacarit in mense ordinario, & ita decidit Sac. Congreg. in causa de Ottonib. & Rota distinxit* in d. Barchinonen. Priorat. *nec prædicta DD. reuocabant in dubium sed verissima reputarunt*.

Et quamuis DD. recesserint à d. decis. 31. Ian. 1618. & steterint in decisis sub die 14. Nouembris 1616. quæ est præinserta, nolui tamen prętermittere conclusiones iuris in dictis decis. allatas cum veræ sint vt patebit tam ex d. decis. 14. Nouembr. quàm ex sequenti in eadem coram eod. 13. Nouembris 1620.

Quæ sic cantat.

72 *Domini recesserunt à decis. facta* sub die 31. Ian. 1618. *steterunt in decisis* sub die 14. Nouembris 1616. *cũ huiusmodi parochialis vacauerit in mẽse Octobris, qui est vnus de octo mensibus Papæ reseruatis, Episcopo nõ gaudente alternatiua, prout respectu istius parochialis non gaudet, cum asserti patroni sint in quasi possessione præsentandi, in qua debent manuteneri* c. consul-
73 tationibus. de iurepatr. † *alternatiua enim non habet locum nisi in beneficijs, quæ sint libera collationis Episcopi, vt disponitur in reg.* 8. *quale non est ista parochialis, cum patroni sint in quasi possessione præsentandi, & ideo collatio non est libera Episcopi, cum ab ipso solo non posiit fieri, sed requiratur præsentatio* cap. 1. vbi glos. in verb. liberè. de rescr. c. 2. de test. in 6: clem. 2. vbi glos. in verb. liberè. de iurepatr. *& fuit resolutum* in causa Tarraconen. Sacristiæ. 9. Iulij 1600. coram bo. mem. Iusto.

74 *Neque est verum quod idem erit dicendum respectu Papæ cum vna, & eadem res non debeat di-*

uerso

uerso iure censeri l.eum qui ędes. ff.de vsucap.*quia regula non procedit respectu diuersarum personarum* l. si quis perferendum. 35. in fi. ff. de furt. *& propterea, aut patroni volũt se iuuare sola quasi possessione praesentandi, & non possunt propter decretum irritans appositum in reg. 8. quod inficit*
75 *titulum, & possessionem,* † *ita vt dispositio* c. consultationibus. *non suffragetur aduersus dictam regulam* Verall. decis. 29. & 326. & 312. lib. 1. in manuscript. *& fuit resolutum* in causa Valent. de Carlet. 4. Iunij 1601. coram Illustriss. Lancellot. *quam refert, & sequitur* Garzia de benef. par. 5. cap. 9. num. 127.

76 *Aut praedicti patroni volunt vti titulo producto, & tunc, aut ille titulus est considerandus tanquam à 40. annis citrà publicationem Conc. Trid concessus, qui potest reuideri ab Episcopis iuxta dispositionem d. Conc.* sess. 25. c. 9. §. similiter quoque. de reformat. *& constat esse ex priuilegio, & sic comprahenditur sub regul. 8. vt aliunde fuit deductum in decis.* in hac causa facta. 6. Nouembris 1617. & firmatum est in decis. facta 31. Ian. 1618. *beneficium enim pingue fuit auctum in redditi-*
77 *bus solum pro scutis* 10. † *Aut non potest reuideri, quasi sit concessus à 40. annis vltrà, & hoc casu, quamuis firmus maneat, & non possit reuocari, cum sit in statu validitatis* Gabr. cons. 195. lib. 1. *& Congregatio Illustrissimorum interpretum, & refert Garz.* de benef. loco supra allega-
78 to. n. 124. † *non tamen cessat quod sit ex priuilegio, & quod propterea comprahendatur sub reg. 8. quae tollit priuilegia, & indulta conferendi beneficia in mensibus reseruatis, & etiam consuetudines immemorabiles,* vt per Gonzal. super reg. 8. glos. 35. num. 21. & 24. *quod absque dubio Papa facere potest,* vt per eundem Gonzal.
79 d. loco. n. 31. & seq. † *maximè, quia ista reuocatio bene etiam se compatitur cum firmitate priui-*
80 *legij inducta à Concilio* † *cum reg. non deroget in totum priuilegijs, sed potius illorum effectum suspendat, vt non suffragetur contra reseruationem reg.* 8. Gonzal. loco supra allegato. n. 34. & latius in glos. 40. n. 2.

81 *Neque refert quod patroni non produxerint hũc titulum, & ideo possunt iuuari possibilitate alterius, cum detur multiplicatio titulorum, quia hoc non est verum in facti specie, nam si nolunt se tueri titulo producto, sola quasi possessio non suffragatur, cum tollatur per reg. 8. vt supra dictum est non possunt se iuuari possibilitate alterius tituli, cum solum possessor ista possibilitate iuuetur* Cassad. decis. vlt. n. 1. de procur. Crescent. decis. 21. n. 4. de probat. *ex quibus fuit recessum à supradicta decisione.*

Alia nouissimè successit decis. in Spoletana Abbatiae, quam hactenus habere non valui si quando tamen illam assecutus fuero, curabo inseri vbi congruè cadere poterit, sin minus in fine libri, quod si nusquam ad manus peruenerit,

37 *facere potest*, † *cum sit ordinarius ordinariorum*, *& cum omnibus concurrat* iur. vulg. *non audiem vendicent sibi locum in prouisionibus factis per Papam in mensibus reseruatis vigore dictæ regulæ, ea ratione, quia cum hoc beneficium iurispatronatus ex priuilegio sub dicta regula sui natura comprahendatur, non dicitur derogari dicto priuilegio, nec in aliquo eneruari clausulas illius per prouisionem, quam Papa facit de dicto beneficio, & minus per clausulas dictæ prouisioni adhærentes: sed totum præiudicium facit regula ipsa, & clausulæ in*

38 *ea contentæ*, † *cui inquam regulæ adeo subijcitur iuspatronatus ex priuilegio, vt alia derogatione nõ sit opus, vt per Mandosi* super regula 1. reseruat. q. 10. num. 3. latè Couarr. pract. quæst. cap. 36. n. 6. Dec. cons. 149. n. 6. *& fuit tentum* in causa Seguntina dimidiæ annatæ. 26. Nouembris 1593. coram bo. mem. Orano.

39 *Quartò responsum fuit, quod cum hic non agatur de clausulis derogatorijs appositis in aliquo priuilegio, vel gratia, particulari personæ concessa; sed de appositis in regula, quæ vim legis, seu constitutionis habet, meritò ex eis censetur sufficienter derogatum clausulis quibuscumque, etiam derogatorijs derogatoriarum, contentis in d. concessione Pauli III.* Rom. cons. 436. n. 21. vers. respondeo illud verum, Couar. in rubr. de testam. p. 2. num. 19. vers. quartum nostræ quæstioni: *Ita in proprijs terminis regulæ octaua dictum fuit* in vna Cameracen. Canonicatus 4. Iulij 1578. coram bo. mem. Card. Lancellotto. *Imò cum inter clausulas dictæ regulæ, adsit ista etiam*, quod priuilegium contineat quod beneficium sub reseruationibus non compræhendatur; *necesse est fateri non posse aliquo modo tueri contrariã sententiã vigore clausularũ contentarum in dicto priuilegio, qualescumque illæ sint, ne plus tribuatur tacito, quàm expresso, contrà omnes iuris regulas.*

Et in alia Paduana iurispatronatus. 1. Iulij 1601. coram Corduba, quæ est apud Farinac. decis. 46. n. 98. p. 2. recentior.

40 *FVit resolutam, vna parte informante, non constare de effectuatione iurispatronatus DD. de Borromeis; nam cũ illud fuerit concessum à Pio IV. post augmẽtum fructuum in tertia parte valoris beneficij, necessarium erat probare illos de tempore reseruationis, aliàs enim nõ potest haberi certitudo, an augumentum fuerit factum in dicta tertia parte, vt in simili fuit consideratum in* causa Paduana iurispatr. vlt. Maij 1591. coram R.P.D. meo Decano.

41 *Neque obstat quod in concessione sit expressa certa annua summa redditũum, nempè ducat. 130. quia Papa illam expressit cum clausula*, vt accepimus, *& adest in expressione*, & forsan vltrà, *quod sine difficultate procedebat in prouiso ab ordinario; tum quia post eius prouisionem prætendebat adimpletam fuisse gratiam concessionis iurispatrona-*

na-

natus, quod non existebat ante illius adimplementum, cum in ea sit dictio postquam, *qua inducit conditionem* Bart. in l. quibus. §. termilius. n. 5. ff. de condit. & demonstr. l. si ita. ff. fin. & ibi glos. de legat. 2. l. ab hostibus. in fi. ff. ex quib. cau. mct. *tum quia Episcopus interim non debebat carere fructibus collationis, cum sit in quasi possessione conferendi* cap. quærelam. de elect. Put. decis. 206. lib. 1.

42 *Placuit etiam DD. fundamentum deductum, ex negligentia patronorum, cum effectuatio iurispatronatus nimis negligenter fuerit dilata* arg. c. si clericus. de præb. in 6. & c. tibi, §. in prædictis. de rescript. eo. lib. 6. *maximè cum superuenerit Conc. Trident.* sess. 9. cap. 24. *quod reuocauit similes gratias, & ita non potest dici hunc, de quo agitur sortitum effectum, cum adimplementum sit factum tempore inhabili.*

Sequuntur decis. Magistrales in causa Cæsaraugust. coram Illustriss. D. meo Coccino Decano quarum prima est 14. Nouembris 1616. in hæc verba.

Haec parochialis vacauit in mense Octobris, qui est vnus de 8. mensibus vigore reg. 8. Papæ reseruatus; Episcopo autem gaudente alternatiua est ordinarij, & cum parochialis sit de iurepatronatus laicorum ex priuilegio Iulij II. concesso ex augmento dotis, & c. reualidato per Paulū III. aduersus reg. Adriani VI. ideo dubitaui an constaret de reseruatione dicta parochialis; & DD.

43 *affirmatiuè responderūt,* † *Regula enim octaua in sua reseruatione comprahēdit omnia beneficia va-*
44 *cantia,* † *& tollit consuetudines etiam immemorabiles, & priuilegia, & indulta Apostolica, nedum super optione prabēdarum, verum etiam super dispositione beneficiorum, etiam quod prædicta priuilegia, & indulta continerent* quod nunquam sub dictis reseruationibus compræhēderentur, *vt sunt verba clara reg. & dicit ibid. moder. glosat.* glos. 31. per totam, & presertim n. 24. & 30. *& ita fuit resolutum* in causa Casalen. Canonicatus. 19. Ian. 1604. coram bo. mem. Litta. *quare, cum dicta parochialis sit de iurepatronatus ex priuilegio, comprahenditur sub d. reg. quæ tollit priuilegia, & indulta, vt fuit resolutum* in causa Compsana iurispatr. 23. Ian. & 3. Decembris coram bo.
45 mem. Alexandro Litta: † *neque sunt examinanda causæ priuilegij, cum reg. 8. habeat derogatorias derogatoriarum, etiam quod fuerit dictum* quod beneficium nūquam sub reseruationibus Apostolicis comprehenderentur, *vt fuit consideratum* in allgata causa Compsana, & dicit Moder. glosat. glos. 36. per totam.

Neque obstat, quod Episcopus gaudeat alternatiua, & ideo mēsis Octobris est ordinarij, vnde cum Patroni sint in quasi possessione præsentandi, licet iuspatronatus non possit per ordinarium reuideri, cum sit concessum ante 40. *annos post confirmationem Conc.* vt in c. 9. de reform. sess. 25. *in-*

interim tamen patroni sunt manutenendi in sua quasi possessione præsentandi, ut censuit Congregatio Illustrissimorum interpretum, vnde cessat reseruatio, nam fuit responsum prædicta non officere, quia dicta parochialis non cadit sub alternatiua ordinarij, sed eius collatio spectat ad Papã, ac proinde quasi possessio præsentandi non suffragatur aduersus reg. 8. Cancell. propter decretum irritans, in ea appositum, quod tollit omnia, quæ possent impedire reseruatoriam Moder.Glosat.reg. 8.glos.67.n.12.& seq. *& in puncto fuit resolutum* coram me in causa Barchinonen. prioratus. 11. Maij 1609. & aliàs sæpius.

Quod autem non cadat sub alternatiua ordinarij satis patet, quia in regula ab alternatiua excipiuntur beneficia, quæ non sunt libera collationis Episcopi, vt sunt clara verba reg. & dicit d.glosat.Moder.glos.45.n.1.*qualis est ista parochialis, stante iurepatronatus ex priuilegio, quia donec reuideatur iuspatronatus patroni sunt manutenendi in quasi possessione præsentandi, cum priuilegium sit cõcessum per 40. annos ante confirmationem Concilij, quod operatur respectu reseruationis Papæ, vt supra dictum est, & ita conclusum constare de reseruatione.*

Et in eadem coram eod. Lunæ 6. Nouembris 1617.

I*N hac causa duæ principales difficultates oriuntur prima est, an ista parochialis sit reseruata vigore reg.* 8. *etiam quod sit de iurepatronatus laicorum ex priuilegio: secunda est posito quod sit de iurepatronatus laicorum ex priuilegio, an patronus, qui est in quasi possessione præsentandi sit in ea manutenendus, dum cognoscitur an huiusmodi iuspatronatus comprehendatur sub reg.*

Et quãtum attinet ad primam difficultatem, si hæc parochialis non cadit sub alternatiua Episcopi, de quo particulariter erit agendum, certum est quod est reseruata cum vacauerit de mense Octobris, qui, Episcopo non gaudente alternatiua, est vnus de 8. reseruatis, vt expresè legitur in d. reg. 8. non obstante quod dicta Parochialis sit de iurepatronatus ex augumento dotis annuorum solidorum 200. *hoc est, scut.* 10. *vt habetur in literis concessionis*
46 *Iulij II.* † *quia cum sit ex priuilegio comprehenditur sub d. reg. vt sunt illius verba clara, cum tollat priuilegia, ac indulta &c. & fuit resolutum* in causa Compsana iurispatr. 19. Ian. & 3. Decembris 1604. coram bo. mem. Litta, *vbi alia decis. allegantur,*
47 *ac dicitur* † *quod regula tollit quascumque clausulas priuilegij, cum deroget priuilegijs, & alijs, etiam quod in illis fuerit dictum,* quod nunquam sub Apostolicis reseruationibus comprehendantur, *& fuit ponderatum* in hac causa 14. Nouembris superioris anni.

Quod autem istud iuspatronatus sit ex priuilegio, satis apparet, quia cum agatur de acquirendo iurepatronatus ex dotatione, indubitata conclusio est, quod re-

48 *requiratur* † *dotatio formalis*. c. filijs, 16. quęst. 7. Innoc. in rubr. de iurepatr. n. 2. Hostien. in summ. eod. tit. §. ex quibus. vers. idem videtur si Ecclesiam dotauit. Io. Andr. in c. 1. glos. 1. eod. tit. Card. in rubr. eod. tit. n. 3. Abb. in cap. quoniam. n. 3. eod. tit. Rocc. de iurepatr. verbo dotauit. q. 2. n. 4. *vbi de communi*. Paul. de Citadin. p. 3. caus. 2. Lambertin. lib. 1. p. 1. q. 6. art. 1. *& fuit dictum* in causa Regien. iurispatr. 9. Maij & 13. Iunij 1586. coram recol. mem. Hier. Card. Pamphil. tunc Rotæ Audit. & in causa Tirasonen. iuris præsentandi. 5. Maij 1593. coram bo. mem. Penia. & 24. Ian. 1594. coram bo. mem. Alexandro Litta.

49 *In nostro autem casu non adest dicta dotatio, sed solum augumẽtum dotis, ex quo de iure cõmuni non acquiritur iuspatronatus* gl. in c. piæ mentis. in vers. patronũ. 16. q 7. Abb. cons. 59. lib. 2. Rocc. de iurepatr. verb. dotauit. quęst. 2. & 3. *& fuit dictũ* in causa Lunen. Sarzanen. beneficij. 5. Iulij 1599. coram Illustris. D. meo Millino,

50 & alias sæpius, † *& propterea necesse fuisset ad acquirendum iuspatronatus quod ecclesia esset penitus depauperata, & eidem noua dos esset data* Rocc. vbi supra. q. 3. Bero. cons. 6. n. 29. vol. 1. *& fuit dictum* in d. Lunen. Sarzanen. corã Illustris. Millino, & in allegat. causa Compsana iurispatr. 23. Ian. & 3. Decembris coram bo. mem. Litta. *& si admitteretur prædictam conclusionem intelligendam esse, quando augumentum, quod datur, est parui momenti, & agatur de acquirendo iurepatronatus via ordinaria, secus tamen esse, quando est tantæ considerationis, vt dos, quam habet Ecclesia, habito respectu ad augumẽtum, nullius sit considerationis, ita vt priuilegium concessum à Papa magis operetur cõcessionem ex iustitia, quam ex gratia, prout videtur sensisse Rota* in causa Perusina de confinio. 3. Decembr. 1576. coram fel. rec. Clem. VIII. *vbi*

51 *quod* † *iuspatronatus non dicitur acquisitum ex causa onerosa, nisi illud, quod fuerit datum, æquialeat concessioni factæ, & idem repetijt Rota* in vtraque decis. Cõpsana; *fuit tamen dictum hoc augumentum esse etiam modicum, vt in nulla sit habenda consideratione* Rocc. de iurepatr. in verb. do-

52 tauit. q. 9. n. 36. † *vbi quod modica dos non facit patronum, & nulla prorsus adest difficultas, quando augumentum dotis non ascẽdit ad medietatem annui valoris fructuum beneficij, vt dixit Rota* in causa Valent. parochalis de Carlet. 1. Maij 1601. coram Illustris. D. meo Card. Lancellot. tunc Rotæ Auditore.

53 *Non obstat, quod Io. patronus soluerit scut.* 4000. *Capitulo del Pilar pro recuperatione trium partium fructuum Ecclesiæ de Maella, quæ erant dismembratæ, & vnitæ Ecclesiæ del Pilar auctoritate Pij IV. quia quatenus ista summa sufficeret pro acquirendo iurepatronatus ex augumẽto dotis, in hoc tamen casu non fuit acquisitum; nam licet verum sit quod in dotatione beneficij non*

debeat expresse reseruari iuspatronatus, & sufficiat quod non fuerit remissum cap. significauit. vbi DD. & præsertim Abb. in 1. not. Fel. n. 2. de test. & fuit sępissimè in Rota dictum; *attamen quando agitur de acquirendo iurepatronatus ex augumēto dotis, debet exprimi quod bona dantur pro dote, aliàs dans dicitur potius benefactor*, Io. Andr. in c. 1. col. 3. in princip. vers. alius autem. de iurepatr. Abb. in cap. 3. num. 10. & Bero. n. 89. *vbi de magis communi* eod. tit. Abb. in cons. 59. n. 2. vers. vnde si quis. & cons. 206. sub n. 2. vers. primò enim &c. p. 2. Rocc. de de iurepat. verb. & dotauit. q. 629. Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 1. q. 6. art. 1. n. 9. cum pluribus seq. & 29. *& fuit dictum* in causa Imol. iurispatr. 7. Iunij 1577. coram Cantuc. vbi dicitur de magis cōmuni opinione, relata inter impressas 167. num. 3. p. 2. & in alia Lucana maiusculatus. 4. Decembris 1587. coram Orano, & in Nolana beneficij. 19. Ianuar. 1594. coram bo. mem. Card. Arigonio tunc Rotæ Audit. & in Aretina Capellaniæ. 16. Decembris 1594. coram bo. mem. Card. Pamphil.

54 *Quod autem Io. non soluerit pro dote, hoc eo ipso probatur, ex quo non probatur pro dote soluisse, cum hoc sit fundamentum partis* Oldrad. cons. 254. num. 14. vers. ad formam verò. & num. 21, vers. præterea aliud, & benè facit. Angel. in cons. 275. col. 5. n. 4. in fin. vers. sic in negatiua vide-

55 mus, † *& quamuis sufficiant coniectura ad probandum quod dans, vel soluens voluerit reseruare sibi iuspatronatus* Rocc. in verb. & dotauit. quæst. 6. num. 11. in fi. Lambert. lib. 1. par. 1. q. 6. art. 1. num. 16. Bero. in c. 3. n. 90. vers. tacitè etiam dicetur, vsque ad finem. de iurepatr. *& fuit resolutum* in causa Lucana maiusculatus. 4. Decembris 1587. coram bo. mem. Orano; *attamen in hac facti specie cessant omnes coniecturæ, quia cum causa agitaretur coram Gropperio super nullitate dismembrationis, vt patet ex deductis in summario Ludouici* à num. 3. vsque ad 9. *& licet in concordia, seu narratiua illius, cuius vigore dicta summa soluta fuit, Ioannes enūcietur patronus; attamen dicta verba sunt assertiua, cum ibi dicitur*, asserentem se patronum, *& sunt etiam relatiua ad litem, & sententiam, in quibus Io. non nominatur patronus, & propterea non concludunt quod assignatio prædicta fuerit facta pro dote* iuxta not. in cap. si Papa. de priuil. in 6. & in Clem. si summus de sent. excomm. & per Aret. in cons. 23. num. 8. vers. verumtamen. & cons. 13. col. fin. vers. præterea. *& cessat omnis difficul-*

56 *tas, † quia si agendum est via ordinaria ad acquirendum iuspatronatus, fuisset opus vt Ecclesia esset penitus depauperata, & ageret noua dote, vt supra relatum est; si verò dicta dotatio sufficeret, ita vt iuspatronatus dici posset acquisitum ex titulo oneroso, quatenus tamen interuenisset beneplacitum Apostolicum, ex pariter supra de-*

du-

ductis, in hoc casu, nullum adest beneplacitum Apostolicum, neque potest induci ex obseruantia Put. decis. 355. lib. 2. in nou. Rot. decis. 179. p. 2. & fuit sæpissimè dictum.

57 *Quantum attinet ad secundam difficultatem, an ex quo patronus est in quasi possessione præsentandi possit iuuari aduersus d. regul.* 8. *ex dicta quasi possessione præsentandi, & resolutum fuit non posse iuuari, quia cum ex prædictis clarè constet beneficium esse de iurepatronatus ex priuilegio, & sic comprehendi sub* 8. *reg. illa propter decretum irritans inficit nedum titulum, sed etiam possessionem,* Cassador. decis. 1. n. 1. & per tot. de restit. spol. Put. decis. 196. num. 1. lib. 3. in nou. Rot. decis. 510. num. 5. lib. 3. par. 3. Mandos. super reg. 1. q. 3. per tot. Moder. glos. reg. 8. glos. 31. num. 8. & glos. 66. n. 29. *& hac conclusio procedit in casu isto, in quo habemus reseruationem ex regula, nulla habita distinctione, an reseruatio sit de certo, vel incerto, corpore beneficij,* vt per Cassad. decis. 1. n. 3. de restit. spol. Germon. de Indult. in §. volentes. num. 30. & 31. Moder. glos. reg. 8. glos. 66. num. 32. *& ista sententia inter alias fundatur in optima ratio-*
58 *ne,* † *quia hodie omnes reseruationes sunt generales, ac per viam legis, & ex motu proprio, vt probat* d. Moder. in §. 1. prooemiali. num. 57. *& sic inficiunt possessionem perinde ac si essent super certo corpore expressa,* Lancellott. de attentat. par. 3. cap. 24. quæst. 9. num. 4. & 5. *& fuit resolutum* in causa Salamant. fructuum. 9. Martij 1587. coram bo. mem. Gypsio, Moder. Glossat. d. glos. 66. n. 34. & seq.

59 *Neque facit quod prædicta conclusio verissima sit quando decretum est iustificatum, vt si indubitanter constaret beneficium esse de iurepatronatus ex priuilegio, aliàs non inficiat possessionem* Caputaq. decis. 329. n. 7. par. 3. Crescent. decis. 5. de restit. spol. Moder. glos. allegata glos. 66. num. 39. *hic autem decretum non videtur iustificatum, nam licet adsint prædicta probationes; attamen cum probatio probationem non excludat, non potest dici decretum iustificatum donec contrarium probari potest* Ægid. decis. 103. *& ad hunc effectum videtur requiri res iudicata, vel confessio partis,* Rot. decis. 269. par. 2. *& fuit dictum* in causa Baren. beneficiorum. 14. Maij 1624. coram Illustrissimo D. meo
60 Cardin. Lancellotto; † *nam fuit responsum, quod licet confessio partis, & res iudicata sint liquidissimæ probationes, attamen non excluduntur aliæ probationes à iure,* Geminianus consil. 27. in princip. Oldrad. cons. 139. in fi. vers. decimò. *hic autem, vt patet ex prædictis, probationes facta super iurepatronatus non releuant, & ideo indubitatum est quod probatio deducta ex instrumento sit liquida, cum negotium sit discussum* Nat. cons. 52. num. 18. & 19. Rolan. à Valle consil. 75. num. 3. lib. 3.

61 *Vlterius responsum fuit omnia beneficia præsumi libera* Innoc. in cap. cum venerabilis. num. 9. & ibi DD. de except. Io. Andr. in cap. 1. de capel. monac. in 6. Bald. in sua margarita. vers. Ecclesię. num. 19. Dec. cons. 117. & cons. 573. vol. 2. Rocch. de iurepatronat. in verb. construxit. num. 29. *quæ conclusio procedit, nedum in priuatis, sed etiam in Imperatore, & alijs Principibus, vt probat* Rodulph. Scharden. cons. 20. lib. 2. inter consil. Io. Barcholien. colum. 22. fol. mihi 453. vers. & licet hęc prima fronte. *& propterea cum alia pars. det de iurepatronatus non plenè probat intentionem suam, vt patet ex dictis, quare non potest dici, quod liquidè constet de ex-*
62 *ceptione iurispatronatus*, † *& ideo regula operatur effectum suum, quia exceptio non est clara*, Oldrad. cons. 206. in princip. vers. restat. Paris. consil. 67. in princ. lib. 4. Ias. in l. Titiæ testores in primo notab. num. 2. & seq.
63 de leg. 1. † *Nec quasi possessio suffragatur, cum inficietur ex decreto irritanti, vt supra dictum est, & ita fuit seruatum* in causa Compsana iurispatronatus coram bo. mem. Litta, vt patet ex vtraque decisione.

64 *Comprobantur prædicta, quia non est nouum in iure, quod proprietas quando de illa constat, (prout constat in casu nostro ex prædictis) præferatur possessioni, vt in similibus terminis dixit* Abb. in capit. consultationibus. num. 9. de iurepatronat. Butr. in cap. litteris. num. 8. eod. tit. Ripa in cap. cum Ecclesia. num. 130. de caus. possess. & propr. Dec. cons. 123. num. 1. & cons. 149. num. 2. Lambertin. de iurepatron. lib. 2. p. 2. q. 3. art. 6. n. 4. & seq. & art. 9. n. 2. Rocc. de iurepatron. in verbo competens. q. 15. n. 45. Paul. de Cittad. de iurepat. p. 6. art. 53. n. 16. *& fuit dictum* in causa Imolen. iurispatr. 7. Iunij 1577. coram Cantuccio, & in causa Senen. iurispatr. 9. Ianuarij 1598. coram bo. mem. Francisco Penia, & in alia Romana de Publicolis. 21. Ianuarij 1600. coram Episcopo Pacen. & in Meliuitana iurispatronatus. 18. Aprilis 1608. coram Reuerendiss. Lugdunen. *& vltimo loco* in causa Lucana iurispatr. 23. Ianuarij 1612. coram bo. mem. Penia, *quæ licet nuper fuerit reuocata* coram R. P. D. meo Vbaldo, *hoc prouenit, quia factum non subsistebat, non autem iuris conclusiones.*

65 *Neque obstat, quod dum cognoscitur super meritis iurispatronatus, patronus non est sua possessione priuādus, vt fuit resolutum* in causa Lucana Canonicatus. 18. Maij 1590. coram Bubalo, *quia placuit Dominis distinctio facta* in causa Barchinonen. Prioratus. 11. Maij 1609. corā me, *videlicet quod aut beneficium vacat in mense reseruato, & quasi possessio nō suffragatur aduersus clausulas reg. 8. ex rationibus supra pō-*
66 *deratis*, † *aut non vacat in mense reseruato, & versamur in casu, quo iuspatronatus potest reuideri per Ordinarium iuxta terminos*

Concil.

Concil. Trident. seß. 25. c. 9. de reform. *& interim dum reuidetur, patronus sua quasi possessione non est priuandus, & in istis terminis loquitur prædicta decisio Bubali, & ita declarauit* Congregatio Illustrissimorum Interpretum, *vt refertur* in d. causa Barchinonen. *in nostro autem casu non agitur de reuisione iurispatronatus ad effectum vt debeat reuocari, vel confirmari, iuxta ter-*
62 *minos* d. Conc. Trid. † *sed agitur, an comprehendatur sub reg. 8. quæ non reuocat beneficia de iurepatronatus ex priuilegio sed solum reseruat.*

Ex prædicta responsione tollitur quod iurapatronatus non possunt reuideri si ante annos 40. à publicatione Concilij *fuerunt cōstituta, quia quicquid dicendum sit an istud iuspatronatus possit dici constitutū per 40. annos ante publicationem Concilij stante regula Adriani VI. quam difficultatem adnotaui excogitasse Illustrissimum D. Cardinalem Millinum tunc Rotæ Auditorem, dum proponebatur dicta causa Valentina de Carlet, hic non agitur de reuisione, sed dicitur, quod iuspatronatus est ex priuilegio, & quod propterea est reseruatum per re-*
63 *gulam 8.* † *stant enim simul, quod iuspatronatus non possit reuideri, & quod nihilominus sit ex priuilegio, itaut comprehendatur sub reseruatione reg. 8.*

Ex quibus si hoc beneficium non cadit sub alternatiua Episcopi, de quo erit videndum, standum est in decisis sub die 14. Nouembris superioris anni, vbi conclusum fuit constare de reseruatione.

Et in ead. coram eod. 31. Ianuarij 1618.

Dictum fuit, quod vbi augmentum non est commensuratiuum ad concessionem iurispatronatus non desinit esse ex priuilegio, nec priuilegij nomen amittit Aret. in c. nouit. n. 28. Fel. n. 8. vers. dicitur autē. de iudic. Socin. Sen. in cons. 4. num. 5. & seq. lib. 3. Ofasch. decis. 139. n. 10. Boss. in pract. crim. tit. de principe. n. 152. & 153. Peregrin. de iure fisci. lib. 1. tit. 3. n. 29. *& in terminis iurispatronatus fuit resolutum* in Perusina plebis de confinio. 3. Decembris 1576. coram bo. mem. Blanchetto. & in Lucana Decanatus. 22. Martij 1577. corā Clem. VIII. quæ habetur p. 1. decis. 457. n. 1. & in d. Compsana iurispatr. 23. Ianuarij 1603. & 3. Decembr. 1604. coram Litta, ac in d. Cæsaraugust. 14. Nouembr. 1616. & d. 6. Nouembris 1617.

Vbi etiam firmata fuit conclusio pro indubitato quod beneficiū de huiusmodi iurepatronatus si vacat in mense reseruato comprehenditur sub reseruatione reg. de mensibus, etiam quod patronus sit in quasi possessione præsentandi propter decretum irritās positum in regula, & ita in puncto pluries resoluit Rota Veral. decis. 29. 312. & 326. lib. 1. *& fuit dictum* in Cæsaraugustana parochialis, 10. Iunij 1566. coram Gropperio, & in Valētina parochialis de Carlet, 4. Iunij 1600. coram bo. mem.

 Lan-

uerso iure censeri l.eum qui ędes. ff.de vſucap.*quia regula non procedit respectu diuersarum personarum* l. ſi quis perferendum. 35. in fi. ff. de furt. *& propterea, aut patroni volũt se iuuare sola quasi possessione præsentandi, & non possunt propter decretum irritans appositum in reg. 8. quod inficit*
75 *titulum, & possessionem*, † *ita vt dispositio* c. conſultationibus. *non suffragetur aduersus dictam regulam* Verall. deciſ. 29. & 326. & 312. lib. 1. in manuſcript. *& fuit resolutum* in cauſa Valent. de Carlet. 4. Iunij 1601. coram Illuſtriſs. Lancellot. *quam refert, & sequitur* Garzia de benef. par. 5. cap. 9. num. 127.

76 *Aut prædicti patroni volunt vti titulo producto, & tunc, aut ille titulus est considerandus tanquam à 40. annis citrà publicationem* Conc. *Trid concessus, qui potest reuideri ab Episcopis iuxta dispositionem d. Conc.* ſeſſ. 25. c. 9. §. ſimiliter quoque, de reformat. *& constat esse ex priuilegio, & sic comprabenditur sub regul. 8. vt aliunde fuit deductum in decis.* in hac cauſa facta. 6. Nouembris 1617. & firmatum eſt in deciſ. facta 31. Ian. 1618. *beneficium enim pingue fuit auctum in redditi-*
77 *bus solum pro scutis* 10. † *Aut non potest reuideri, quasi sit concessus à 40. annis vltrà, & hoc casu, quamuis firmus maneat, & non possit reuocari, cum sit in statu validitatis* Gabr. conſ. 195. lib. 1. *& Congregatio Illustrissimorum interpretum, & refert* Garz. de benef. loco ſupra allega-
78 to. n. 124. † *non tamen cessat quod sit ex priuilegio, & quod propterea comprabendatur sub reg. 8. quæ tollit priuilegia, & indulta conferendi beneficia in mensibus reseruatis, & etiam consuetudines immemorabiles*, vt per Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 35. num. 21. & 24. *quod absque dubio Papa facere potest*, vt per eundem Gonzal.
79 d. loco. n. 31. & ſeq. † *maximè, quia ista reuocatio bene etiam se compatitur cum firmitate priui-*
80 *legij inducta à Concilio* † *cum reg. non deroget in totum priuilegijs, sed potius illorum effectum suspendat, vt non suffragetur contra reseruationem reg.* 8. Gonzal. loco ſupra allegato. n. 34. & latius in gloſ. 40. n. 2.

81 *Neque refert quod patronĩ non produxerint hũc titulum, & ideo possunt iuuari possibilitate alterius, cum detur multiplicatio titulorum, quia hoc non est verum in facti specie, nam si nolunt se tueri titulo producto, sola quasi possessio non suffragatur, cum tollatur per reg. 8. vt supra dictum est non possunt se iuuari possibilitate alterius tituli, cum solum possessor ista possibilitate iuuetur* Caſſad. deciſ. vlt. n. 1. de procur. Creſcent. deciſ. 21. n. 4. de probat. *ex quibus fuit recessum à supradicta decisione.*

Alia nouiſsimè ſucceſſit deciſ. in Spoletana Abbatiæ, quam hactenus habere non valui ſi quando tamen illam aſſecutus fuero, curabo inſeri vbi congruè cadere poterit, ſin minus in fine libri, quod ſi nuſquam ad manus peruenerit,

mecum patienter perfer pie Lector interea accipe quæ collegi ex præmissis.

Summarium Constitutionis fel. rec. Innoc. VIII. quæ secundum D. Flauium Cherub. in compendio Bullarij inter illius est 5. & fuit ędita de anno 1485. habeturq. in Bullario fol. 377.

82 *INnocentius VIII. fæl. rec. de anno 1485. reuocauit concessiones iurispatronatus à Romanis Pontificibus cuicumque ad beneficia electiua emanatas ab annis 25. citrà; quo verò ad beneficia non electiua irritauit, quatenus, qui impetrarunt, fructus eorum ad medietatem veri valoris non auxerint; vel Ecclesias de nouo non ædificarint; seu funditus dirutas non readificauerint, vel loca, seu fundos ad eas ædificandum non concesserint.*

Summarium Constit. seu Regulæ fęl. rec. Adriani VI. quæ apud eundem Cherub. inter illius est 3. ędita de anno 1522. & refertur in Bullario fol. 549.

83 *ADrianus VI. fæl. rec. de anno 1522. reuocauit omnes concessiones iurispatronatus quoad beneficia electiua ab anno primo Innoc. VIII. factas etiam consistorialiter, & ad fauorem cuiuscumque personæ, vel loci pij.*

84 *Insuper reuocauit omnes huiusmodi concessiones iurium patronatus etiam quoad non electiua, si impetrantes fructus eorum ad medietatem veri valoris non auxerint, vel Ecclesias de nouo non construxerint, seu funditus dirutas non readificauerint.*

Hæc sunt quæ mihi post primam impressionem huius praxis subuenerunt circa iurispatronatus concessiones propter augumentum dotis, seu fructuum reddituumvè beneficij ad tertiam, vel aliam quamuis partem, ex quibus puto solutum dubium eleuatum.

Porrò vt facilius occurrant cuique, quæ magis notabilia videntur sequentes conclusiones ex pręmissis decisf. elicio.

85 Prima itaque sit conclusio; quod iuspatronatus competens ex priuilegio, & gratia Papæ, etiam cum clausula, *vt sit perinde, ac si esset ex dotatione, vel fundatione*, cum non dicatur verè, & propriè ex dotatione, & fundatione, cadit sub dispositione regulæ de mensibus, quæ planè conclusio firmatur declaratione Sac. Congregat. *super cap. 9. sess.* 24. relata *per Garziam cap. 9. num.* 118. *par.* 5. *his verbis Patronatus, qui fuerunt concessi*, vt essent eiusdem prorsus naturæ roboris &c. cuius iuspatronatus laicorum, & nobilium regum ac si ex fundatione, & dotatione forent *Congreg. censuit censeri sublatos, quia cum sint ad instar, & non propriè regum, nec ex fundatione, ideo comprahendi sub exceptuatis. n.* 29.

86 Nec prodest immemorabilis, ex eadem Sac. Congreg. *d. cap. 9. teste Garzia ibidem num.* 119. qui ipsam declarationem refert in hęc verba *Remanet dubium quando constat de origine priuilegij, vel præsumitur esse ex priuilegio aliquod iuspatronatus, & adest imme-*

memorabilis, profit illa, vel non, propter clausulam derogatoriam non obstantibus quibuscumq;consuetudinibus, etiam immemorab. *quasi referenda sit etiam ad iuspatronatus*. & in hoc congreg. respondit *non prodesse*.

87 Secunda conclusio, quod quamuis possit Papa fingere, & facere, vt aliquod quod non est, pro tali tamen habeatur, respectu certi effectus, semper nihilominus respectu regulæ de mensibus dicitur procedere ex gratia, & priuilegio Papæ, & non ex eo quod sit verè ex dotatione, & fundatione, cum illa qualitas insit priuilegio, per eas decisiones quas refert *Garzia d. par. 5. cap. 9. num.* 117. & maximè *in vna Placent. de Mirabel. 19. & vlt. Ianuar.* 1594. *coram Orano*. vbi dictum fuit *quod minus dicitur iuspatronatus esse ex priuilegio, quamuis in priuilegio dicatur iuspatronatus competere ex vera, & reali fundatione, & dotatione, cum illa qualitas, quod non dicatur ex priuilegio, sed ex fundatione, insit in priuilegio, licet habeat aliquid plus prærogatiuæ, quàm patronatus in simplici priuilegio; impossibile enim est quod Concilium cum loquatur per verba importantia veritatem, dum vult quod titulus sit ex fundatione, & dotatione, porrigatur ad patronatus, qui sunt tales per fictionem. n.* 29.

88 Tertia conclusio, quod clausula, *quod prouisiones non possint fieri nisi de consensu patroni, sine quo non possint derogari, & si derogantur, non sufficiat derogatio, sed in pristinum statum reponatur*, non præseruat iuspatronatus, quominus cadat sub regula de mensibus, sed locum obtinet, quando Papa præuenit ordinarium, vel concurrit cum eo in mense ordinario, non autem in prouisionibus factis per Papam in mensib. reseru. vigore d. reg. *n.* 36.

89 Quarta conclusio est, quod iuspatronatus ex priuilegio, adeo subijcitur regulæ reseruatoriæ mensium; vt alia derogatione non sit opus. *n.* 38.

Quinta conclusio, quo ad probandum augmentum tertiæ, vel alterius partis valoris beneficij, necessariũ est probare illum valorem de tẽpore reseruationis. *n.* 40.

90 Sexta conclusio, quod patronus negligens in effectuatione iurispatronatus sibi reseruati, cum clausula, *postquam fructus in tertia parte auxerit*, non potest amplius illum effectuare, neque gratia potest dici sortita effectũ, quando illius implementum fuit factum tempore inhabili. *n.* 42.

91 Septima sit quod regula 9. reseruatoria mensium compræhendit omnia beneficia vacantia in mensibus reseruatis, & tollit consuetudines etiam immemorabiles, & Priuilegia, ac Indulta quamuis continerent clausulam quod nunquam sub reseruationibus compræhenderentur, & habet derogatorias derogatoriarum. *ex decis. n.* 44. & 46.

92 Octaua quod beneficia de iurepatron. ex priuilegio propter augmentũ tertiæ partis non cadit sub alternatiua; nec quasi possessio patro-

tro-

tronorũ suffragatur aduersus reg. 9. *ex decis. n. 45. vers. neq; obstat.*

93 Nona quod ab alternatiua excipiuntur beneficia, quæ non sunt liberæ collationis Episcopi *ex decis. n. 45. vers. quod autẽ. & n. 65.*

94 Decima quod vbi agitur de acquirendo iurepatronatus ex dotatione requiritur dotatio formalis, aut augumentum tale, quod, habito respectu ad dotem Ecclesiæ, adeo superet, vt dos nullius sit considerationis, ita vt priuilegium magis operetur concessionem ex iustitia, quam ex gratia, quod accidit quando annui fructus beneficij augentur saltem ad medietatem, alioquin si augeantur minus quam ad medietatem dicetur semper ex gratia. *ita decis. n.* 48.

95 Vndecima quod augens dotem Ecclesiæ etiam vltrà medietatem debet exprimere, quod intendit acquirere iuspatronatus, alioquin diceretur benefactor quippe qui nemo potest acquirere iuspatronatus ex augumento dotis sine priuilegio Apostolico *n.* 54.

96 Duodecima, quod patronus ex huiusmodi priuilegio non potest se iuuare aduersus regulã 9. *n.* 57.

97 Decimatertia quod omnia beneficia præsumuntur libera nedum in priuatis, sed etiam in Imperatore, & alijs Principibus. *n.* 61.

98 Decimaquarta, quod non releuatur ab onere probandi dotationem, vel fundationẽ ex quasi possessione, nedum propter Regulã Adriani VI. sed etiam ex Concil. Trid. *c.* 9. *sess.* 25. nam constitutio Adriani tollit possessionem de præterito, & de futuro *D. Flauius Cherub. in compend. Bullarij ad d. reg. Adriani.*

Intellige nisi excedat 40. annos ante confirmationem Conc. Trid. quę fuit de anno 1564. xv. Cal. Aug.

99 Decimaquinta quod dum cognoscitur super meritis iurispatronatus in casu quo potest reuideri per ordinarium iuxta terminos Conc. Trid. patronus interim non est priuandus sua quasi posses-
100 sione. † Intellige quando vacauit in mense ordinario; secus verò si in mense reseruato. *n.* 65.

101 Decimasexta & vltima possunt simul stare, quod iuspatronatus non possit reuideri, & nihilominus sit ex priuilegio, itaut compræhendatur sub reseruatione 9. Reg. *n.* 79.

Et de huiusmodi iurepatronatus sufficiat ista delibasse iam ad alia.]

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Executor mixtus potest intra annum absoluere eum, quem excommunicauit, & hoc à tempore sententia secus in mero executore, qui etiam nequit cognoscere super exceptionibus; citrà excommunicationem actoris, vel exceptionem, quæ ex ventre executorialium oritur.

POstquam in superiori dubio aliqua dixi de executore, non incongruum duxi hic subijcere dubium, de quo nuperrimè quæsitus fui à quodam executore litterarum Apostolicarum reseruationis

tionis

tionis annuæ cuiusdam pensionis,
1 & fuit; † an possit executor absoluere illum, quem excommunicauit, vel publicè denunciauit.

Et in casu per ipsum D. Executorem proposito, respondi affirmatiuè ex *D. Martino Nauarr. in Manual.c.27.n.*40. *ac D. Mario Alterio de cens. tom.*1. *disput.* 2. *c.* 5. *lib.* 4. *dub.* 5. qui citat, & sequitur Abb. ac alios *in c. quærenti.* 26. *de off. delegat.* in quo
3 habetur expressè hoc.† nam in ipsis executorialibus habetur clausula, *contradictores compescendo*, quæ dat iurisdictionem, & facit quod executor possit cognoscere causam, & sic non sit merus, sed mixtus, *Marchesan. de commiss.*
4 *c.*5.*n.*120. † vbi etiam dicit, quod ex vi huiusmodi clausulæ potest executor procedere, etiam contra tertios, *& clarius in cap.*13.*n.*4.
5 vbi de vi huius clausulæ, † cum itaque dictus D. executor denunciauerit paucos antè dies dictum beneficiarium excommunicatum, ob non solutionem pensionis, & sic adhuc non sit lapsus annus, potest liberè impendere beneficium absolutionis ipsi petenti *d. c. quærenti.* 26. *de off. delegat. cum ibi scrib. & maximè D.Henr.Boich. num.* 4. qui ait, *quod & si aliqua partium sit excommunicata, siue ante diffinitiuam sententiam, siue post, fortè quia non paret sententiæ, Delegatus poterit quemcumque intra annum, à tempore sen-*
6 *tentiæ, absoluere*, † quod etiam firmat Nauarr. loco supra citato à contrario sensu, in hæc verba *Delegatus Papæ, vel Episcopi si excommunicauit, vel publicè denunciauit aliquem, nec intrà annum illum absoluerit, postea il-*
7 *lum absoluere nequit.* † Nec obstat quod *cap.quærenti.*26. *de off. deleg.& doct. præcitat.* loquantur de delegato; nam ex quo iste executor est mixtus, & potest, vbi opus fuerit, vt supra vidimus, induere tunicam iudicis, idem propterea dicendum est de eo, quippe qui æquiparatur Iudici delegato, & æquiparatorum idem est iudicium *l. si seruum.* 16. *C. de furt.*
8 imò † executor gratiæ Apostolicæ dicitur delegatus *glos. in c. si super gratia. in verb. principa-*
9 *lis.*9.*de off.deleg.in* 6.† Nec etiam obstat, quod ex aduerso allegabatur, vt inquã executoris officium expirauerit, quando semel compulerit beneficiarium ad solutionem, quasi videatur functus officio, iuxta *d. c. si super gratia.* 9.
10 *de off.deleg. in* 6.† nam respondi, quod imò cum potestas executoris sit accessoria ad gratiam, *glos. in* 2. *not. in c. si clericus.*11. *de præb. in* 6. consequens est vt tamdiu duret, quamdiu durat gra-
11 tia; † accessorium enim sequitur naturam sui principalis, *c. accessorium.*13.*de reg.iur. in* 6. *l.cum principalis.*139. *ff. de reg. iur.*
12 nec † obstat *d. c. si super gratia*, nam locum habet tantum quando forma tradita est per rescriptum ad vnum actum dumtaxat, vti planè esset in executore dato ad immittendum in possessionem, nam tunc semel fit, & perficitur executio per vnicum actum immissionis *glos. in d. c. si clericus.* 11.

de

de prab. in 6. in verb. extincta.

13 Porrò illud summoperè animaduertendum est, quod licet mixtus executor possit, vt vidimus, ab-
14 soluere intrà annum; † Merus nihilominus id præstare nequit;
15 qui † autem dicatur merus executor, non est admodum difficile
16 explanare, † nam merus executor dicitur ille, qui de suo nihil aliud ponit nisi nudam executionem, siue ministerium, quia exequitur quod ab alio iudicatum
17 est: † & huiusmodi merus executor non potest cognoscere super exceptionibus, sed debet excipientem remittere ad iudicem, qui declarauit, quamuis *Thes. for. Eccl. in cap. 17. n. 27.* putet quod possit admitti exceptio excommunicationis contra actorem, vel etiam, quæ oritur ex ventre ipsiusmet executorialis; verumtamen tutius esset remittere ad iudicem, † [an
18 autem possit excommunicare cōtrauenientes executorialibus siue mandatis relaxatis à Rota de manutenendo, aut alias rei iudicatæ; iam decisum habemus apud Farin. *decis. 283. n. 1. & 2. inter crimi nales in Vicent. Prioratus. 19. Martij 1610. coram Pamphilio.* vbi resolutum fuit negatiuè, sed debet tantum intimare executoriales, vt valeant reproduci in Rota vt seruatis terminis ad docendū de paritione seruari solitis, Rota ad declarationēm procedat,
19 imò † sic excommunicatus indebitè non tenetur respondere antequam absoluatur, ac proinde ante omnia debent huiusmodi attentata reuocari *Rot. ibid.*]

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus cadit in omnem Ecclesiam, & beneficium præter Romanam Ecclesiam, & Papatum, & Cardinalatum.

1 Dubitatur quartò, an iuspatronatus cadat in omnem Ecclesiam. Videtur quod non;
2 receptissima † enim est omnium sententia, quod si patronata Ecclesia erigitur in Cathedralem, vel Collegiatam, ex mutatione huiusmodi status amittitur iuspatronatus, si quod est in ea, *D. Paulus de Cittadinis de iurepatr. par. vlt. n. 2.* nihilominus constanter asseuerandum est, cum Io. Delph.
3 *tract. eod. n. 96.* † quod citrà Ecclesiam Romanam, Papatumq. & Cardinalatum, quæ dicuntur di-
4 gnitates sublimes, † in reliquis omnibus Ecclesijs, & dignitatibus, etiam superioribus, quales sunt Patriarchatus, Archiepiscopatus, & Episcopatus, nedum in inferioribus, quales sunt Abbatiæ, reliquæ Prælaturæ, ac Dignitates, citrà Episcopatum, cadit iuspatronatus. *Io. Delphin. vbi supra n. 44.* vt in hoc statu Mediolanensi est Ecclesia Cathedralis Vigleuanen. & in ipsa Ciuitate Mediolani Ecclesia Insignis S. Mariæ Scalensis, quæ sunt de iurepatronatus Potentissimi Catholici Regis ad quem spectat nominatio Episcopi, & cæterarum omnium dignitatum, & Canonicorum in vtraque Ecclesia.

5 Nec obstat quod iuspatronatus amit-

amittatur per erectionem in Collegiatam; Hoc enim intelligẽdum est, vt locum habeat quando patronus patitur Ecclesiam erigi in collegiatam, sine aliqua reseruatione sui iuris *per gloss. in c.nobis.*
6 *verb. capella.25. de iurepatr.* † at secus si fiat huiusmodi erectio, ignorante, vel aliàs contradicente ipso patrono, quod tamen fieri nequit, *ad tradita per Boich. & Abb. in d. c. nobis. in fine, & dixi in Prælud.2.n.9. Lambert. hoc tract. lib.3. q.6. art.1. n.2. & 19.*

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus acquiritur dotatione, fundatione, ædificatione, & trãslatione, nec requiruntur copulatiuè ista omnia: Consensus diœcesani nihilominus est necessarius: Diœcesanus verò est is, in cuius diœcesi fundanda erit Ecclesia, non ille, de cuius diœcesi erit, qui fundare voluerit.

1 POstquam vidimus in quibus Ecclesijs possit acquiri iuspatronatus, opportunè succedit dubitare hoc quinto loco, ex quibus modis acquiratur iuspatronatus.
2 concludamus† breuiter cum Lambert. *de iurepatr. lib. 1. p. 1. q. 1. art. 1.* quod iurispatronatus acquiritur tribus præcipuis modis; nimirum dotatione, ędificatione, & fundatione, vnde versus *Patronum faciunt Dos, ædificatio, fundus. Lambert. lib.1. p.1. quæst.2. art.2. n.1.* quibus additur quartus modus, qui est, ex translatione, vnde deriuant alij modi, vtpotè, ex priuilegio, pręscriptione, legato, donatione, fideicommisso, & venditione, & huiusmodi, quos recenset, & subtiliter, latèq. examinat Lambert. & alij scribentes de iurepatr.

3 Illud autem animaduertendum est, quod quamuis non requirantur copulatiuè illa tria media ad acquirendum iuspatronatus, nẽpè vt dotatio, ędificatio, & fundatio simul ab vno, eodemque fiant, sed possint à pluribus non solum dotari, sed etiam fundari, ac tandem
4 ędificari Ecclesię, † ita vt, ex qualibet concurrentia, per se possint omnes, & singuli acquirere ius-
5 patronatus, † & vnusquisque modus possit, siue ab vno, siue à plu-
6 ribus perfici; † nihilominus nequit acquiri iuspatronatus, nisi ad huiusmodi dotationem, fundationem, ac constructionem accedat
7 consensus diœcesani, † qui planè consensus sufficit vt habeatur ad aliquem ipsorum actuum, *iuxta*
8 *c.nemo. de consecr. dist. 1.* † Verum tamen est quod requiritur expressus, quando dotatur beneficium in abstracto, & est necessaria expressa reseruatio iurispatronatus *Lambert. lib. 1. par. 1. q. 2. art. 3.*
9 *n.12.* † & adeo est necessarius diœcesani consensus, vt si plures concurrant in dotatione, vel fundatione, & alij petant consensum, alij non; quinimò si primi, qui dotarunt non petierunt consensum, nec habuerunt, & succedunt alij, qui fortè ædificent, vel fundum conferant, & hi nouissimi obtineant consensum diœcesani, hi

planè,

planè, qui consensum habuerunt, & non illi, qui non obtinuerunt ipsum consensum, erunt patroni
10 *Lambert. d.q.3.art.7.* † & hic appellatione diœcesani venit non solum Episcopus, sed etiam quilibet alius inferior, qui habeat ius instituendi, etiam ex priuata iurisdictione *Lambert.d.q.3.art.7.*

11 Porrò diœcesanus, qui consentire debebit, is erit, in cuius diœcesi fundanda erit Ecclesia, siue dotandum erit beneficium, non autem ille, de cuius diœcesi, vel Parochia erit ille, qui voluerit ecclesiam fundare, construere, vel dotare *Lambert. d. lib. 1. par. 1. quæst.2. art.3. in fine.*

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Diœcesanus, vbi nollit consentire reseruationi iurispatronatus potest compelli per superiorem, imò potest ipsemet superior consentire, si diœcesanus renuit sine causa, quia iuspatronatus respicit fauorem vniuersalis Ecclesiæ.

1 DIctum est in antecedenti dubio, quod in acquisitione iurispatronatus necessarius est consensus diœcesani; attamen quia contingere potest, vt diœcesanus nollit consentire, ideò sexto hoc loco dubitatur, quid faciendum
2 in tali casu. † Lambert. *in tract. de iurepatr. lib.1. p.2. q.1.art.16.* hoc quærit, & concludit, quod potest compelli per superiorem; imò potest etiam ipsemet superior cōsentire, si diœcesanus renuat sine causa, pro quo citat Card. *in c. nobis. 25. de iurepatr. in 6. quæst.* & in terminis consuluit Abb. *cons.*
3 *59. vers. principaliter. lib.2.* † secus tamen, si recuset cum causa, puta, quia dos non sufficeret, vel deesset quid aliud *iuxtà c. nemo.*
4 *de consecrat. dist. 1.* † nec obstat quod Prælatus potest præiudicare Ecclesiæ in acquirendis, licèt non in acquisitis, *vt per Feder. de Sen. & DD. in c.tua.8.de his quæ fi. à*
5 *Prælat.* † nam regula illa potest habere locum si ageretur de præiudicio priuato propriæ Ecclesiæ tantùm; secùs tamen si de iurepa-
6 tronatus, † quippe quod iurispatronatus respicit fauorem vniuersalis Ecclesiæ, & ea propter non potest vnus Prælatus præiudicare *arg. cap. si diligenti. 12. de for. compet. Lambert. d. art.16. vers. non obstat modò.*

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Diœcesanus potest compelli ad consentiendum fundationi, in qua apponitur conditio cōtra ius commune, & successor non reuocat si consenserit diœcesanus.

1 SVperiori dubio assertum est, quod potest adiri superior, quando diœcesanus renuit sine causa dare consensum circa iuspatronatus; modò dubitatur, an possit compelli ad præstandum huiusmodi consensum, si patronus in limine fundationis vellet apponere aliquam conditionem contra ius
2 commune. † Lambert. *d. tract. de*

iu-

iarepatr. lib. 1. par. 2. q. 5. art. 20. vers. adduco vigesimotertiò. n. 5. dum exornat *c. nullus. 17. tit. eod.* dicit absolutè, quod si aliquis vult fundare aliquod beneficium, & apponere conditionem contra ius commune in limine fundationis, vtpotè, quod institutio non spectet ad Episcopum, poterit huiusmodi conditionem apponere,
3 & si † Diœcesanus nollit consentire, poterit adiri superior, qui, vel illum ad consentiendum compel-
4 lat, † vel ipsemet superior consentiat, & est doctrina Fel. *in c. cum venerabilis. in princip. 6. de ex-*
5 *cept.* † quam conclusionem firmat idem Lambert. *lib. 1. p. 1. quæst. 9. art. 1. ampl. 19. n. 84.* vbi indistinctè tenet quod potest fundator apponere conditionem; siue reseruationem in limine fundationis Ecclesiæ, etiam contrà ius commu-
6 ne; † & quod si diœcesanus consentiat, eius successor deinde non poterit reuocare, cum non agatur de præiudicio iuris Ecclesię iam quæsiti, & ità testatur fuisse in terminis per Barbat. *in c. requisisti. vers. ego vidi. 15. de testam. & sic etiam de facto consuluisse cons. 23.*

DVBIVM NONVM.

ARGVMENTVM.

Fundator, post consensum datum ab Episcopo, nequit mutare fundationem, & legatum; si verò donatio facta sit extraneo censetur accumulatiuè ad hæredes, nisi expressè excludantur ipsi hæredes.

PRosequendo materiam Ecclesiæ patronatæ, ex quo superiori dubio dictum est, quod vbi diœcesanus cõsensum præstitit fundationi, successor non potest illam reuocare, quantumuis habeat
1 conditionem contra ius, † modò succedit germanum dubium octauo loco, an videlicet possit funda-
2 tor mutare fundationem. † Vtile sanè, & practicabile est hoc dubium, & memini superioribus annis occurrisse; nam cum laicus quidam fundasset Canonicatum vnum cum Præbenda, in quadam collegiata, & in ipsa fundatione apposuisset onus quotidianæ residentiæ, nominassetq. personam primò præsentandam, sine aliquo indulto exemptionis residentiæ, postquam ipsam fundationem in publicam formam redegerat, mediante publica stipulatione notarij, debitis adhibitis solemnitatibus, ingrauescente eiusdem fundatoris infirmitate, ex qua intrà biduum mortem fuit assecutus, ille, qui in fundatione erat nominatus, & proindè veniebat præsentãdus post mortem ipsius fundatoris, priuatam scripturam instruxit, illamq. ab ipso fundatore priuatim etiam subscribere fecit, ad præsentiam quinque testium, inter quos aderant duo notarij, sed & ipsi tanquam priuati testes sese subscripserunt: mortuo tandem postera die ipso fundatore, hæres institit pro obtinendo cõsensu ordinarij, in omnibus, & per omnia, cum conditionibus, honoribus, & oneribus in fundatione appositis: At nominatus sese opposuit instã-

do; vt præstaretur consensus, non nisi cum indulto exemptionis resi- dentiæ sibi facto in ipsa priuata scriptura, quam exhibuit; verumtamen hæres non consentiens ipsi scripturæ priuatæ, imò illam impugnans, magis, magisq. institit pro consensu super fundatione tanquam publica, & in qua petebatur ab ipso fundatore, vt præstaretur consensus, ipsis sic controuertentibus, orta est lis; nihilominus quia ordinarius fecit declarationem potius sapientem transactionem, quam sententiam, & omisit præstare consensum fundationi, Iudex, ad quem, declarauit pro exemptione, quod an fieri potuerit facilè infrà patebit.

Vt igitur in huiusmodi casu, si quando aliàs ita facto continge-
3 ret, promptior sit solutio, † affero in medium nonnulla, quæ collegi ex Lambert. *de iurepatr. lib. 1. p. 2. q. 1. art. 21. n. 1. vbi allegans. Card. q. 4. in c. cum sæculum. 13. eod. tit.* dicit quod quidam semel donauit certa bona Plebano ad dotandum quandam capellam, & certos patronos instituit; postea in morte legauit ipsum iuspatronatus cuidam alteri, quem etiam
4 sibi hæredem instituit, † & dicit quod hęres ipse obtinuit iuspatronatus, eo quod prima donatio, vel dispositio sine consensu Episcopi facta non tenuit, quam quidem decisionem admonet Lambertin. esse bene notandam: nam, inquit, si nō tenuit prima donatio ob defectum consensus Episcopi, ergo si
5 intercessisset tenuisset, † ex quibus colligit ipse Lambert. *ibi in fine* solutionem dubij, dum ait quod si fundator instituat certos patronos, & interueniat consensus Episcopi, tunc beneficiū dicatur perfectum, & iuspatronatus illi tertio acquisitum, quo casu, inquit, non poterit ipse fundator mutare fundationem, nec iuspatronatus tollere ab illo tertio, & dare alijs, nec quidem vniuersali hęredi, quod inculcat valdè notandum, & dicit hoc in facto se habuisse: idē astruit *in art. 10. n. fi. quæst. 4. p. 1. lib. 1.* idem annuit decis. Manticę *in Toletana capellaniæ. 3. Martij 1589. n. 9.* vbi quod patronus ex interuallo non potest imponere nouam legem contrà iuris dispositionem.

6 Illud pręterea sūmopere animaduertendum est, quod vbi fundator alicuius Ecclesię, vel beneficij, in reseruatione iurispatronatus nominat aliquem extraneum in patronum, vel aliàs idem iuspatronatus donat alicui extraneo, tunc cēsetur accumulatiuè extraneum nominasse ad ipsummet fundatorem, suumq. hęredem, nam in dubio, iuspatronatus censetur relictum extraneo accumulatiuè, non autem priuatiuè ad fundatorem, & eius hęredem, vt eleganter notat Hieron. Gonzal. *super 8. reg.*
7 *cancell. §. 2. proœm. n. 32.* † vbi dicit, quod si patronus donet ius pręsentandi, intelligitur donasse accumulatiuè, & non priuatiuè, pro quo allegat *cons. Dec. 542. n. 5. in fin. & cons. 609. n. 4. cum seq. & cons. Feder. 147. vers. quaeritur, & cons. Ruin. 50. num. 9. cum*
8 *seq. lib. 5.* † *& eodem. §. 2. n. 34.* dicit idem Gonzal. quod si fundator

tor beneficij, vel Ecclesiæ nominat extraneum patronum, talis nominatio intelligitur accumulatiuè, cum seipso & hæredibus proprijs, & non priuatiuè, ne censeatur se ipsum, & proprios hæredes exclu-
9 dere, † cum prima Charitas incipiat à se ipso, ad quod allegat *cons.* 81. *n.* 3. *& per tot. Anchar. & cons. Calder.* 4. *de iurepatron. ac Lambert. eod. tit. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 2. *art.* 5. qui refert Rocch. de Curte asserentem hanc communem opinionem per Rot. *decis.* 385. *n.* 1. 8. *&* 14. *atque per tot. p.* 1. *diuers.* acceptatam, & in vna Cremonen. iurispatr. 6. Iunij 1588. coram Illustriss. Seraphino, quæ est *decis.* 364. *super n.* 3. confirmatam,
10 vbi † etiam *in d. decis.* 385. Canonizatur *d. cons.* 81. *Anchar.* Nec obstat doctrina Lambert. *d. art.* 5. *num.* 4. *vers. secundo modo*, vbi accerrimè impugnat *d. cons.* 81. *Anchar.* nam ex quo ibi in fine, postmodum dixit esse cogitãdum, nos tutò possumus cõtrà eius sententiam cogitare; imò constanter tenere esse veram doctrinam Anchar. Canonizatam, vti dixi
11 per Rot. *d. decis.* 385. † & eo magis quod *in d. decis. Seraph.* 364. *n.* 8. Rota dixit, *allegata per ipsum Lambertin. referentem Calder.* in 2. par. lib. 1. q. 2. art. 4. *procedere, vbi fundator voluisset limitare iuspatronatus, vt ad alios non transiret, quàm ad expressos, aliàs loqueretur, contra communem*;
12 quod † profectò annuere voluit in hũc ipsum sensum, & secundum eamdem declarationem, siue intelligentiam per Rot. vt supra datam ad dictam suam doctrinam idem Lambert. *d. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 2. *art.* 12. *post Calder. cons.* 5. *de iurepatr.* vbi dicit quod hęredes donatoris succedunt cum donatario, & illius hæredibus, quando ipse donator non transtulit in totum ipsum iuspatronatus in extraneũ,
13 & ratio † huius conclusionis traditæ per Gonzal. *d. §.* 2. *procem. n.* 32. *&* 34. etiam esse potest, quia, vbi fieri potest, debet actus interpretari ne inducat renũciationem proprij beneficij, *c. sanè.* 7. *de renunciat. Rot. d. decis.* 385. *p.* 1.
14 *diuers.* † Constanter igitur concludere possumus, vt hæredes donatarij, nisi fuerint expresſè exclusi à iurepatronatus, vel iure præsentandi, sint admittendi ad præsentandum cum donatario, vel eius hæredibus, quia censendi sunt accumulatiuè extranei nominati, non priuatiuè ad hęredes etiam extraneos donatoris, & sic tenendum vbi sese casus offerat, firmat hoc Garz. *de benefic. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 63. vbi affert *d. decis. Cremonen.* 18. *&* 21. *Maij* 1578. *coram R. P. D. Robusterio, quæ est* 385. *p.* 1. *diuers.*

Porrò circa propositum casum, superq. clarũ apparet, ex præmissis, quod asserta exemptio à residentia erat, & est penitus iniusta, & nulla; tum quia consensus ordinarij dari non poterat nisi super eo, in quo peti poterat, & petebatur, & sic super ipsa fundatione dumtaxat, non autem super scriptura priuata, quę porrigebatur; quę minus erat fauorabilis, sed sic est quod in fundatione aderat

F con-

conditio, & onus residentiæ, er-
15 go &c. † tum quia scriptura priuata non poterat præiudicare fundationi, siue dispositioni solemniter stipulatæ, & per quam acquisitum erat ius interessendi in choro, siquidem ex huiusmodi assistentia augebatur diuinus cultus, & sic videbatur dispositum intuitu Dei, in quo casu non potest mutari voluntas. 23. *q.* 5. *c.* 1. *Abb. super procem. decretal. n.*15. *&* 26. & eo magis mouebar, quia coniectura elicitur ex ipsamet scriptura priuata, quod fundator noluerit præiudicare dispositioni ipsius fundationis, etiam quoad onus residentiæ; enimverò si aliter intendisset, vtique solemnè iniuisset declarationem superindè, stante maximè copia notariorum, & testium ibi, vt in facto dictum est, assistentium: imò arguitur potius ad cõtrariam voluntatem, ni ad inconstantiam memoriæ, non autem mentis, aut voluntatis, stante quod postera
16 die, vt præmisi, mortuus est; † Sed fortè sustineri potuisset ipsa exemptio, si hæres, & ordinarius simul conuenissent pro ipsa exemptione, quod sibi licere pro vna vice pluribus probat Garz. *de benef. p.*7. *c.*1. *n.*102. *& seq.*

DVBIVM DECIMVM.

ARGVMENTVM.

Archiepiscopus non est superior Episcopo, vt possit ipse consentire, vbi Episcopus nollit consensum præstare fundationi iurispatronatus, quamuis possit adiri vt compellat; Episcopus tamen potest tanquam superior consentire, si inferior habens ius instituendi renuat consentire; nam habet intentionem fundatam in tota diœcesi.

1 SVccedit aliud dubium, quis superior sit adeundus, vbi diœcesanus renuit consentire fundationi, Lambert. *de iurepatr. lib.*1. *p.*2. *q.*1. *art.*20. *num.*8. dicit, quod talis superior non erit Archiepiscopus, quando est Episcopus, qui
2 non vult consentire, † ea ratione, quia Archiepiscopus non succedit Episcopo, nec illius negligentiam supplet, nisi in casibus à iure expressis *per c. Pastoralis.* 11. *de*
3 *off. ord.* † hæc tamen conclusio est limitanda, vt non procedat in duobus casibus potissimum: Primo, quãdo aditur Archiepiscopus, non vt consentiat, sed vt cõpellat Episcopum ad consentiendum, nam hoc potest facere cum sit ordinarius Episcopi *d. c. Pastoralis.* 11.
4 *de off. ordin.* † Secundo, quando causa est multum fauorabilis, propter aliquod bonũ emergens, quod aliter cessaret, nam inquit, in casu necessitatis, & periculi, actus sine consensu diœcesani, vel sui superioris, quantumuis consensus alioqui requiratur, tenet, vt eleganter tradit Fel. *in c. cum accessissent. in vers. tertiò rescrip.*8. *de constit.* & pluribus probat Lambertin. *d.*
5 *art.*20. † & fortasse in hunc sensum intellexerunt Cardin. & Host. qui contrarium tenent *per c. cum simus.* 9. *q.*3. vbi putant Archiepiscopum posse vtrumque facere, compellere scilicet, & consentire, vt

vt inquam hoc verum sit, vbi periculum instat, vel magna vtilitas expectatur, quæ alioqui ex dilatione euanesceret.

6 Illud autem summoperè aduertendum est, quod *d. c. Pastoralis.* 11. *de off. ord.* habet locum dumtaxat in Archiepiscopo, non autem in Episcopo erga suos Prælatos subditos; 7 † idcircò si inferior Episcopo, qui habet ius instituendi, non vult consentire, tunc adeũdus est Episcopus, tam pro compulsione inferioris ad consentiendum, quam aliàs pro obtinendo consensu ab eo, in casu renitentiæ inferioris super reseruatione iurispatronatus, seu potius Ecclesiæ dotatione; † Episcopus enim, quo ad iurisdictionem, habet fundatam suã intẽtionem de iure super omnibus Ecclesijs existentibus in sua diœcesi *per c. omnes basilicæ.* 16. *q.* 7. † siquidem omnis res de facili reuertitur ad suam naturam *c. ab exordio.* 35. *dist.*

DVBIVM XI.

ARGVMENTVM.

Fundatori inuito non adiungitur compatronus, quia nemo cogitur inuitus stare in communione.

1 DIctũ est quod Episcopus potest compelli ad consentiendum fundationi, nunc dubitatur, an si fundator velit construere, seu fundare, vel dotare Ecclesiam, possit eo inuito alter admitti. Hoc dubium excitat Lambertin. *de iurepatron. lib.* 1. *par.* 1. *quæst.* 3.
2 *art.* 6. & resoluit negatiuè; † tum quia communio discordiam parit, *cap. quoniam.* 9. *de vit. & honest. c. ex tenore.* 10. *de sent. excomm.*
3 tum † quia expedit Ecclesiæ paucos habere patronos, *Card. in Clem. pluris de iurepatronat. & Abb. in cap. quærimoniam.* 9. *tit.*
4 *eod.* † vbi dicunt diœcesanum debere refrenare numerum volẽtium
5 esse patronos, † nam ex multitudine patronorum Ecclesia grauatur *glos. in d. Clem. plures. in*
6 *verb. de confusionibus*: † tum etiam quia quod commune est cõmuniter negligitur *l.* 2. *C. quand. & quib.* 4. *pars debe. lib.* 10. *glos. in c.* 1. *verb. dissolueretur religio,*
7 *ne sed. vac.* † tum denique quia nemo inuitus cogitur stare in cõmunione *l. si non sortem. §. si centum. vers. licet.* 25. *ff. de cond. indeb. Lambert. d. art.* 6. *num.* 2. *& seq.*

DVBIVM XII.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus fundatum in fundo subiecto fideicommisso restituendo cum vniuersa hæreditate acquiritur hæredi, & fideicommissario, secus si hæres habeat quartam totius hæreditatis aliundè.

1 DIximus iuspatronatus acquiri ex collatione fundi, hinc suboritur pulchrum dubium, an videlicet si ædificetur Ecclesia super fundo subiecto fideicommisso, iuspatronatus acquiratur fideicommissario, an hæredi. Hoc dubium collegi ex Lambert. *lib.* 1. *par.* 1. *q.* 9. *art.* 21. & distinguẽdum puto;

vel enim fundus huiusmodi erat subiectus fideicommisso cum vniuersa hæreditate restituendus, vel erat subiectus per se fideicommis-
2 so; † si primo modo, dico quod iuspatronatus acquiritur vtrique hæredi scilicet, & fideicommissa-
3 rio, † nam cum hæres habeat quar-
4 tam in fundo restituendo, † fundus propterea dicitur communis, & consequenter etiam iuspatronatus ex communi fundatione acquiritur communiter ab vtro-
5 que; † At verò si fundus sit restituendus per hæredem fideicōmissario, & habeat quartam totius hęreditatis ex alijs rebus, vel aliás quia fideicommissum esset particulare de dicto fundo restituendo, & nō de tota hæreditate, quo casu hæres non subtrahit quartam, tunc iuspatronatus esset fideicommissario in toto, & in nullo hæredis.

6 Nec contrariatur huic decisioni doctrina *Lambert. lib. 1. p. 2. q. 2. art. 3. Cardin. Mantic. de coniect. lib. 4. p. 1. tit. 12. n. 6. Paul. de Cit. de iurepatr. p. 9. n. 33. Couar. var. resolut. c. 18. n. 8. & Garz. par. 5. c. 9. n. 17. & seq.* vbi etiam refert decisionem Rotæ, *in vna Aretina Capellania* 1584. *coram R. P. D. Bubalo*, qui, attestantes de communi, concludunt iuspatronatus non transferri in fideicommissarium vniuersalem, etiam restituta hæreditate, ex pluribus rationibus, & fundamentis, & potissi-
7 mum ex ea, † quia in fideicommissarium trāseunt dumtaxat ea, quæ concernunt commodum pe-
8 cuniarium, † quæ verò concernunt commodum honorarium, remanent penes hęredem, *latè Peregrin. de fideicommiss. art. 6. n. 37.*
9 *& 38.* † quasi eorum conclusio innitatur maximè, & fundetur super eo, quia patronatus in illo casu sit in hæreditate defuncti, & sic remaneat apud hęredem, etiam restituta hæreditate fideicommissario; Nam in casu à me proposito non est sic; enim verò ante obitum fundatoris nullum aderat iuspatronatus, & non nisi in fundi collatione remanet acquisitū patro-
10 no fundi: † quo fit vt cum fundus concernat commodum pecuniarium iuspatronatus etiam acquiratur ex huiusmodi fundo ipsi fideicommissario soli, & non alij, ¶ quantumuis hæredi. [Aliam rationem assignat *D. Barbosa in collect. ad cap. 1. num. 10. de iurepatr.* Quia iuspatronatus inquit deuoluit ad hæredes non vti hæredes, sed quia hæredes *D. Hier. Cāpanil. diuers. iur. can. rubr. 11.*
11 *c. 11. num. 379.* † vnde debet nepos admitti ad pręsentandum cum patruo *Franc. Marc. decis. 1133. num. 6. D. Steph. Gratian. c. 521. num. 16. & post eos vbi etiam allegat. Dec. in l. precibus. num. 22. C. de impub. ac alios quamplures.*]

DVBIVM XVIII.

ARGVMENTVM.

Qualibet collatio fundi non tribuit iuspatronatus, sed necessarium est, vt totum dominium transferatur.

1 DIctū est iuspatronatus acquiri, ex collatione fundi, modò

dò dubitatur, an ex qualibet collatione huiusmodi acquiratur iuspatronatus, conclusio est negatiua;
2 necessarium † est enim vt cum fundo transferatur etiam totum dominium, alioquin non acquireretur. *Gail. in repetit. c. fi. de elect. in 6. allegans. Io Andr. in c. proposuit. 6. de fil. presb. quam refert Lambert. lib. 1. p. 1. q. 2. art. 2. n. 2. & sustinet eius dictum, & exornat*
3 † addens, quod si dominus fundi vellet retinere penes se aliquod dominium putà directum, Ecclesia non deberet ibi ædificari, & si de facto construeretur, dominus fundi nullatenus acquireret
4 iuspatronatus, † prout etiam non acquireret si in limine erectionis reseruaret sibi cēsum super Eccle-
5 sia, † reseruatio etenim census designat reseruationem diuersi dominij, vt notauit *in c. constitu-*
6 *tus. 6. de relig. dom.* † sed hic aduertendum est ne capiatur error, nam textus glos. & omnes scrib. *in c. preterea. 13. de iurepatronat.* volunt quod patronus possit in limine fundationis reseruare sibi aliquem censum cū consensu Episcopi, vel quid aliud temporale exigendum ab ipsa Ecclesia; latè Rocch. *in verb. & vtile n. 6.* Primum dictum fuit ex illatione
7 Lambert. *d. art. 2. n. 5.* † sed vt ad cōcordiam reducamus hos doctores dicendum est, doctrinam D. Rocchi, ac textus *c. preterea. 13. de iurepatr.* intrare, & locum habere, quando patronus dotauit sufficienter, doctrinam verò Gail. ac aliorum negantium intelligi, quando fundator dotauit insufficienter, quod annuit idem Rocch.
8 *vbi supra*; † vel secundum eundem Lambertinum, quando patronus reseruauit quidem sibi censum; sed in meram naturam census, quia hoc casu transtulisset in Ecclesiam vtile, & directum domi-
9 nium, † prout etiam non acquireret talis fundator iuspatronatus, si donet fundum pro fundanda Ecclesia ad emphyteusim, reseruato sibi certo canone annuatim
10 exigendo ab ipsa Ecclesia; † Nam, per contractum emphyteuticum, dominium directum remanet penes concedentem, in Ecclesiam autem non transfertur nisi vtile; vt per glos. *in d. c. constitutus. 6. de relig. dom. & C. de iure emphit. per tot.* vbi omnes, quod dans talem fundum non acquirit iuspa-
11 tronatus, † & ratio negatiua est, quia dominus debet dare dotem non repetitiuā, qualis planè esset, si donetur fundus in emphyteusi; quia si non solueretur canon per triennium repeteretur fundus *l. 2. C. de iur. emphyt. Lambertin. d. art. 2. num. 7.*

DVBIVM XIV.

ARGVMENTVM.

Ecclesia vt dotata sufficienter reputetur, considerandi sunt casus hic traditi.

SVperius dictum est patronum, qui sufficienter Ecclesiam dotauit, posse sibi reseruare censum super ea, & nihilominus acquirere
1 iuspatronatus, † modò dubitatur, quandonam Ecclesia dicenda sit do-

dotatà sufficienter. Videtur tutò posse, omissis disputationibus, & doctorum opinionibus, concludi; cum Abbate *in cons. 57. n. 3. vers. Venio nunc ad secundum, lib. 1.* vt si beneficium erigatur in aliqua Ecclesia, in qua similia alia beneficia habeantur, debeant redditus esse æquales aliorum beneficiorũ, vbi etiam soluit difficultatem, si redditus variarent, vtpotè quia vnum beneficium pinguioribus, aliud verò tenuioribus redditibus
2 constaret, † & concludit quod assignandi sunt redditus nouis huiusmodi beneficijs, ad instar illorum antiquorum, quæ magis sunt conformia iuri communi, siue sint pinguiora, siuè mediocria, siue infima, & eo maximè quando, ex dispositione fundatoris, vel Papæ decernendæ, vel creandæ sunt de nouo præbendæ, & planè esse non debent inferioris fructus, redditus, & prouentus, quam sint illæ,
3 quæ principaliter existunt: † & ratio est, quia vbi aliquid faciendum est ad instar alterius, si illud est diuersum, eligitur id, quod est magis rationabile, & magis consonum iuri communi; alteri verò minus præiudiciale, *ad not. in c. cum olim. 6. de consuet. per ipsum Ab-*
4 *batem, & Butr.* † Dispositio autem iuris communis circa redditus beneficiorum est, vt habeat redditus, quot sufficiant pro sustẽtatione Rectoris, & vnius Clerici, & pro luminaribus, & custodia, *text. est in c. nemo. de consecr. dist. 1. c. placuit. 1. quæst. 2. cap. piæ mentis. 16. q. 27. Viuian. in prax.*
5 *lib. 1. cap. 1. n. 56.* † Verum quia impossibile esset certam regulam posse dari, quæ omnia beneficia
6 compræhenderet; † Siquidem beneficia diuersa sunt, & non paria
7 onera omnibus imponuntur; † ideo vt aliquid certius, & clarius habeamus, pro solutione præpositi dubij, constituo cum Lambert. *de iurepatr. lib. 1. p. 1. q. 5. art. 21. num. 11.* octo casus, ex quibus confido ità hanc materiam explanatam ire, vt omne dubium sublatum etiam sit futurum.

8 Primo igitur casu, si consideramus Ecclesiam esse Cathedralem, debebit habere tot bona, vt quà-
9 tripartita, † vna pars sufficiat ad victum Clericorum ibi seruientium, putà Dignitatum, & Canonicorum, *tot. tit. & rubr. de off. Archid. & Archip. & aliarum dignit.* & pro alijs Presbyteris, Diaconis, & alijs quorum seruitium exigit huiusmodi Cathedralis, *Authent. vt deter. sit num. Cler. §. 1. col. 1.* Altera pars fructuum sufficiat pro victu ipsius Episcopi, vel Prælatorum eius pro conditione Ciuitatis, iuxta disposita *in cap. cum Apostolus. 6. de cens.*
10 Tertia † possit pauperibus elargiri in Eleemosyna, & de illa hospitalitas exerceri: Quarta tandem possit expendi in fabricam
11 ipsius Ecclesiæ; † quantitas verò cõsideratur pro qualitatibus personarum, locorum, & temporum *c. Episcopus, & sequen. 12. q. 1.*

12 Secundo casu constituo monasterium, vel Ecclesiam Collegiatam: porrò hæc debet habere tot redditus, quot sufficiant pro Monachis, vel Canonicis, ac alijs mi-

ni-

nistris eidem necessarijs, & insuper, vt possit hospitalitas seruari, & iura Episcopalia solui, habita consideratione personarum &c.

13 Tertiò casu, constituo Ecclesiam Parochialem; verumtamen quia animarum cura, vt diximus *in Prælud.* 3. reperitur non solum in simplici Ecclesia, sed etiam in
14 Collegiata; † Ideo dico primò de dote eius Curati beneficij, quod est in Collegiata, & ad hoc affero auctoritatem, ne dicam taxationem aliàs factam per Rotam in vna Motulen. congruę. 26. Aprilis 1613. coram R.P.D. Coccino Decano, *quæ apud Farin. est decis.* 449. *par.* 2. vbi dictum fuit, *quod congrua dependet ex quantitate reddituum, qualitate presonarũ, & loci, ac proinde DD. de Rota censuerunt; cũ Canonici habeant ducat.* 15. *illarum partium, Archiepiscopo, penes quam cura animarum residebat, deberi pro congrua ducatos* 50. *non computatis tamen obuētionibus, & alijs emolumentis extraordinarijs, eoque magis, quia ista quantitas est conformis taxationi, de qua in Bulla Pij V.* 46. *in ordine, quæ licet non loquatur de congrua assignanda Rectoribus* Rot. decis. 5. diuers. p. 2. Cæs. de Grass. decis. 117. num. 9. *Sed de congrua assignanda Vicarijs Eccles. vnitarum pijs locis; attamen visum fuit in eo casu, in quo Ecclesia est Collegiata, & Cura residet penes Archiepiscopum, bene adaptari rationē dictæ Bullæ, cum alij Canonici habeāt tan-*
15 *tum ducat.* 25. † Et quamuis deberet Parochus esse contentus cōgruæ semel assignatæ, Rot. in vna Tolet. decimarum de Lucillis. 6. Febr. 1609. coram Illustriss. Bononien. nihilominus coram R.D. Damasceno in vna Patren. congruę 8. Iunij 1612. quæ apud Farinac. est *decis.* 420. *par.* 1. dictum fuit *non esse imputādum Parocho, si tenue beneficium acceptauit, vt volebat dicta decisio Tolet. decimarum, quia fuit responsum illam decisionem cum alijs, quæ allegantur, esse intelligendam, quando non est omnino certum, quod Rector careat congrua, prout in causa illius decis. secus quādo est certum illum carere, aliàs decisio esset contra text.* in c. extirpandæ. 30. de præbend. *cum alijs allega-*
26 *tis;* † *nec computantur incerta in computatione congruæ, vt in dicta decis. Damasceni. n.* 2.

17 Vbi verò cura animarum est in simplici Ecclesia, debet huiusmodi Parochialis habere tot redditus, qui sufficiant pro Rectore, & vno Ministro, necnon, & pro hospitalitate seruanda, & pro curatione Visitatorum, atque Episcopalium
18 iurium solutione, † Etenim Rector Ecclesiæ Parochialis non po-
19 test esse solus; † verumtamen est, quod quando potest induci certitudo in principio, ex primitijs, & decimis, tunc habenda est ratio huiusmodi decimarum, oblationũ, & aliarum obuentionum spiritualium, ac proinde habito respectu ad eas, poterit minor dos constitui tali Parochiali; namque decimæ, & aliæ huiusmodi obuentiones, ac iura poterunt poni loco dotis; etenim si Ecclesia Parochia-

lis fundatur, præsupponatur etiam ei assignari certum populum, & in consequentiam certa etiam erunt iura Parochialia, & certæ decimæ, quæ de anno fertili ad infertilem benè poterunt arbitrari, & esse
20 certa, † secus autem concludendum esset, si, vt dictum est, oblationes essent tantum incertę, quia tunc cum non posset à principio haberi experimentum oblationum propter illarum incertitudinem, constituenda propterea esset dos, quæ esset sufficiens, etiam absque illarum oblationum, & incertorum respectu, siue consideratione;
21 nam venter, † non debet pendere ab incerto, cum non patiatur dilationem *Cassad. decis.* 1. *n.* 1. *de mut. pet.* vbi derogata fuit facultas conuento pro mercede, siue salario reconueniendi conuentorem.

22 Quarto casu cõstituo Ecclesiam simplicem, & eius census, & redditus *ex Conc. Prouinc. VII. Mediolan.* tanti esse debent, qui satis sint ad sacerdotes, & clericos sustentandos illius ministerio, seruitioq. addictos; atque ad ornatũ, luminaq. & custodiam sufficiant,
23 *tot. tit. de cens.* † Et cum non habeat ministrare sacramenta, nec soléniter celebrare, poterit etiam esse sine ministro *Lãbert. vbi sup.*

24 Quinto casu constituo capellas monasteriorum, & altarum Ecclesiarum, curam tamen ani-
25 marum exercentes, † siue ipsę capellæ sint per se, quæ tamen dicuntur ratione monasteriorum, quibus subsunt, & habent curam animarum, capellæ, *tot. tit. de Capell. Monach.* & huiusmodi capellæ debent dotari, *vt dictum est de Paroch. Ecclesia*, quia siuè sit Rector, siuè sit Vicarius, debet nihilominus pręstare ea omnia, quę tenetur pręstare Rector paro-
26 chialis; † attamen parcendum fortasse esset doti pro hospitalitate, vbi capella esset in Ecclesia, quia monasterium, vel Ecclesia ipsa illam exercet.

27 Sexto casu pono capellas per se stantes, & habentes proprium Rectorem sine tamen onere curę animarum, & huiusmodi capellę quo ad dotem regulandę sunt, vt Ecclesia simplex.

28 Septimo casu colloco capellas, & altaria intus Ecclesiam, vel in lateribus fundata, & de his est distinguendum: vel enim huiusmodi capellę, vel altaria ordinantur, vt habeant proprium rectorem, & tunc regulandę sunt, vt Ecclesia simplex, excepto quod circa procurationem visitatorum, & iura Episcopalia sufficiet assignare pro illa parte, quę eidem capellę, vti membro illius Ecclesię, contin-
29 get; † aut certè nullum habent Rectorem certum, sed fundator voluit quod tot missę celebrentur, & vocantur mercenarię, & hoc casu assignandi sunt redditus annui, iuxtà consuetudinem loci, vel statuta synodalia, qui sufficiant pro qualibet missa.

30 In beneficijs autem, quę fundantur in abstracto, putà quia nulla capella, vel Ecclesia construitur, sed solummodo erigitur beneficium cum dote, & oneribus adimplendis in aliqua Ecclesia, vel

vel capella, vel aliàs non habet locum designatum, sed ad placitum beneficiati, distinguendum est; vel enim huiusmodi beneficium habet onus celebrandi aliquam missam per beneficiatum; aut nullum habet onus huiusmodi, sed simpliciter orandi; aut fundator nihil disposuit de celebrando, nec etiam de orando; si primo casu, redditus debent esse tanti, quibus possit beneficiatus viuere eo die, quo ce-
31 lebrare tenebitur; † nam qui altari seruit, ex altari viuere debet *c. cum secundum.* 16. *de præb. c. sacerdos. vers. qui in sacrario.* 1.
32 *quæst.* 2. † Et nemo cogitur militari suis stipendijs, *c. de monachis.*
33 12. *de præb. cum ibi not.* † in secundo casu, non potest dari meta, quia dictio *orare*, non astringit clericum ad aliquod officium destinatum *glos. in Clem.* 1. *in verb. orationis. de reliq. & ven. sanct.* In tertio tandem casu, tanti esse debent redditus, vt sufficiant saltem pro luminaribus, paramentis, & alijs necessarijs ipsi capellę, vel
34 altari; † pręsumptio enim est vt, qui fundauit altare, velit illud ornatum teneri.

35 Octauo casu principali, & vltimo constituo Oratoria, & Hospitalia, & hic etiam est distinguendũ; vel enim erecta sunt ordinaria auctoritate, aut priuata, si ordinaria, dirigendi sunt redditus Oratorij, vt dictum est de simplici Ecclesia; de Hospitali autem debent sufficere pro hospitalitate; si verò sint priuata auctoritate erecta, nulla requiritur dos, ac proinde, non est hic vlterius inquirendum de sufficientia illorum redditûum.

36 Porrò ad diœcesanum spectat examinare de specifica quantitate sufficientis dotis in quolibet ex supradictis casibus *Calderin. cons.* 20. *de Iurepatr. Lambertin. d. q.* 5. *art.* 21. *n.* 20. *lib.* 1. *p.* 1. qui casus, vt supra posuit, & dubium nostrum resolutum fecit.

DVBIVM XV.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus non probatur ex dote legata, & fundatione facta, nisi probetur legati executio.

1 DVm pro verificatione iurispatronatus ex fundatione, & dotatione ordinarius cognoscit, aliquis affert, & producit ad probandum fundationem instrumentum legati, per quod apparet aliquem legasse alicui capellę certa prędia pro eius dote, & ad vsum capellani, modo dubitatur an verificatũ dicatur iuspatronatus ex fundatione, vel dotatione ex testamento, & legato
2 huiusmodi. † Diù non est insistendum in hoc, postea quam habemus decisionem Rotalem *apud Farinac. par.* 1. *decis.* 381. *num* 2. vbi fuit conclusum *quod si non appareat, quod Capella possideat bona legata, non remanet sufficienter probatum iuspatronatus ex dotatione, vt in specie dictum fuit* in vna Terulen. beneficij 12. Februar. 1609. coram Marcomontio, ea etiã potissimũ ratione, *quia poterat contingere quod capella iam erecta esset dotata, & iterum relin-*

3 *relinqueretur dotanda,* † *quo casu dictum legatum tanquam in augumentum dotis nihil releuaret*, per DD. ibi relatos, & fuit firmatum in vna Nolana beneficij 19. Ianuarij 1594. coram bo. mem. Card. Arig. & in alia Placentina Parochialis vltima Ianuarij 1594. coram Orano.

DVBIVM XVI.

ARGVMENTVM.

Naturales de iure communi sunt capaces iurispatronatus, nec censentur exclusi quando vocantur patroni absque mentione legitimitatis per verba naturalia, vel constat fundatorem illos non abhorruisse; extantibus tamen legitimis non admittuntur, prout etiam non censentur vocati in iurepatronatus fundato fauore familiæ, vel agnationis, quia non dicuntur de familia.

VAcante beneficio iurispatronatus, comparet illegitimus coram institutore, & præsentat. dubitatur an sit admittenda eius
1 præsentatio; † non loquor de spurijs, qui planè dicuntur ij, qui nati sunt ex adulterio, vel sacrilegio, isti enim non succedunt; sed de naturalibus, qui ex concubina,
2 vel soluta sunt procreati; † & videtur quod sic, naturales enim de iure communi sunt capaces iurispatronatus *Bald. in l. ea quam. 14. C. de fideicommiss. Rocch. de Cur. in ver. competens cum alijs allegatis per Rotam apud Farin.*
3 *par. 1. decis. 126. num. 1.* † & maximè quando patroni vocãtur per verba naturalia absque mentione legitimitatis, quo casu naturales non censentur exclusi, *text. & ibi Ang. vers. fallit in C. ex facto. §. si quis rogatus fuerit vt si. 17. ff. ad senat. consult. Trebell.* & fuit resolutum in vna Tarraconen. eleemosynæ. 4. Nouembr. 1603. coram
4 bo. mem. Card. Bononien. † & an vocatio sit per verba naturalia vel ciuilia, latè ex pluribus decisionibus Sacræ Rotæ probat Garz.
5 *de benefic. p. 7. c. 15. n. 53.* † nihilominus, vt certa fiat dubij resolutio, distinguendum arbitror, nam, aut in fundatione disponitur vt illegitimi succedant, vel non succedant; & tunc non est ambigẽdum;
6 aut † eliciuntur tantummodo coniecturæ, vti considerauit Rota *in d. decis. 126. n. 2.* vbi dictum fuit *fundatorẽ noluisse excludere naturales ibi* legitimos, vel natu-
7 rales, † *quæ quidem disiunctiua,* vel, *licet aliquando soleat resolui in coniunctiuam, quando est po-*
8 *sita inter personas honoratas,* † *hoc tamen procedit quando disiunctiua non potest verificari in qualibet sua parte;* Bart. in l. si is qui ducenta. §. Vtrum. vers. aut ita concipias. num. 3. & in §. item si paterfamil. in summ. 14. ff. de
9 reb. dub. † *aut tandem quando constat fundatorem non abhorruisse illegitimos, sed potius illos*
10 *inuitasse,* † *& in his casibus extantibus legitimis illegitimi non admittuntur; censentur enim vocati dumtaxat in defectum legitimorum*, vt post alios probat Menoch. *cons. 285. n. 14. lib. 3.* vbi dicit

dicit id locum habere etiam de iure diuino *D. Pau. 4. ad Galat.*
11 quinimò † non possunt legitimari in preiudicium legitimorum, *ad allegat. per Rot. d. decis. 126. n. 5.*
12 & eò † maximè in iurepatronatus nobilium honestorum, quos non est credendum velle principaliter vocare ad successionem iurispatronatus illegitimos, *per notata in l. generaliter. § cum autem. 6. C. de institut. & substitut. Abb. n. 18. & Dec. n. 35. in c. in*
13 *præsentia. 8. de probat.* † & precipuè quando iuspatronatus fundatur fauore familię, & agnationis, *ad not. in l. fin. C. de nat. lib. & latè per Peregr. de fideicomm.*
14 *art. 22. n. 82.* † nam illegitimi non dicuntur de familia *Hier. Gabr. cons. 195. n. 5. lib. 1.* & secundum hanc distinctionē intelligendę sunt decisiones factę in causa Ianuen.
15 iurispatronatus corā Litta, † non enim est absurdū, vt deficientibus legitimis iuspatronatus transferatur potius ad illegitimos eiusdem familię, quam ad quoscumque alios, *latè Lambert. lib. 1. p. 2. q. 2. art. 32. de hac materia illegitimorum, & spuriorum in suo tractatu de iurepatronat.*

DVBIVM XVII.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio præsentandi ex quibus actibus acquiratur, & quæ requirantur accuratè traditur.

1 DVm vacasset quoddam beneficium iuspatronatus laicorum per dimissionem factam in manibus D. Papę, in vim decreti de dimittendo appositi in literis prouisionis factę à S. Sede de incompatibili; Patronus illius beneficij illud ipsum impetrauit: verumtamē quia in literis eius prouisionis aderat clausula, *dummodo accedat cōsensus patronorum*, & cum alius non superesset patronus, pręter neptem infantem, arbitransq; ipse patronus, quod necessariò deberet interuenire consensus alicuius, vt prouisio valeret, admisit tertium ad cōsentiendum; mox defuncto ipso patrono, & prouiso, cum esset facienda pręsentatio, insurrexit dicta neptis, tanquam hęres nedum patris sui, imò & ipsius defuncti patroni, & beneficiati, intendens pręsentare, contra sese opposuit ille, qui vltimo loco in vim dictę clausulę cōsensum pręstiterat, seq. pręferendū ipsi hęredi pretendit. Quocirca oritur dubium an admittenda sit pręsentatio hęredis exclusiuè ad illum, qui consenserat, vt dictum est, an verò admittenda sit pręsentatio illius admissi ad ipsum consensum exclusiuè ad hæredem: an autē vtriusque. Dubiū est non minus vtile, quam necessarium, & quidem frequentissimum est, &
2 quotidianum; † sed antequam ad illius decisionem deueniamus; pręmittendum duxi *decis. Caputaq. 337. & duas seq. p. 2.* in quibus habetur, quod *vt quis dicatur acquisiuisse quasi possessionem iuris præsentandi, requiruntur hæc quatuor, quæ tradit Calderin. in cons. 12. de Iurepatr.* quod planè consilium canonizatum est per

Rotam, & quotidie seruatur.

Primum requisitum est, vt quis præsentet bona fide.

Secundum, quod admittatur, & & confirmetur præsentatio, & sequatur institutio.

Tertium, quod præsentans, & institutus vti talis perseueret, & ab alijs habeatur.

Quartum, quod ille, in cuius præiudiciũ quasi possessio iurispatronatus acquiritur, hoc sciat, & patiatur; idem firmat Rocch. de Curte in verb. *is cui. q.* 14.*n.* 28.*de iurepatr. iuncto consf. Dec.* 112, *&* 126.

3 His igitur sic præmissis distinguendum puto; nam, vel is, qui aliàs cõsensit, tempore huiusmodi cõsensus erat in quasi possessione iuris præsentandi; vel quamuis tunc esset in quasi possessione, non erat nihilominus proprietarius; aut tandem erat proprietarius, sed non quasi possessor, & hac stante distinctione dico primò,
4 quod si is, † qui consensit non reperiebatur tempore consensus in quasi possessione præsentandi, nec erat tunc proprietarius, admittenda est præsentatio hæredis exclusiuè ad prætensum consentientem, nam ex huiusmodi consensu dici non potest quod acquisiuerit ius præsentandi, cum hoc facere
5 non potuerit bona fide; † is enim dicitur esse in bona fide, qui credit vti iure suo, non autem alieno *Lambert. lib.* 2.*p.* 1.*q.* 2.*art.* 10.*n.* 6. & sic defuit primum requisitum, putà, *bona fides*; & eo magis si nouus præsentator non sit is, qui
6 consensum præstiterat, † siquidem quasi possessio illius, qui cõsensit, vbi etiam aliqua probaretur fuisse ex ipso consensu contracta, & acquisita, non tamẽ transiret ad eius hæredes, quia sicut in corporalibus possessio non transit ad hæredes etiam suos, sine noua appræhensione, vt per Alexandrum, qui testatur de communi *in l. cum hæredes.* 23. *ff. de acquir. possess. Suarez recep. sent. verb. possessio. n.* 182. *glos. in d. l. cum hæredes in verbo non pertinet*, ita etiam in incorporalibus, quia in istis etiam non transit quasi possessio sine actu facti, *Calder. d. cons.* 12. *de iurepatr. D. Rocch. in verbo Ius q.* 5. *vers. limita hanc conclusionem, Caputaq. decis.* 420. *p.* 2. *& sæpissimè fuit resolutum in Rota & signanter in vna Alben. parochialis.* 17. *Iunij coram Illustriss. Bononien.* Facit etiam *decis. Caputaq.* 337. *par.* 2. vbi dictum fuit, *possessionem, seu quasi iuris præsentandi non dici acquisitam per præstationem consensus illorum de Quiga, stantibus præsentationibus factis per illos de Quirones, ad not. per Bald. cons.* 33. *in fi. vol.* 3. *Rocch. in verbo* competens *n.* 36. & clariùs, & expressiùs Rota in vna Vigleuan. iurispatr. 16. Iunij 1609. coram Illustriss. Bononien. quæ est apud Farinac. *decis.* 160. *n.* 2. *p.* 2. *& inter impressas*
7 *Greg. XV. decis.* 417. † vbi dictum fuit, *non constare de quasi possessione hæredum Rolandi, quatenus enim deducitur ex consensu præstito ab ipso resignationi. responsum fuit præstitum fuisse absentibus, & ignorantibus Balista, & ne-*

& nepotibus, *vndè non potuit in eorum praiudicium possessionem*
8 *acquirere*; † *nec releuat admissio iudicis*, *quia facta fuit conditionaliter* si & quatenus ipse ius haberet, *vnde non suffragatur donec appareat de ipsius iure*, *vt per Caputaq. decis. 229. p. 2.* hęc fuit verba formalia *ipsius decis. 260. seu 417.* Quod autem ex consensus præstatione resignationi acquiratur quasi possessio, superq. liquet *ex d. decis. 260.* in principio, vbi fuit dictum *dandum esse mandatum de manutenẽdo in quasi possessione præsentandi Balistæ*, *& nepotibus*, *quia ipse præstitit consensum cum eius nepotibus resignationi ad fauorem Bennæ*, *quod sufficit pro quasi possessione præsentandi*, ad trad. per Abb. cons. 54. n. 1. in fi. lib. 1. Crescent. decis. 2. de iurepatr. [*Beltramin. in annot. ad decis. 349. n. 7. Greg. XV.* vbi latè hoc probat per DD. & decis. Rot. quas ibi cumulat. limitans tamen vt non constituat in quasi possessione illum, qui consentiret ignorante alio prætenso
9 patrono *per d. decis. 417.* † nec etiam quando daretur alius possessor iurispatronatus, nec etiam quando prouisus à Papa, vel ab ordinario ad se eximendum à molestijs sibi illatis à prætensis patronis, aut alioqui ad maiorem cautelam adhibuisset etiam consensum patronorum.]
10 Cum itaq; hęres, de qua in casu nostro fuerit patrona, & in quasi possessione præsentãdi ex iure hereditario sibi cõpetenti, non modò ratione paternæ hereditatis, sed forsasse etiam ipsius patrui prędefuncti, † quippe quę femina de iure
11 communi succedit ad iuspatronatus *Hier. Gabr. cons. 195. n. 4. & 5. lib. 1. Ancharan. cons. 81. canonizat. à Rot.* concludendum est, quod in primo casu distinctionis traditæ debet ipsa hęres præsentare, & ipsius pręsentatio admittẽda est exclusiuè ad illum, qui contendit acquisiuisse quasi possessionẽ pręsentandi ex pręstatione consensus, in vim clausulę *dummodo accedat ad id consensus patronorum*, qui quidem consensus requiritur expressus, & multò magis debet excludi illius hęres ab huiusmodi iure pręsentandi; quandoquidem non potuit ei acquiri quasi possessio.
12 Porrò in secundo, & tertio casu eiusdem distinctionis, vtpotè, quãdo is, qui cõsenserat erat tempore consensus in quasi possessione pręsentandi, aliter dicendum est; nã ex quo verus patronus, & quasi possessor illũ admiserat, iuxta doctrinam Io. Franc. Ripæ *n. 9. in c. cum Ecclesia Sutrina. 3. de caus. poss.* qui dicit quod alteri nõ potest acquiri quasi possessio absq; patiẽtia primi possessoris aduersarij *c. querelam. 24. de elect. c. suborta. 21. de re iud. Rot. 10. Maij. & 1. Decembris 1608. coram R. P. D. Marco-*
13 *montio*, † imputare sibi proinde debet verus patronus, qui illum admisit, & eo magis sustinebitur pręsẽtatio proprietarij; enimverò si super petitorio cognosceretur, nedum sibi adiudicaretur iuspatronatus; verum etiam per huiusmodi adiudicationem excluderẽtur quicumque possessores non pro-

14 proprietarijs † namque adiudicato petitorio silere debet possessorium, etenim petitorium absorbet possessorium, *Lambert. lib. 2. p. 1. q. 3. art. 9. n. 2. latè Garz. p. 5.*
15 *cap. 5. n. 45. & seq.* † quo planè fit vt cauti Aduocati, & Procuratores, vbi agitur de proprietario possidente, semper soleant cumulare possessorium cum petitorio, vbi verò agitur de solo proprietario non possidente, petunt ad institutionem aliquam non esse deueniendum, nisi prius cognito super petitorio, & tunc quasi possessio in nihilo suffragabitur quasi possidenti sine proprietate, nisi quasi possessio præseferat manife-
16 stè bonam fidem, † si verò is, qui consenserat erat tantū quasi possidens sine proprietate, nec excludatur per adiudicationē petitorij, tūc nedum eius præsentatio sustinebitur, quinimò etiam præseruabitur, quamuis non præsentet *Feder. cons. 112. in vlt. dub.*

17 Illud non omittendum puto, quod nouus possessor non acquirit quasi possessionē, nisi interueniat scientia, & patientia primi possessoris *Lambert. lib. 1. p. 2. quæst. 3. art. 21. n. 4. Beltramin. d. decis. 349.*
18 *num. 7.* † & quod præsentatio est clandestina, quando nullum pro-
19 positum fuit edictum; † Nam absque propositione edicti institu-
20 tio remanet nulla, † & vltimus possessor non acquirit ex ea præsentatione, in qua nullum proponitur edictum, aliquam quasi possessionem, *Lambert. vbi supra vers. tu aduerte, & vers. imò plus*
21 *dico*; † prout etiam non acquiritur aliqua quasi possessio ab eo,
11 contra quem aliquis patronus reclamauit, nam vnius tantum contradictio impedit *Lambert. lib. 2. p. 1. q. 3. art. 17. n. 17. & lib. 2. p. 2. q. 2. art. 16.*

DVBIVM XVIII.

ARGVMENTVM.

Extraneus per fundationem, non per solam institutionem nō fit patronus, nisi omnes patroni consentiant, & nullus reclamet, nam vno tantum contradicente non potest admitti, & talis contradictio dicitur appellatio extraiudicialis.

1 EX ijs, quæ dixi in fine superioris dubij, insurgit etiam dubitare, an admissio extranei cum consensu ordinarij faciat ip-
2 sum extraneum patronum, † Lambertin. *de iurepatr. lib. 2. par. 1. q. 3. art. 17. n. 17.* dicit quod si admissio huiusmodi facta fuerit in limine fundationis, facit illum ad-
3 missum patronum, † post fundationem autem concludit, quod institutio illum non efficit patronū, putat nihilominus secus si admissus esset in bona fide; nempè quia putaret se admitti tanquam patronum, nec aliquis contradice-
4 ret; † est enim necessarium ad hoc vt non patroni admissio cum patronis fieri possit, vt omnes consentiant, & nullus reclamet, aliàs vno tantum contradicente, non posset admitti, vt notat Lambert. *n. 51.* allegando Abb. *in cap. scriptum. de elect. & c. cum Vintonien-*

niensis. eod. tit. & tandem se remittit ad ea, quæ scripsit *lib.* 2.
5 *p.* 2. *q.* 2. *art.* 16. † nam talis contradictio est appellatio extraiudicialis *Lambert. d. quæst.* 2. *art.* 21. *num.* 3. *per l. fi. de appell. rescin.*
6 Appellatio † enim dicitur, & sumitur pro quacumque inuitatione, *Lambert. d. art.* 21. *n.* 4.

DVBIVM XIX.

ARGVMENTVM.

Quadragenaria possessio inter compatronos probat legitimum titulũ.

1 Dvbitatur 19. an sicut immemorialis probat legitimum titulum ex fundatione, & dotatióne, ex Abb. *num.* 9. *in cap. querelam. de elect. & Garz. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 82. vbi alios allegat, ita & possessio quadragenaria probet.
2 Decido † breuiter cum Lancellot. *de attentat. in præfat. c.* 4. *n.* 651. *in nou. edit.* quod quando agitur inter compatronos ad probandum iuspatronatus, sufficit quadragenaria, & ita testatur fuisse resolutum in vna Pampilonen. iurispatr. coram Illustriss. Aldobrandino. 16. Martij 1576. *& est decis.* 407. *diuers. incipiens Dominicum præsupposito. n.* 1. *lib.* 1. & in alia Florentina coram eodem.

DVBIVM XX.

ARGVMENTVM.

Præsentatio pẽdente lite super quasi possessione præsentandi non admittitur, secus si super proprietate tantum, vel si facta sit ante motam litem in bona fide; alij recensentur casus.

1 Dvbitatur 20. an Præsentatio possit fieri lite pendente. D. Rocch. de Curte *in tractatu de iurepatronatus in verbo competens. q.* 23. *n.* 52. plures recenset opiniones, sed in ea residet, quæ est Io. *in c. hæc quippe.* 3. *q.* 6. *referentis glos. in c.* 2. *de in integr. restit.*
2 † videlicet, vt si lis mota sit super quasi possessione præsentandi tunc nõ debeat admitti præsentatio, quia, inquit, super hoc pendet quæstio;
3 † at verò si mota sit super proprietate, vtpotè, dum negatur aduersarium esse patronum, licet sit in possessione, tunc inquit potest præsentare.
4 Illud tamen admonet *n.* 55. *ibid.* vt si præsentatio facta sit bona fide ante litem motam, fiat nihilominus institutio, ipsa lite postmodum mota non obstante,
5 † cui sentẽtiæ subscribit Lambert. *lib.* 2. *p.* 1. *q.* 3. *art.* 5. *n.* 1. *vers. ego in hoc*, vbi addit faciendam fore institutionem, etiam quando præsentatio facta est ante contestationem litis, quamuis lis reuera esset mota, & postmodum contestetur ante ipsam institutionem, quia, inquit, sufficit vt facta fuerit præsentatio ante litem contestatam ad hoc vt ille fructus dicatur collectus, & format *ibi num.* 2. plures casus, quorum

Primus est, quando aliquis est in quasi possessione cum bona fide, & vacat Ecclesia, si præsentet, & facta præsentatione aliquis sese op-

opponat tanquam proprietarium, admittendo tamen, & fatendo illum, qui præsentauit esse in possessione, in isto casu inquit, ex quo agitur petitorio, debet institui præsentatus ab illo, quippe qui fructus præsentationis iam collectus fuit ab ipso possessore, & non subiacet restitutioni.

Secundus est casus, quando possidens bona fide presentat ad Ecclesiam vacantem antequam lis sit contestata, & per actorem falsum est illũ esse in possessione, sed sibi mouet litem super proprietate, & sunt in dilatorijs, quæ proponuntur ante litis contestationem, tunc debet etiam institui præsentatus ab ipso possessore, quia adhuc dicitur in bona fide, & fructus, tanquam collectus ante litem non contestatam, non venit restituendus, & institutio potest in hoc casu fieri etiamsi postmodum sequatur litis contestatio ante institutionem.

Tertius casus est, quando possidens est in bona fide, & actor fatetur eum esse in possessione, sed lis contestatur ante præsentationem, tunc ex quo incipit esse ille possessor in mala fide fictè, poterit quidem præsentare, at verò institutio nequaquã fieri poterit ante finem litis, ex quo ille fructus manet restitutionem. lis autẽ debet finiri intra tempus datum patronis à iure ad præsentandum, & in hoc tertio casu tenet Lambertinus, quod si lis non finiatur intrà dictum tempus, instituendus erit ille, qui fuerat præsentatus ab obtinente, sed si lis non fuerit finita instituẽdus erit is, qui fuerat presentatus à possessore, vt euitetur absurditas, *vt ibi vers. sed saltem ego dicerem.*

Quartus casus est, quando vacat Ecclesia, lite mota, & post litem cõtestatam fit præsentatio à possessore, & lis erat super proprietate, tunc, inquit, si lis non decidatur intra tempus datum patronis ad præsentandum, instituetur præsentatus à possessore bo. fidei.

Quintus est casus, quando possessor bonæ fidei presentat, & alter post huiusmodi præsentationem ei mouet litem super possessione dicens se possidere, tunc, inquit Lambert. *vbi sup. n. 5.* quod ambo possunt præsentare, quia quilibet tuendus est in sua possessione, sed institutio erit retardanda vsque ad finem litis, quæ quidem lis si non decidatur intrà tempus datum patronis ad præsentandum, Episcopus prouidebit ad sui libitum, etiam de vno presentatorum, non tamen ratione præsentationis, sed iure ordinario, & ita concludit seruandum.

6 Porrò patronis contra impedientes eorum præsentationem competit actio confessoria, & negatoria, vt obseruat *Viuian. in praxi. lib. 8. c. 5. post Rocch. in*
7 *verbo ius. q. 1. n. 6.* † & huiusmodi actio competit directa, quia non datur pro ipsa Ecclesia, sed pro iurepatronatus, seu iure præsen-
8 tandi, † quod est in dominio patronorum *Lambert. d. tract. lib. 2. p. 1. q. 2. art. 22. n. 2. vers. tamen*
9 *D. Card.* † sed ipse putat cum Barbat. quod ex quo laici habent ius-

iuspatronatus ex gratia *c. 3. de iurepatr.* quæ quidem gratia est eis concessa à iure, putat, inquam, quod deberent agere ex canone potius, quam ex illis actionibus; & asserit hãc rationem magis militare in hoc casu, quam in casu *glos. l. in rem. §. loca sacra. ff. de rer. vendic.* conducunt quæ dixi supra *dub. 16.*

DVBIVM XXI.

ARGVMENTVM.

Beneficium sæculare sæculari clerico, regulare verò regulari nõ nisi esse conferendum, & accuratè agitur de statu beneficiorum, etiamsi status sit varius; nam prouisio contra statum est ipso iure nulla.

Inquiritur etiam natura beneficij, puta an sit sacerdotale, & traduntur doctrinæ, ex quibus hoc dignoscitur.

Agitur etiam de qualitate beneficij debiti ijs de aliqua familia; discutitur natura iurispatronatus, & declarantur quanam sint beneficia patronata ex priuilegio, & an cadant sub reseruatione, tãguntur etiam qualitates patronorum, vbi declarãtur quamplures dispositiones fundationum tam circa descendentiam, & genus, quam circa legitimitatem.

Differitur circa iura, quæ præsentantibus competunt; & agitur etiam an iuspatronatus transeat in fideicommissarium, & quid si debeat transferri in propinquiorem.

Aliqua dicuntur de vacatione beneficij patronati non modò ex causa permutationis, siue resignationis, verùm etiam, & priuationis, & obitus.

Considerantur qualitates eorũ, qui præsentantur; tum ratione ordinis, tum natura, ac ætatis, & demum irregularitatis.

Animaduertitur etiam ad auctoritatem institutoris; nedum quando de directo ius instituendi ad aliquem spectat, verum etiam vbi datur locus præuentioni; & agitur de citatione compatroni, & edicti propositione: aliqua etiam de alternatiua Episcoporum tanguntur magis, quæ veniunt vsui.

Fiunt quatuor conclusiones per quàm vtiles, & agitur de multiplicatione titulorum.

1 VAcante, de mense Aprilis, quadam capellania sub inuocatione B. M. V. ad quam cum sit de iurepatronatus cuiusdam Præpositi, ratione suæ Præpositurræ, & cuiusdam A. laici, dictus A præsentauit, intrà mensem, coram institutore B; qui ad huiusmodi præsentationem fuit institutus; postmodum Præpositus, post dictum mensem, coram eodemmet institutore præsentauit F, qui similiter fuit institutus, cum clausula gratificatoria.

2 Verumtamen B. dubitans de viribus suæ institutionis, adiuit D. Papam, ab eoque nouam prouisionem obtinuit, in forma Dignum, cum clausulis *ammoto quolibet detentore, & dummodo à data præsentium non sit alicui*

specialiter ius quaesitum; nullam tamen prorsus fecit mentionem, neque de sua, neque de F. institutionibus.

Hinc F. coram executore opposuit de subreptione Apostolicae gratiae, & nouae prouisionis huiusmodi, & cum ei faueret executor, annuit huiusmodi exceptioni, nec curauit instituere ipsum B, iuxta dictum mandatum Apostolicum, quapropter B. appellauit. Quaeritur quid iuris.

Factũ huiusmodi accepi à quodam amico meo, à quo planè rogor vt aperiam quid de iure sentiam. Sed ex quo tota difficultas dependet à validitate, vel inualiditate institutionis B; ipsa autem validitas secerni non potest, nisi prius secretis ijs, per quae poterit valida, vel inualida esse ipsa institutio, ea propter nonnullas considerationes praetermittendas arbitror, ex quibus haud obscurum deinde erit D. Delegato, videre quidnam consilij capere debeat, ad veritatis finem consequendum.

Caeterum, vt facilius rem assequi possimus in primis eas proponam considerationes, quae qualitatem, seu statum capellaniae, de qua agitur, respiciunt: subinde, secundo loco constituam considerationes spectantes naturam ipsius iurispatronatus; tertio loco statuam qualitates praesentantium: quarto loco ponam iura eorumdem praesentantium: quinto, modum vacationis ipsius capellaniae: sexto, qualitates praesentatorum: septimo, auctoritatem institutoris: octauo, modum procedendi ad institutionem: nono, installationem institutorum: tandem quid de iure sentiam pro veritate aperiam: iam ad rem.

2 Quo igitur ad primam considerationem, inspiciendum est de qualitate ipsius capellaniae, An sit saecularis, an verò regularis; etenim si sit saecularis non erit conferenda nisi saeculari clerico, nec nisi regulari si fuerit regularis, *Concil. Trident. sess.* 14. *de reform. cap.* 11. Anchar. *num.* 1. *in cap. cum de benef.* 5. *de praebend. in* 6.

3 † nam saecularis clericus est omninò incapax beneficij regularis, *Cardin. Seraph. decis.*

4 1305. *num.* 4. † haec autem qualitas discerni poterit ex fundatione, qua nulla maior probatio.

5 Verum deficiente copia fundationis, inspiciendae erunt institutiones, & consuetudo, seu praescriptio, *ad dicta in d. cap. cum de benef.* 5. *de praeb. in* 6. *Clem.* 1. *de suppl. negl. prael.* at si non possit apparere de institutionibus, quippequae appareant aliquando factę saecularibus, aliquando verò regularibus; tunc inspiciendum erit à quonam institutore factę sint huiusmodi institutiones; nam si factę fuerint ab institutore Ecclesiastico saeculare, praesumptio erit quod huiusmodi capellania sit saecularis, nisi appareat de voluntate ipsius institutoris, quod voluerit immutare statum,

6 † nemo enim collator in dubio praesumitur voluisse immutare statum beneficij, nisi exprimat, *arg. cap.* 1. *dist.* 10. *& c. querimoniam.* 9. *de iurepatr. Hier. Gonzal de mensib.* & al-

& alternat. in glos. 5. §. 6. n. 11.
7 *& 28.* † sed non ẽ contrà præsumẽda erit semper regularis, quamuis appareat quod institutor fuerit regularis, quando tamen fuerit solita gubernari per seculares, *ex decis. Rot. in antiq. decis. 46. n. 1. de rescrip. & decis. 12. n. 1. tit. eod. in antiquior.* quos citat Gonzal. *d. tract. in glos.* 8. *n.* 38. qualis est in hac Alexandrina diœcesi Ecclesia Parochialis Sanctorum Petri, Iacobi, & Philippi terræ Vuiliarum, cuius collatio olim spectabat ad Abbatem Sancti Petri in cœlo aureo Papien. hodie verò spectat ad collegium per S. mem. Pium V. erectum in dicta Ciuitate Papiæ, stante extinctione ipsius Abbatiæ, quam deinde vniuit idem Pius V. ipsi collegio; hæc enim Ecclesia quamuis inspecto ipsius initio, & primæuo iure illius collatoris, & Rectoris fuerit regularis, quippe quæ semper fuerat collata per dictum Abbatem, qui erat regularis, & conferebatur non nisi Monachis, & postmodum Canonicis Lateranensibus sancti Augustini; ad quos peruenit ipsa Ecclesia sancti Petri, & iura dictæ Abba-
8 tiæ, præter ius conferendi; † nihilominus sustinui ipsam Ecclesiam esse secularem, potissimum ex penultima collatione facta de ea per dictum Abbatem cuidam clerico seculari, sine obligatione aliqua induendi, & deferendi habitum regularem ipsius religionis, & multò minus emittendi professionẽ, quæ sunt necessaria, *per Sac. Concil.*
9 *Trid. sess. 14. c. 10.* † & huiusmodi beneficia cum dicta obligatione possunt conferri etiã per ordinarios clericis secularibus, vti Sacra Congreg. super dicto decreto declarauit in hæc verba, quæ refert Gonzal. *in d. glos.* 8. *num.* 78. *An præter Papam ordinarij collatores possint regularia beneficia, in titulum regularibus professis prouideri consueta, cõferre etiam sæcularibus, qui illius ordinis habitum omninò suscipere, & professionem emittere teneãtur, iuxta hoc cap.* Sac. Congreg. *die* 12. *Decembr.* 1585. *censuit posse etiã ordinarios collatores portiones monachales, & canonicales prouideri consuetas, conferre nedum eius ordinis professis, sed etiam sæcularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere omninò te-*
10 *neantur.* † *Abbatias tamen, & beneficia administrationem habẽtia, non nisi professis, iuxta canones, per ordinarios inferiores con-*
11 *ferri posse*; † quinimò si prælatus regularis nõ confert intrà tempus in Lateranensi Concilio constitutum, diœcesani locorum in nonexẽptis, sua, in exẽptis verò, Apostolica auctoritate negligentiam super hoc supplent eorundem, *tex. apert. est in Clement.* 1. *de sup. negl.* quàm planè Clement. obseru. Io. de Sel. *in tract. de beneficio. par. 3. quæst.* 49. *num.* 1. vers. *sed si contingeret*, locum non habere, quãdo prælatus collator est exemptus, quia tunc deuolutio fieret ad Papam, vt not. *in c. 2. de con-*
12 *cess. præb.* † nam, qui non est superior, non supplet inquit negligentiam alterius, nisi vbi est à iure expressum, *c. licet de sup. neglig.*

& quod dictum est d. Clem. non intrare in prælato exempto, intelligendum est de prælato sæculari exempto, nam in regularibus clar. est tex. *d. Clem.* qui talis est *quia regulares Prælati Prioratus, Ecclesias, Administrationes, aut quæuis alia beneficia ad eorum dispositionem spectantia, cum vacant, interdum committere negligunt, vel conferre intra tempus in Lateranen. Concil. constitutũ, Diœcesani locorum, in non exemptis, sua, in exemptis verò Apostolica auctoritate, negligentiam super hoc suppleant eorumdem.*
13 † is autem erit Diœcesanus, qui debebit in isto casu supplere negligentiam; in cuius diœcesi erit beneficium non collatum, nõ verò ille in cuius diœcesi erit prælatus, qui fuit negligens in conferendo, & cuius negligentia supplebitur *glos. in d. clem.* 1. *not.* 3. & ibi Imol. in verb. *locorum*.

14 Cum itaque d. Abb. contulerit ipsam Ecclesiam dicto clerico sæculari; ab eodemq. in actu collationis huiusmodi fuerit enũciatus clericus sæcularis, illatum proinde fuit ex huiusmodi enunciatiua ad animum, & intẽtionem ipsius Abbatis, vt voluerit, & intenderit mutare statum beneficij, quod facere ei licebat;
15 † nam quamuis inferior Episcopo; putà Abbas, vel alius talis nequeat mutare statum beneficij, quandoquidem hoc spectat ad Episcopum, vt obseruat Franc. *in præcitato c. cum de benef.* 5. *de præb. in* 6.
16 † attamen illud intelligendum est de illis inferioribus institutoribus, qui non habent iurisdictionem quasi Episcopalem; secus verò in habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, *ex eodem Franco ubi sup. n.* 6. ratio est quia talis inferior, cui ea iurisdictio non est, quamuis sibi cõpetat exercitium institutionis, ei tamen non est auctorizabile, quia non potest destituere, ac proinde spectat ad Episcopum, qui potest instituere, & destituere, *Franc. n.* 2. *in c. presbyteri.* 1. *de capel. monac. in* 6.
17 † nec destitit Illustrissimus D. meus Episcopus Alexandrinus exponere cõcursum ad dictam Ecclesiam, quãuis sciret aliquando in defectum clericorum regulariũ suffici posse clericos sæculares in regularibus beneficijs, vt obseruat Gonzal. *in d. glos.* 8. *n.* 43. post Abb. *n.* 5. *in c. relatum.* 7. *ne Cler. vel monac. iuncta l. gradatim.* §. *quoties pecunia. ff. de mun. & bonor.*
18 † quinimò possunt etiam ipsi clerici sæculares stante necessitate, compelli ad acceptandum regulare beneficium, vt tradit Alphonsus Hoyeda *de incompatib. benef. p.* 2. *c.* 9. *num.* 15. *& Gonzal. d. glos.* 8. *num.* 45. & si spolietur, quamuis non appareret de tali casu necessitatis, ita vt esset inhabilis tituli, adhuc tamen sibi competeret possessorium recuperandæ,
19 † quia talia beneficia possunt præscribi, & per consequens etiam prouideri *Fel. n.* 44. *in c. in nostra.* 32. *de rescrip.* Gonzal. *d. glos.* 8. *n.* 47. *vers. vnde si clericus;*
20 † & è contra potest de iure communi præfici religiosus beneficio curato. *c. de monach. c. in parochia.* 16. *q.* 1. An-

Anchar. verſ. tertiò. in fi. in d. c. cum de beneficio. 5. de præb. in 6.
21 *poſt Feder. in conſ. 41.* † nam cum non latebat, quod etſi non dicatur immutatus ſtatus beneficij propter adminiſtrationem clerici ſæcularis de beneficio regulari, quādo nō vti ſæcularis adminiſtrauit, nec è contra, quādo regularis non adminiſtrauit vti regularis *Rota in vna Tulen. Prioratus. 14. Iunij 1593. coram Litta quæ eſt deciſ. 583. n. 2. & deciſ. 588. num. 2. p. 4. diuerſ.* quia tamen vt dixi ipſa ecclesia collata fuit ſimpliciter per dictum Abbatē dicto Clerico ſęculari cum enūciatione clerici ſæcularis, & fuit ab eodem poſſeſſa per annos vltrà 60. & poſtmodum collata fuit per ſummum Pontificē alij clerico ſæculari, qui etiam illam poſſedit, vti ſæcularis, vl-
22 trà 15. annos; † ideo non obſtante quod collatio Papæ non immutet ſtatum beneficij *Garz. de benef. p. 5. cap. 5. n. 118. & ſeq.* nihilominus quia ſatis videbatur vltimus ſtatus quod eſſet ſæcularis, ſtante tam longa præſcriptione, quę ſufficeret, etiāſi eſſet ſolum quadragenaria *cap. cum de beneficio. vbi Franc. n. 3. de præb. in 6. Rot. in d. Tuder.* concurſum inquam expediuit, quem planè etiam feciſſet ſi ſtatus fuiſſet dubius, nam in dubio beneficium præſumitur ſæculare *Gonzal. d. tract. gloſ. 7. n. 1. Rot. deciſ. 2. num. 2. verſ. facit ſecundum, de præbend. in nou. Francus, & alij in d. c. cum de beneficio. 5. de præb. in 6.*

23 Quod ſi conſtare minus poſſet de certitudine collationum, ſeu inſtitutionum, tunc videndum erit per quos clericos conſueuerit gubernari pro maiori parte; conditio etenim hominum, qui verſati fuerint plurimum confert ad hoc, *l. legatis. §. ſi vnus ſeruus. ff. de legat.* & præſertim vbi pro maiori parte obtinentes ſunt vltimi poſſeſſores, *l. ſi mater. ff. ne de ſtat. defunct. l. ſi minor. & l. mala. §. 1. de alim. & cib. legat. Ancharan. num. 2. verſ. quærit. in d. cap. cum de beneficio. 5. de præbend. in 6.*

24 At verò ſi nō poſſet conſtare de maiori parte poſſeſſorij tenentiū, tunc recurrendum erit ad aliam coniecturam, nempè, in qua Eccleſia ſita ſit ipſa capellania, & ſi reperiatur in Eccleſia ſæculari reputanda erit conſtanter ſæcularis, nā vti dicā infra *in Prælud. 23. de menſibus* omnia beneficia præſumuntur ſæcularia, quinimò pręſumeretur adhuc ſęcularis, quamuis eſſet in Eccleſia regulari, vt dictum fuit *in deciſ. 1395. num. 2. & 1305. num. 5. Illuſtriſs. Card.*
25 *Seraph. bo. mem.* † nam iuſpatronatus non acquiritur laico in Eccleſia regulari, niſi fortè reſeruatum fuiſſet in limine fundationis, *Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 1. quæſt. 5. art. 1. num. 10.* neque etiam tunc cum ſolo cōſenſu Epiſcopi, etenim neceſſarium eſt Apoſtolicum priuilegium in ipſo limine ad effectum pręſentationis *Rot. coram Pamphil. apud Farin. deciſ. 53. n. 1. p. 1.*

26 Cęterum ſi neque ex hac coniectura poſſet dilucidari ſtatus capellanię, de qua quęritur; nimi-

rum quia fortè sit in aliqua Ecclesia rurali de per se, tunc recurrendum erit ad aliam coniecturam, vtpotè, an instituti consueuerint in ea perpetui esse, an verò ad nutum ammouibiles; nam ex quo beneficia sæcularia sunt naturaliter perpetua *cap. præcepta. 55. dist.*

27 *c. sanctorum. 79. d. cum alijs*;† Regularia verò sunt manualia, & ad nutum reuocabilia, *c. cum ad monasterium. §. tales. 6. de stat. monac. Clem. 1. §. ad hæc. eod. tit. Clem. 1. §. præmissa. de supplem. neglig.* Io. Sel. *de benef. p. 3. q. 21. num. 2.* Gonzal. *d. tract. de mensib. glos. 8. n. 7. qui etiam dixerat de huiusmodi benef. in glos. 5. §. 6.* vbi ex hac coniectura ammouibilitatis concludit pro regularitate, ideo ex huiusmodi perpetuitate argueretur cōcludenter ad sæcularitatē.

28 Si tandem neque de hoc possit constare, tunc attendendus erit omninò vltimus præsentaneus status *d. c. cum de beneficio. 5. de prabend. in 6. & ibi Scribentes.*

¶ [*D. Marescottus var. resol. lib. 1. c. 15. vbi latè & eleganter discutit hanc materiam status beneficij. & D. Barbosa in collect. ad c. 19. n. 7. de iurepatr.*]

29 Et adeò necessaria est hæc discussio, & cognitio status huiusmodi, vt si de facto prouideretur contra statum beneficij, prouisio esset ipso iure nulla, nec excusaret negligentiam habentis præsentare, vel cōferre, quo minus locum habeat deuolutio ad superiorem, *Bellamer. decis. 172.* quem in testem sibi adducit Gonzal. *de mensibus, & alternat. glos. 8. n. 41.*

30 Insuper prosequendo ipsam primam considerationem, siue qualitatem capellaniæ, pręter statum ipsius, consideranda est etiam illius natura, an videlicet sit sacerdotalis; hæc autem qualitas potest deriuare, vel à fundatione, vel à consuetudine, aut certè à statuto, vel priuilegio *Petr. Greg. Tholos.*

31 *in tract. de benef. c. 36.*† & ea propter si fundatio sit, quæ disponit, videtur quòd sit omnino seruanda *Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 5.* vbi statuit vt, quando qualitates ex beneficiorū erectione, seu fundatione, aut alijs constitutionibus requiruntur, seu illis certa onera sunt iniuncta, (quales planè sunt Canonicatus S. Mariæ ad Niues huius Ciuitatis, qui habent annexum sacerdotium, ex constitut. fel. rec. Martini V.) tunc in eorum collatione, seu in quacumque alia dispositione eis non derogetur; *hæc sunt formalia verba Concilij loco citato.*

32 Sed difficultas fortasse erit cognoscere quandonam dicatur sacerdotalis capellania; non ita quidem facilè esset hoc soluere, verum postquam D. Nic. Garzia in suo celebri *tract. de benef. par. 7. c. 1. num. 58.* quam plurima ad hæc cumulat, huc referre breuiter non me pigebit, quę ad rem magis vsui fore putabo; dicamus igitur quod vbi institutio, vel statutum dicit quod tale beneficium non conferatur nisi presbytero, vel quod cōferatur presbytero, tunc debebit is, qui prouidendus erit, esse actu presbyter de tempore collationis: prout etiā esse debebit presbyter

actu

actu tempore præsentationis is, qui præsentatus fuerit, quando in fundatione disponitur per hæc verba, *præsentetur sacerdos*, vel *præsentetur capellanus, seu clericus, qui missam celebret*, vel adsunt alia verba respicientia tempus, seu
33 actum præsentationis, † nam qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus illius *l. in delicto. §.1. ff. de noxial. Abb. num. 10. in c. cum in cunctis. §. inferiora. 7. de elect.* & ita fuit decisum in vna Romana capellaniæ 29. Martij 1589. coram Illustriss. Pamphilio, quam refert de verbo Garz. *d. c. 1. §. 1. num. 79. p. 7.* & eiusdem sententiæ videtur esse Zerola *in prax. Episc. p. 1. verb. beneficium. §. 7. conclus. 5. quem citat Garzia vbi sup. n. 59.* qui planè scriptum reliquit, quod vbi fundator, vel statutum diceret, *quod prouisus sit capellanus, vel sacerdos*, tunc, inquit, requiritur vt sit sacerdos
34 actu, † volens vt illa dictio *vel* stet declaratiuè, & ita testatur fuisse sententiatum. sed Perez de Lara apud eũdem Garziam tenet, quod eiusmodi dispositio non faciat capellaniam sacerdotalem actu, sed aptitudine: Zecchus verò *de rep. Eccles. cap. de benef. n. 4.* quem sequi videtur Garz. *d. c. 1. n. 60. & seq. p. 7.* dicit quod si testator leget, aut statutum, vel consuetudo habeat, *quod prouisus de capellania sit sacerdos, vel capellanus*, oportet vt sit actu sacerdos, non autem clericus tantum, & nouissimè Illustriss. bo. mem. Card. Tuscus *in suis conclus. lit. B. conclus. 57.* tenet contra opinionem Ferret. *cons. 305.* dicentis, quod per verba testamenti, & fundationis, vt, *eligatur, seu præsentetur sacerdos*, non iniungitur sacerdotum actu tempore præsentationis, sed solum aptitudine, nisi, inquit Ferretus, testamentum, vel fundatio iniungat ordinem sacerdotis, per verba negatiua, dicendo, *non conferatur nisi presbytero, vel non possit præsentari nisi*
35 *sacerdos*, † sed re vera hæc decisio Ferreti videtur sustineri, stantibus declarationibus Sacræ Congregationis relatis per Garz. *d. tract. de benef. p. 7. c. 1. §. 1. n. 87. & q. 3.* vbi habetur Sac. Congregat. censuisse, *quod Episcopus non potest cogere obtinentẽ capellaniã vt ipsemet celebret, licet in eius fundatione disponatur, quod Rector celebret; nam istis oneribus missarum rectè per substitutũ satisfit*, & alibi ait quod cõsulta ead. Sac. Congr. *an stante fundatione quod capellanus debeat celebrare diuina officia diu, noctuq. sicut cæteri capellani faciunt; vtrum capellanus iste debeat esse presbyter*, Congreg. Concil. censuit, *ex istis verbis positis in fundatione huius capellæ non censeri necessariò, quod capellanus debeat esse presbyter*, & reperio DD. de Rota in præallegata Roman. capellaniæ 2. Ianuarij 1589. coram bo. mem. Illustriss. Pamphilio, ex præmissa declaratione mutasse sententiam, & resoluisse in hæc verba, quæ sic affert Garz. *d. c. 1. §. 1. n. 94. p. 7.* *DD. attenta resolutione Illustrissimorum* DD. *Cardinalium Sac. Conc. interpretum in causa Pi-*

florien. quod præsentandus non debeat esse presbyter, ex eo quod in fundatione dicatur Capellanis debere celebrare diuina officia, quia iuxta alleg. Lap. 36. *nisi expresse caueatur quod per se ipsum hoc agat, satis censetur prouisum voluntati testatoris, si per alium diuina celebrari faciat*; ad regul. qui per alium, *& trad. Card.* in c. de multa in fi. vers. quanto de præb. *recesserunt à resolutis in hac causa, & dixerunt Capellaniam non esse sacerdotalem*, tangit etiam D. Senator Paulus Bellonus *lib. 1. cap. 94. de potest. eorum quæ fiunt in contin.* [Idem notat *Beltraminus ad decis.* 108. *Greg. XV.* vbi dicit quod Rota requirit vt fundator expressè dixerit quod capellanus teneatur per se ipsum celebrare, aliàs Rota non censet beneficium sacerdotale.]

Circa eandem considerationem qualitatis considerandum est, an capellania, de qua quæritur, sit familiaris, aut debita certo generi personarum, ex fundatione, vel consuetudine, seu statuto, nam
36 quamuis † de iure communi non sit attendenda, quoad collationem, & prouisionem beneficiorum exceptio personarum, quoad nationem, *tex. est in c. ad decorem 5. de instit. iuncta glos. verb. vn-*
37 *decumque*; † ita vt si consideretur statutum, per quod excludantur clerici alienigenæ, siue exteræ nationis à cõsecutione beneficiorum, diceretur contra ius commune, idest contra *d. c. ad decorem. 3. de instit.* iuncta decis. Rot. *in Seguntin. admissionis ad capitulum 15. Iunij* 1587. *coram Gypsio est decis. apud Farinac. in nouit. nouiss.* 24. *n.* 1. nihilominus quando expressè cauetur per fundationem, vt non nisi certis personis conferatur; quod potest fie-
38 ri, † quandoquidem fundator potest apponere in fundatione conditiones, etiam contra ius commune, & venit obseruanda fundatio *Lambert. de iurapatr. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 9. *art.* 1. *ampliat.* 19. *n.* 84. ideo si capella hæc esset tali dispositione vallata, esset vtique conferenda ei, qui haberet qualitates requisitas ab ipsa fundatione, & non alij.

Et hæc sufficiant circa qualitatem dictæ capellaniæ, siue circa primam considerationem adhibẽdam per dictum delegatum, seu Executorem Apostolicarum literarum, quod si adhuc satur omninò non est, recurrat ad vberes fructus disertissimi, & vberrimi tractatus D. Hieron. Gonzal. & potiss. *in glos.* 5. *n.* 103. *& seq. de mensib. & alternat.* necnon, & eminentis, & elegantis D. Nic. Garz. *de benef. p.* 7. *c.* 1. vbi, & copia, & dulcedine poterit ad saturitatem sua desideria complere. Iam descendamus nos ad secundam principalem consideratiõe, quæ planè respicit naturam iurispatronatus.

39 Secundò, consideranda principaliter est natura totius ipsius iurispatronatus, nam quamuis ex latere præpositi videatur absolutè Ecclesiastici, quippe quod ad eum spectat ratione suæ dignitatis, à

Gon-

Gonzal. de mensib. glos. 18. *n.* 5. *Lambert. de iurepatr. lib.* 1. *q.* 1. *art.* 5. nihilominus quia posset etiã revera esset verè laicale, vtpotè si fuisset relictũ dicto Præposito pro tempore à laico, cum natura iurispatronatus laicalis tantum, & non aliter, de quo dicã Deo dante *in requis.* 8. *dub.* 1. *per decis. Rot. quam ibi afferã*. vt nos habemus in hac Alexãdrina Cathedrali iuspatronatus nuperrimè institutum à D. Augustino Galea Sac. Theol. Doct. eiusdem Cathedralis Theol. Præbendato, Viro pietate, & doctrina ornatissimo; qui in eadem Cathedrali dotauit Canonicatum vnum, cum præbenda sub inuocatione SS. Augustini, & Caroli, reseruato sibi, & certis suis consanguineis masculis tantum, & legitimis, ac naturalibus iurepatronatus, & in euentum extinctionis ipsarum lineatũ, vocauit Capitulum dictæ Cathedralis, ordinans vt dictum iuspatronatus ad illud Capitulum transeat cum natura tãtum iurispatronatus laicalis, itaut laicali more fieri debeat præsentatio; & huiusmodi erectioni interposuit decretum, & auctoritatem D. Stephanus Lanciauegia Doct. & eiusdem Cathedralis Pœnitentiarius Prębendarius, vti Vicarius Illustrissimi D. mei Episcopi Parauicini, à quo nedũ Vicariatum propter ingentes suas virtutes, rerumq. gerendarum experientiam, & dexteritatem reportauit; verum etiam obtentum fuit, vt per fel. rec. Paulum V. Apostolicus Pro-
40 thonotarius crearetur: † sicut è conuerso quamuis ex latere d. A. videatur laicale, posset fortè esse Ecclesiasticum, puta, quia potuisset A. illud acquisiuisse ex priuilegio, vel ex fundatione clerici de bonis acquisitis ex beneficio, quo quidem casu esset Ecclesiasticum, *Gonzal. d. glos.* 18. *n.* 5. vel aliàs ex præscriptione, & sic esset sublatum per Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 9. *de refor.* estque subiectum nihilominus reseruationi *reg. ix. aliàs viij. de mensibus. Gonzal. d. glos.* 18. *n.* 6. & per solam simplicem collationem censetur derogatum *Gonzal. ibid. n.* 7. & ego latius dixi *sup. dub.* 3. ex decis. Rot. *in causis Compsana, Paduana, & Cæsaraugustana ibi allatis*. non obstante quod priuilegium ipsum fortè contineat etiã clausulam, *vt sit perinde ac si esset ex dotatione, vel fundatione*, vt latè etiam tradit Garz. *de benef.*
41 *p.* 5. *cap.* 9. *n.* 118. † vbi etiam adstruit quod immemorialis nõ prodest; quinimò quamuis contineret magis expressam clausulã, putà *quod iuspatronatus dicatur ex vera, & reali fundatione, & dotatione*, non proinde fieret quin sit ex priuilegio; attamen non nego quin habeat plus prerogatiuę, quã iuspatronatus in simplici priuile-
42 gio: † nam quamuis Papa possit fingere, & facere, vt aliquid quod non est, pro tali tamen habeatur respectu certi effectus, vt vidimus *d. dub.* 3. *num.* 29. & 87. nihilominus respectu regulæ reseruatoriæ dicitur procedere ex priuilegio, & non ex eo, quod sit verè ex dotatione, & fundatione, cũ illa qualitas insit priuilegio, vt sub-

ſubtiliter, & eleganter fuit conſideratum *in d. Placentina Rota dub.*3. nam ſuffragabitur tantum huiuſmodi clauſula, vt iuſpatronatus non videatur ſublatum per Concil. Trid. *d. cap. 9. de reform. ſeſſ.* 25.

43 Quinimò amplius cenſeretur ex priuilegio quãuis ineſſet clauſula *quod prouiſiones non poſſent fieri, niſi de conſenſu patroni, ſiue quod non poſſit derogari, & ſi derogetur non ſufficiat derogatio, ſed in priſtinum ſtatum reponatur*; nam per hanc clauſulam, vti etiam cõcluſi *in 3. dub. n.*24. 36. & 88. *hac Pralud.* non præſeruatur iuſpatronatus quominus cadat ſub reſeruatione *reg. de menſibus*, ſed tantum obtinet locũ, quando Papa prꝗuenit ordinarios, vel cum ipſis concurrit in mẽſe ordinario, quod poteſt facere, vt ſępius replicaui, & hoc caſu opus eſſet derogatione propter dictam clauſulam, non autem quãdo beneficium iuriſpatronatus huiuſmodi vacat in mẽſe reſeruato, quia tunc remanet adhuc ſub reſeruatione ipſius reg. & ita ſubiectũ illi ſit huiuſmodi iuſpatronatus ex priuilegio dum vacat beneficium in menſe Papæ, & prouidetur per Papam, vt non ſit opus aliqua expreſſa derogatione, ſed ſufficiat generalis derogatio per clauſulam *ad cuiuſcumque præſentationem, &c.*

44 Et quamuis Gonzal. *in d. gloſ.* 18. *verſ. inſuper. num.*92. *& ſeq.* dicat quod vbi in priuilegio ſunt ampliſsima verba continentia; *quod tale iuſpatronatus habeatur perinde, ac ſi ex vera fundatione, & dotatione competeret, & quod niſi de toto tenore, & data præſentium plena ſpecifica, & indiuidua, ac expreſſa, & de verbo ad verbum, non per clauſulas generales idẽ importantes mentio fiat, & priuilegiati, ad id accedat conſenſus, derogari non poſſit, nec derogatum cenſeatur*, tunc non intrabit reſeruatio regulę, vti iam fuit reſolutum *in vna Aſtoricen. Archidiaconatus.*19. *Martij* 1576. *coram bo. mem. Card. Seraph. quæ eſt deciſ.*291. vbi fuit dictum *quod indultum Marchionis Aſtoricen. continens clauſulas ſupra relatas, non erat derogatum per reg. reſeruatoriam Pauli IV.* & per alias deciſiones quas *ibi num.* 44. allegat Gonzal. ſeu potius citantur in d. deciſ. Aſtoricen. & eis reſpondetur, ſicut etiam dicit Gonzal. *d. gloſ.* 18. *num.*96. præſeruari aliud ſimile indultum conceſſum à Pio V. ſanctæ mem. Duci de Alua ad præſentandum beneficia vacãtia in menſibus Apoſtolicis; conceſsiones nihilominus factæ ante Concil. Trid. inquit idem Gonzal. *ibi n.*105. quamuis non videantur ſublatę per regulam reſeruatoriã, ſtantibus adeo prægnantibus, & ampliſsimis clauſulis, vt in dicta Aſtoricen. ex quo tamen ſublata ſunt per Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de refor. cap.*9. & ſic mediante huiuſmodi diſpoſitione Concilij, eximitur, & aperitur via ab impedimẽtis, & obſtaculis, benè poteſt intrare regula reſeruatoria, & ita, quod ex ſe non poteſt vincere & ſuperare, vincit, & ſuperat ex diſpoſitione Concilij *arg. c. auctoritate.*

tate. §. *licet enim.* 7. *de conceß. præb. lib.vj.* *Rot. decis.*23. *n.*3. *de re iudic. in nou.*

45 Nec contrariari videtur decis. Astoricen. nam ibi non disputabatur, nec controuertebatur de dispositione Concilij, illiusuè derogatione, sed de dispositione 8. reg. reseruat. & in alia Placentina de Mirabell. non disputabatur, nec dubitabatur de reseruat. reg. sed an per Concil. Trid. essent sublati omnes patronatus ex priuilegio quantumuis efficacissimas clausulas habentes, & fuit decisum quod sic, vt sæpè etiam declarasse Sac. Congregat. testatur Gonzal. *d.glos.*18. *n.*97. *solum namque.*

46 Illud tamen omninò animaduertendum erit vt si iuspatronatus sit ex huiusmodi priuilegio, an fuerit cõfirmatum à Sede Apostolica post Concilium, nam tunc ex quo in Concil. Trid. reseruata est auctoritas Papæ *cap. vlt. seß. vlt.* nec est opus expressa derogatione eiusdem Concil. sed censetur eidem derogatum, non intraret regula reseruatoria *Gonz. d. glos.* 18. *n.* 106.

47 Quod autem dixi de præscriptione cauendum est ab omni errore, nam præscriptio, quam abrogauit Concilium *seß.*25. *cap.*9. *de reform.* intelligenda est quando est absque titulo fundationis, vel dotationis, secus verò si reperiatur prescriptio contra tertium, qui ius haberet à dotatione, vt fuit resolutum *in causa Auximana iurispatr.* 7. *Febr.* 1586. *coram Illustriß. Seraph. & est decis.*719. *& dixi supra dub.* 19. *n.*2.

Tertiò principaliter consideranda sunt qualitates patronorum inspecta semper dispositione fundationis si reperiatur, aliàs seruanda erit consuetudo si de ea appareat, aut tandem vltimus status quasi possessionis presentandi.

In primis igitur videndum erit an fundatio disponat vt patroni sint tantum masculi à masculis, & per lineam masculinam dumtaxat descendentes, sintq. legitimi & de legitimo matrimonio procreati, exclusis naturalibus, aut etiam le-
48 gitimatis; † an autem vocet simpliciter descendentes per lineam masculinam, quo casu venirent etiam fœminæ ex masculis; nam etiam fœminę dicuntur descẽdere per lineam masculinam *glos. in l. gallus.* §. *nunc* in verb. *tametsi de lib. & posthu.* quam Couar. *in comment. de testam. in repet. c. Rainaldus.* ferè in fine, dicit esse singularem, & sic posset dari concurrentia cum ipso A, & item an vocet proximiores, aut agnatos;
49 quia † quamuis agnati dicantur tantum illi, qui descendunt ex masculis *instit. de succeß. cognat.* §.
50 *vulgo quæsitos*; † iuspatronatus tamen reseruatum filio, & descendentibus ab eo masculis; imò, & descendentibus ex genere, admittit etiam fœminas, seu succedentes, licet non descendant à filio *Cassad. decis.*1. *num.*1. *&* 3. *de iurepatr.* Anchar. *cons.*81. *quē etiam refert & sequitur Rocc. de Curte in isto tract. vers. suboritur nunc n.*19. *verbo ipse, vel is q.*8. quod tamen intelligit Rocch. d. verbo *ipse vel is, quasi.*6. *n.*14. quando fœmi-

na

na esset heres sicut masculus, quia, inquit, iuspatronatus transit ad illum, ad quem transit hereditas,
51 prout † etiam succederent fœminę in iurepatronatus relicto illis de parentela, si essent innuptę, vel alias essent nuptę intra parentelam *Cassad. d. decis.* 1. *de iurepatr.*
52 *in fine*, † quod etiam limitandum est, quando ex forma statuti excluditur fœmina, extantibus ma-
53 sculis *Rocch. vt sup. n.* 14. † quę quidem fœminę veniunt etiam vbi disponitur sub nomine *Sobolis*, & *Prolis* sub verbo *genti tuæ* veniunt agnati, & cognati, quamuis verb. *progenies* comprehendat omnes descendentes ex masculina tantum; vt probatur *in l. fi. C. de gnitate. lib.* 10. *Cassad. d. decis.* 1. *n.* 2. *de iurepatr.*
54 Considerandum erit similiter an ipsum iuspatronatus sit familiare idest relictum illis de familia qualia sunt quamplura in hac ciuitate Alexandrię, & potissimum Archipresbyteratus, & Canonicatus sub inuocatione S. Iacobi in hac Cathedrali Ecclesia, qui sunt de iurepatronatus Illustriss. familię DD. de Arnutijs, *cum obligatione augendi tertiam partem redditum ex proprijs bonis immobilibus, ita quod si inter illos graduatus existat huiusmodi præsentatio ad eum; si verò plures fuerint graduati ad magis graduatum; & data illorum paritate ad antiquiorē in gradu: nullis verò graduatis existentibus, ad antiquiorem dictorum patronorum de legitimo matrimonio procreatorum pertineat, qui vnum presbyterū, seu clericum ex linea ipsius genitoris, si tunc reperiatur, aliàs de familia seu agnatione huiusmodi respectiue, simili ordine seruato, præsentare teneantur; aliàs præsentatio nulla, & inualida, nulliusq. roboris, vel momenti sit, & esse censeatur; & eo casu alius ex patronis in eodem iure post antiquiorem succedens ea vice priore præsentatione inualida non obstāte, præsentare possit cum clausulis & decreto*, de quibus dixi superius dub. 3. n. 2. 19. 23. & seq. isto Prelud.

Porrò dato quod sit hereditarium videndum erit, an sit sanguinis tantum, an vero testamenti,
55 vel quasi; † nam heres sanguinis is est, secundum Lambert. *de iurepatr. lib.* 3. *q.* 5. *art.* 4. *num.* 11. non solum qui nascitur ex masculis, sed etiam ex fœminis, quāuis non sint eiusdem familię, & ad hos tantum transit ius sepulchrorum, non autem ad extraneos heredes, *Lambert. ibid. n.* 3. *vers. nisi di-*
56 *camus*; † si igitur relictum sit heredibus sanguinis tantum, succedent quamuis non instituātur heredes vniuersales *Lambert. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 2. *art.* 1. *n.* 6. at verò si sit hereditarium ex testamento, vel quasi, puta, legato, donatione, & huiusmodi, tunc etiam extranei admittentur *Anchar. cons.* 81. *p.* 2. quod planè consil. fuit pluries canonizatum per Rotam, vt est videre *in decis.* 385. *n.* 4. *p.* 1. *diuers.* & in decis. Illustrissimi Seraph. *decis.* 364. *num.* 4. & Lambert. latè *d. art.* 2. *vbi n.* 29. dicit quod quis succedat in iuspatronatus si est
57 heres vniuersalis: † vnde, inquit, heres

hæres particularis: filius, qui repudiauit hæreditatem paternam: fœmina maritata à iure municipali ab hæreditate paterna exclusa: & hæres institutus donec hæreditatem adeat, non efficiuntur patroni, at in hæredem sanguinis non hæredem vniuersalem, dicit quod non videt quomodo possit iuspatronatus transire, nisi aliquo titulo particulari cum consensu Episcopi.

Quarto loco consideranda sunt iura ipsorum præsentantium, & maximè ipsius A; vtpotè quomodo se ingesserit ad præsentandum, an tanquam de familia, si iuspatronatus sit familiare, seu illis de parentela relictum; nam in hoc casu, vel posset esse verè de parentela illorum, ad quos vti de ea parentela competit ipsum iuspatronatus, &
58 valeret præsentatio; † vel posset esse non verè de ipsa parentela, sed quidem aggregatus, & tunc videndum esset an fuerit aggregatus nemine discrepante, & cum verbis plenissimis, vtpotè quod sit de parentela in omnibus & per omnia actiuè, & passiuè ac si in illa natus esset; aut quidem aggregatus fuit aliquo de ipsa parentela discrepãte: vel tertiò fuit adoptatus ab aliquo de parentela, aut alias esset illegitimus; si itaque esset aggregatus nemine discrepante, censeretur de parentela etiã quoad iuspatronatus *Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 2. q. 2. art. 11. num. 12. §. si verò.* vers. *& primo casu*; at verò si esset aggregatus, aliquo, etiam vno discrepante, non valeret præsentatio, *per ea, quæ* tradit *Lambert. vbi sup. vers. se-*
59 *cundo verò casu:* † prout neque si esset adoptiuus, nam vt obseruat Lambert. *vbi sup. n. 13.* nemo potest à pluribus adoptari, quia nemo potest esse filius pluriũ, sed mitigat hoc vbi adoptio facta fuisset de consensu omniũ de parentela.

60 Si denique esset illegitimus non diceretur de familia *Hieron. Gabriel. cons. 195. num. 5. lib. 1.* & per consequens non potuisset præsentare.

61 Sed si fortè ingesisset se tanquam fideicommissarium etiam vniuersalem, ex quo fideicommissarius non consequitur iuspatronatus, vt omnes vno ore docent, vt planè est videre apud Lambert. *lib. 1. p. 2. quæst. 2. art. 35. n. 1. 2. & 3. q. 10. art. 3. n. 22. §. nec etiam sextum.* Rocch. de Curte in verb. *ipse vel is quæst. 9. n. 21.* Paul. de Citad. *par. 9. n. 33.* Iulius Viuian. *p. 1. lib. 4. c. 2. n. 26. & seq. de iurepatr.* Card. Mantica *de tac. & ambig. lib. 4. par. 1. tit. 12. num. 6.* Couar. *var. resolut. lib. 2. c. 18. n. 8.* non poterit proinde præsentare, quando iam non sit in quasi pos-
62 sessione præsentandi † nisi fortè ipsa capella fundata esset in aliquo fundo sibi restituto ex fideicommisso, quando hæres habuit legitimam aliunde, vti plenè diximus supra *dub. 11. Lambert. latè*
63 *d. art. 35.* vel si casu † se ingesit vti propinquus, vel propinquior, quo casu debet probare se esse talem, & huiusmodi propinquitas siue proximitas consideratur, & attenditur respectu vltimi grauati nisi concurrant contrariæ coniecturæ

cturę Rot. coram Pamphil. apud Farinac. *decis.*460. *n.*3.*p.*1. *& decis.* 510. *ibid. n.* 2. qua planè qualitate non probata non erit admittendus.

64 Qui verò dicantur propinqui,& propinquiores,quivè ex linea,latè & subtiliter tradit Anchar.*in cons.* 95. *à n.*.3. *& seq.* vbi dicit quod simpliciter, & absolutè loquendo, propinqui sunt omnes illi, qui vocantur de iure ciuili ad successionem ab intestato, & quod quãuis siue in comparatiuo, siue in posi-
65 tiuo, idem sensus videatur † cum proximus in positiuo sit, quem nemo pręcedit *Instit. de leg. agnat. suc. §. proximum*. vbi tamen disponitur quod vnus ex proximioribus debeat interuenire intelligitur de magis propinquis, ita vt non
66 possit esse vlterior in gradu, † & dicit quod sub verbo propinquioribus compręhenduntur tam fœminę, quam mares, quando materia est apta eos compręhendere.

67 Quintò erit principaliter considerãdum quomodo vacauerit ipsa capellania, an ex causa permutationis,& tunc etiam,an de cõsensu patroni nec ne; nam si facta fuisset sine consensu patroni teneret quidem resignatio in pręiudicium ipsius resignantis, at nullatenus in pręiudicium patroni & ea propter posset patronus liberè pręsentare quemlibet non secus ac si vacatet per liberam, & simplicem resignationem *Kocbier. de permut.par.* 1.
68 *c.*19.*n.*5.vers. *ex quibus.* † si verò facta sit cum consensu, aut de licentia ipsius patroni,conferri non poterit nisi cõpermutanti *Clem.* 1. *de rerum permutat. Kocbier.de permut. par.*1.*cap.*2.*n.*10. vers. *& collatio*.

69 Animaduertendum erit pręterea an huiusmodi resignatio ex causa permutationis fuerit facta in manibus Papę, an verò in manibus ordinarij, nam si facta fuerit in manibus Papę dicitur vacare apud sedem si tamen sit de iurepatronatus Ecclesiastico, secus verò sit laicale, vel mixtum, quia ex quo non cadit sub aliquam reseruationem, ne quidem respectu institutionis, vt in terminis regulę reseruatorię animaduertit Couar. *pract. quæst. cap.*36.*n.*5. *in princ.* & Anast.Germon. *de indult.§.volumus.n.* 29. quos etiam refert & sequitur Gonzal.*d.glos.*18.*num.fi.* neque dicetur vacare apud sedem, vt iam habemus resolutũ per Rotam in vna Gerunden. beneficij. 15. Decembris 1599. coram Illustriss. Seraph. *& est decis.* 1334. *num.* 6. & plusquam milies apud Gonzal. Garziam, Simonetam,& Staphil. ac omnes.

70 Nec mirum sit quod dixerim mixtum iuspatronatus non vacare apud sedem, stante quod videtur obstare regula quod magis dignũ trahit ad se minus dignum, atque adeo cum magis sit dignũ Ecclesiasticum deberet trahere laicale, *c. per tuas. 9. cap.contingit.* 8. *de arbitris*; non inquam hoc mirum sit, nam pro hac conclusione habemus elegantem decisionem pręcitatam 1334. *Seraph. vbi n.* 7.
71 dictum † fuit *non obstare quod iuspatronatus de quo agitur sit mixtum, quoniam ad effectum* *reg.*8.

reg.8. reputatur laicale, tex. *in c.1. de iurepatr. in 6.* vbi Papa ita disponit, *Et omnino quantum ad præsentationem pertinet, non vt patronus laicus, sed vt patronus debet Ecclesiasticus reputari.*

72 Hinc Rocch. de Curte *in tract. de iurepatr.* in verb. *ius, quæst. 1. access. ad quæst. 7. princ. num. 16.* quæsiuit an Ecclesia mixti iuris sit regulanda ad instar Ecclesiastici, an laicalis iurispatronatus; & postquam hinc inde ad vtrumque disputauit allegando vltrò, citròque iura, & doctrinas; tandem amplexus fuit eam distinctionem, quam fecit Felin. *in tract. quando literæ Apostolicæ noceant patronis. n. 6.* nimirum vt fiat denominatio à qualitate clericali, vbi ex tali prædominatione resultet cõmodum Ecclesiæ, aut personæ Ecclesiasticæ, & ita inquit procedere *c. per tuas. 9. de arbitr. & bo. tex. in c. 1. de iurepatr. in 6.* vbi verò resultet incommodum, vel deterioratio ex huiusmodi prædominatione clericalis qualitatis, tunc si ex laicali melioretur conditio Ecclesiæ, ipsa qualitas laicalis est potius attendenda *Fel. & Rocc. vbi*
73 *sup.* † nam compositum assumere debet naturam alterius speciei secundum quod iuri minus derogatur *Abb. n. 4. in cap. super quæstionem. §. si verò. 27. de off. deleg.* Gonzal. *d. glos. 18. n. 13.* vbi alios
74 quamplures allegat; † & ex his palpamus quod in terminis Ecclesiæ parochialis iuspatronatus regulatur vti Ecclesiasticum, nam est magis fauorabile, in terminis autem reseruationis, regulatur vti laicale. luculenter de hoc Garzia *de benef. p. 9. cap. 2. §. 2. n. 278. & seq.* vbi refert nonnullas declarationes Sac. Congreg.

Inspiciendum insuper erit, si non vacauit ex causa permutationis, an vacauerit ex simplici resignatione, vel aliàs in fauorem, quam vocant, & an facta fuerit resignatio simplex in manibus Papæ, an
75 ordinarij, † nam in fauorem fieri nequit in manibus ordinarij, & si fiat, & admittatur est nulla, imò simoniaca *glos. in c. ex parte. 12.* verb. *dimittere. de off. deleg.* Kochier. *de permut. benef. cap. 25. n. 1.* & vtroque modo si sit iurispatronatus Ecclesiastici est Papę reseruata, quia diceretur vacare apud sedem *Simonet. de reseruat. benef. q. 28. n. 1. per c. 2. de preb. in 6.* vbi ampliat etiam ad resignata in curia in manibus ordi-
76 narij, † nisi tamen resignans obijsset intrà 20. dies, à die per ipsum resignantem præstandi cõsensum, computandos, & nisi etiam vacasset intrà ipsos 20. dies extra curiàm, ac vicina loca, ita quod obitus non contingat in curia, *iuxta c. præsenti. 34. de præb. in 6.* nam per reg. de xx. non solum resignatio in manibus Papæ facta, sed etiam collatio per eum facta resoluuntur, & annullantur indistinctè, & beneficium censetur vacare per obitum absolutè, ac si nunquam resignatum fuisset *Kochier. d. reg. de xx. n. 21. Simonet. d. q. 28.* verb. *sed regula num. 6.* D. Bellon. de *his, quasi. in contin. lib. 1. cap. 94.*

Si etiam non vacauit per resigna-

gnationem, videndum erit an vacauerit per priuationem; & hoc casu considerandum etiam erit an priuatio huiusmodi sit à iure, an ab homine, & si sit à iure, videndum erit an venerit talis priuatio ex delicto inducente priuationem cum reseruatione, quale est Simoniæ, & confidentiæ, hæresis, & huiusmodi, vel aliàs an vacauerit ex aliqua contrauentione, aut inobseruantia Pontificiarium Constitutionū priuationem importantium, qualis est omissio publicationis resignationis, inobseruantia formæ concursus & hu-
77 iusmodi, † nam reseruatio impedit ordinariam collationem *Simoneta de reseru. q.99.n.7.* si verò sit ab homine, tunc videndum erit an sententia sit prolata in curia, an extrà, si in curia, erit reseruatum, siue is, contra quem lata fuit sententia priuationis, fuerit in curia, siue extrà tempore prolationis
78 sententiæ huiusmodi; † etenim beneficium vacat vbi sententia priuationis profertur *Paris. de resignat. lib.* 11. *q.*8. *n.*7. at si lata fuerit extra curiam videndum erit an lata fuerit ordinaria, an Apostolica auctoritate, si ordinaria videndum pariter erit an lata fue-
79 rit in mense ordinario; † nam si lata esset Apostolica auctoritate, vel in mense Apostolico, quamuis ordinaria auctoritate, esset, adhuc reseruatum beneficium ex huius-
80 modi priuatione vacans, † nam regula de octo mensibus excipit dumtaxat beneficia vacantia per resignationem Gonzal. *super d.*
81 *reg. glos.* 14. † si verò lata fuerit ordinaria auctoritate in mense ordinario, extra curiam, liberum erit ordinario conferre *per supradicta.*

82 Nec omitto quod quamuis soleat Papa derogare iuripatronatus mixto, vt notat Garzia *de benef. p.* 5. *c.* 1. *n.* 583. nihilominus sciendum est quod ratione partis laicalis non dicitur derogari in totū, sed pro medietate, ac proinde quia duo sunt patroni, vnus laicus, alter Ecclesiasticus, Papa derōgando pro medietate derogat pro medietate contingente laico; quatenus verò est Ecclesiasticum, cum non sit opus aliqua derogatione, fit vt dicatur quod solet derogari in totum ita obseruat Garz. *vbi supra n.*584. *& dicam infrà d.* 22.

83 Si verò vacauit per obitum tūc etiam inspiciendum erit, an vacauerit in curia, in locis uè vicinis, nam tunc quamuis esset merè laicale, nedum mixtum, Papa consueuit derogare in totum *Staphil. de lit. grat. in rubr. de iurispatr. prærogatiu. in princ.* Paris. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 4. *n.*45. qui indistinctè dicit quod Papa consueuit derogare beneficia iurispatronatus, quando vacant in curia; sed cauendum est ab hac doctrina, ita indistinctè tradita, nam derogatio consueuit concedi dumtaxat quando vacant per obitum in curia, secus si aliter quam per obitum, ita Staphil. *vbi sup.* & ita vidi etiam practicari, & latius dixi *supra hoc Prælud. dub.*2. *n.* 8. *& seq. Seraph. decis.* 1263.

84 Sextò principaliter considerandæ

dæ erunt qualitates præsentatorũ: & primò vidẽdum erit an præsentatus esset clericus tempore præsentationis, nam inter qualitates, quas habere debent ij, quibus cõferenda sunt beneficia, prima, & præcipua est clericatus, & ordo *c. cum contingat*. 11. *de ætat. & qualit.* alioquin si non sint clerici, sed laici, sunt incapaces beneficiorum *D. Bellon. de his, quæ fi. in contin. cap.* 94. *lib.* 1. *c. ex literis.* 6.
85 *de transact. cap.* 2. *de instit.* † ita vt non sufficiat delatio habitus, nec communis reputatio *Fel. n.* 2. *in c. cũ adeò.* 17. *de rescrip. Paris. de resignat. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 19. & in terminis præsentationis quod laicus non possit præsentari nisi nulliter, post Mill. *in repert. verb. beneficium si impetrat, Rebuff. in concordat. tit. de forma mandati verb. pro expressis*, & verb. *quaro quæ sint*, Lambert. *de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *q.* 7. *art.* 2. *ad fin. & art.* 7. *&* 29. *ad fin. Hoyed. de incompatib. par.* 1. *cap. fi. n.* 72. *Gutierez cons.* 2. *n.* 21. *Parlador. differ.* 120. *n.* 18. *Tusch. conclus.* 56. *n.* 4. *lit. B. & Paris. de resignat. d. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 5. concludit Garz. *de benef. p.* 7.
86 *cap.* 1. *n.* 25. † Nec releuat quod dicit Paris. *d. quæst.* 2. *n.* 6. dum allegãs decis. Rot. *in vna Imol. iurispatron.* 19. *Nouembr.* 1584. *coram Orano*, dicit hanc conclusionem non procedere quoties fuit præsentatus proximè clericãdus, quia hoc intelligendum est, non simpliciter, sed tantũ quando de proximo clericandus præsentatur in tempus in hanc formam; *præsento Petrum de proximo clericandum & peto eum ordinari*; tunc enim videtur præsentare, vt cum sit cle-
87 ricus instituatur, † nam clericatio subsequens etiam de proximo non retrotrahi potest ad tempus præsentationis, vltra quod d. decis. quam allegat Paris. loquitur in eo qui fuit præsentatus per literas, quo tempore non erat clericus, sed tempore, quo fuerũt literæ præsentatę ordinario, erat clericus, & proinde cum ipsæ literę, antequam pręsentarentur ordinario, haberent vim dumtaxat nominationis, per quam non acquiritur aliquod ius, nec in re, nec ad rem, & potest fieri etiam de laico, non intrat propterea in casu nostro, *latè Garz. d. c.* 1. *à n.* 28. *vsq; ad* 39.

Et hoc dato quod capellania, de qua agitur non sit sacerdotalis, vt dictum est *in prima cõsideratione principali. §. insuper*, quia tunc deberet habuisse ipsam qualitatẽ, vel saltem fuisse in ea ętate, vt infra annum potuisset promoueri ad sacerdotium, vt latè etiam dixi *ibi*, & dicam *infrà in requis.* 7. *dub.* 20. *& req.* 10. *dub.* 11. *n.* 28. videatur. D. Bellon. *de his quæ fi. in contin. cap.* 94. *lib.* 1.

88 Non propterea nego quin patronus de consensu ordinarij pro vna vice pręsentare non possit ad beneficium eum, qui non habeat omnes qualitates in fundatione appositas, hoc enim admittit Rot. in vna Foroliuien. capellanię. 10. Maij 1589. coram Illustriss. Seraph. *num.* 4. *decis.* 871.

89 ¶ [Verumtamen si ex dispositione fundationis esset pręsentatio faciẽda de sacerdote proximiori patro-

sit, alioquin de clerico, valet si fiat de sacerdote remotiori quamuis reperiatur clericus proximior tempore præsentationis etiã si postea fiat sacerdos tempore institutionis dicti remotioris *Rot. coram Illustriss. Seraph. decis.* 489. *num.* 3.]

90 Præter ordinem consideranda est natiuitas ipsorum præsentatorum, & primò an sint legitimi; illegitimi enim sunt inhabiles ad Ecclesiastica beneficia *c. innotuit.* 20. *de elect. c. fi. de fil presb. c.* 1. *eod. tit. in* 6. *Concil. Trid. sess.* 23. *de refor. cap.* 5. *cap.* 1. *sess.* 7. *cap.* 1. *sess.* 24. *de refor. Garzia cap.* 2. *n.* 1. *& seq. part.* 7.

91 Tertiò considerandum est etiam an fortè eorum aliquis sit filius presbyteri, qui dictam capellaniam obtinuit, de quo consulendus est Garzia *d. p.* 7. *cap.* 3. qui doctissimè hoc explicat.

92 Quartò circa qualitates, consideranda est ætas, de qua dicam infra requisito 10. dub. 31. & latè differit Garzia *d. p.* 7. *cap.* 4.

93 Quintò videndum erit an fortè aliquis sit bigamus, nam bigami nedum sunt incapaces beneficiorum, & inhabiles ad ordines; quinimò debent etiam cogi ad deponendum habitum *c.* 1. *de bigam. in* 6. videndus Garzia *d. p.* 7. *c.* 6.

¶ [Hinc Io Andr. *in d. c.* 1. *de bigam. in* 6. ait quod si aliquis sacerdos contraheret duo matrimonia successiuè aut aliàs duceret viduam, vel corruptam ab alio, & postmodum cõmitteret delictum, puniretur à iudice laico, non obstante quod iam esset ordinatus *per d. c.* 1. *de bigam. in* 6.]

94 Indagandum præterea erit an fortè sit infamis, vel irregularis de quibus consulendus Garzia *d. p.* 7. *cap.* 8. *& per totam d. par.* 7. vbi luculenter agit de omnibus qualitatibus requisitis in beneficiando, de quibus hic superfluum esset sigillatim dicere.

Septimò principaliter consideranda est auctoritas institutoris, & vt clarior fiat hæc consideratio, in primis videndum est, an ius instituendi competat Episcopo, an inferiori, vel fortè an detur locus

95 præuentioni inter eos; † enim verò præsentatio de necessitate fieri debet coram habente instituere, apertam esse glosam in *Clem. dudum verb. præsentari. de sepult.* insinuat Lambert. de iurepatron. *p.* 2. *lib.* 2. *q.* 4. *art.* 1. *n.* 1. *& p.* 3. *lib.* 2. *quæst.* 10. *art.* 9. *circa fin.* vbi dicit post Anchar. *in c. cum Bertoldus.* 18. *de re iud.* quod si fieret præsentatio coram non habente ius instituendi, non daretur ius præsentato, quia esset defectus

96 in forma, † quippe quod de forma pręsentationis est vt fiat coram

97 illo, qui habet ius instituendi, † sed omnino hic animaduertẽdum est, quod vbi patronus iusto errore ductus pręsentat corã ordinario, cum deberet pręsentare coram inferiore, ad quem institutio de iure fundationis, aut consuetudine, seu priuilegio spectat, ex quo patroni intentio fundata est in iure *c. omnes basilicæ.* 16. *q.* 7. quamuis aduertat huiusmodi errorem post lapsum tempus datum ad pręsentãdum, poterit iterum præsentare coram

98 coram habente instituere † nemo enim tenetur scire iura priuatorum *c. porrò. 7. de priuil.* at verò si institutio spectaret ad ordinarium, & patronus præsentaret coram inferiore, tunc, lapso tempore ad præsentandum, non posset amplius pro illa vice præsentare, nisi dictus inferior fortè esset in quasi possessione præsentandi ***Lambert. lib. 2. p. 2. q. 1. art. 24. num. 2. vers. vnde concludo.***

Si itaque institutio spectet ad inferiorem, vel etiam detur locus præuentioni, & inferior fortè præuenerit, videndum erit an ipsa capellania sit de iurepatronatus laicali; an Ecclesiastico, siue ex priuilegio etiam propter augumentum dotis ad tertiam partem, aut mixto, vt dictum est in secunda cōsideratione principali; nam si sit Ecclesiastici iurispatronatus, siue ex priuilegio vt supra, adhibenda erit alia consideratio, an vacauerit in mense ordinario, an in mense Apostolico, & an alia reseruatione generali, vel speciali laboret; nam cum iuspatronatus Ecclesiasticū, & ex priuilegio, etiam cum augumento tertiæ partis fructuum cadat sub reseruationibus quibuscumque, vt dictum est ***in hoc Prælud. dub. 2. & latius 3.*** nulla erit institutio facta si vacasset in mense Apostolico, secus si esset de iurepatronatus laicali.

99 [Insuper animaduertendū est an institutus fuerit prius examinatus ab Episcopo iuxta præscriptū Sac. Cōc. Trid ***sess. 7. c. 13. & sess. 25. c. 9. §. ad hæc.*** de quibus latè dicam infrà ***req. 10. d. 1. n. 4.*** nam tunc institutio non valeret; imò induceretur reseruatio 1. reg. Cancell.]

Si verò institutio spectaret ad Episcopū, nec iuspatronatus esset laicale, aut mixtum cū prædominatione laicalitatis vt dictum est ***in d. dub. 2. huius Prælud.*** tunc etiam considerandum est, in quo mense vacauerit, & an Episcopus

100 gaudeat alternatiua, † nam inferiores illa gaudere nō possunt ***tex. in reg. 9. Cancell.*** & si reperiatur vacasse in mense alternato, tūc inspiciendum erit, primo an Episcopus resederit verè in ciuitate, vel diœcesi, in initio mensis, & an tempore vacationis adhuc residens es-

101 set in diœcesi, † nam si Episcopus in principio mensis fuerit absens, cessat commodum alternatiuæ ad eius fauorem, & acquiritur ius Papæ, ita vt totus mensis sit ei reseruatus Rot. in vna Papien. beneficij coram Reuerendiss. P. D. Martino Andrea 10. Apr. 1617. quā de verb. refert D. Barbosa ***alleg. 58. n. 45. p. 3. de potest. Episcopi***, & ego de hoc latè infrà ***in Prælud. 18. dub. 1.***

102 nam † Papa distribuit menses integraliter, & non per dies, neq; per horas, aut momenta, ad euitādum confusionem, quæ daretur in computatione momentorum, & ne ius sedis Apostolicæ sit in incerto, ac proinde si Episcopus in principio mensis absit, siue is mensis sit de illis, quos Papa sibi retinet, siue de illis, quos ordinario dat, semper ille mēsis intrat Apostolicus; prout

103 è contra † si Episcopus in initio mensis resederit acquisiuit ius illius mensis integraliter ita vt quāuis recedat, non proinde efficitur

Apostolicus, modo non sit absens tempore, quo vacauit beneficium, nam qualitas residétię requiritur inchoando mése, & dum vacat beneficiū, nec refert quod inchoato
104 mése Episcopus recesserit:† prouisio enim facta tépore habili non corruit; quia durante absentia Episcopi non dissoluitur permutatio mensium facta in acceptatione alternatiuę sed tantum suspen-
105 ditur illius vsus, † etenim proprietas mensium alternatiuorum, ac illorum vsus est Papę, vsus verò alternatiuæ est Episcopi mediante
106 vera residentia,† siquidem Papa per regul. 9. reseruare voluit non solum beneficia, sed etiam menses, quę sanè reseruatio non tollitur per cōcessionem alternatiuę, sed solum conceditur ordinario vt possit conferre in mése reseruato, remanente tamē natura ipsius re-
107 seruationis;†quo fit vt si Episcopus non resideat in aliquo ex mēsibus sibi à Papa mutuatis, Papa non confert iure deuoluto, sed ex titulo primæuo reseruationis, nam alternatiua non tollit reseruationem, sed aperit viam prouidēdi de
108 reseruatis, † & cancellaria, ideo consueuit dare expeditionem tanquam de reseruato ex reg. 9. vbi cesset alternatiuæ effectus, de qua materia dicam infrà *Pralud.* 23. *dub.* 2. vbi elaboratissimas, & elegantissimas referam de verbo Rotales duas decisiones, totam hanc alternatiuæ materiam complectentes, & illam mirabiliter decidentes, ac propterea vlterius hic in ista non progredior, sed prolixitati Parcendo capio octauam considerationem.

109 Animaduertendum igitur erit 8. principaliter quomodo processerit institutor ad instituendum, nimirum an data scientia in A. compatronitatis, & procul omni mala fide, considerauerit ipse instituens an inter ipsos compatronos daretur ius pręuentionis, quę quidem dari potest, siue ex dispositione fundationis, siue ex pręscripta consuetudine, quę potest induci, sicut inducitur consuetudo præsentandi per turnum, seu diuidendi exercitium iuris præsentandi alternis vicibus etiam sine superioris auctoritate, ex suffragio *Clem. plures. vers. & vt facilius. 2. de iurepatr.* & ibi glos. in verb. *liberè*, & verb. *alternis vicibus*, sicuti etiam inducitur consuetudo vt possit fieri collatio per turnum, quod obseruat Gonzal. *glos. 45. §. 1. num. 59. per c. fi. de præbend. in 6.* vbi hoc proba-
110 tur; † [nam quamuis iuspatronatus quoad substantiam sit indiuiduum *D. Barbosa in collect. super cap. 1. num. 2. de iurepatr. ex Couar. var. resol. lib. 3. c. 19. n. 5.*
111 *& aliȷs ibi citatis*; † & ideo si plures sint hæredes, omnes sunt patroni in solidum, ita vt prędictum ius non diuidatur inter illos iuxta portiones hęreditarias, sed in solidum; & ęqualiter ad eos pertineat *glos. in d. cap. 1. verb. non debeat*; quia vt dixi superius *dub. 12. num.* 10. istud ius deuoluit ad hęredes non vti hęredes, sed quia hęredes *per Do-*
112 *ctores ibi allegatos*; † nihilominus quo ad exercitium, & com-

113 commoditaté est diuidendum, † & ideo patroni possunt inire côcordiam de præsentando alternis vicibus *Clem. plures de iurepatr.* nec requiritur aliquis consensus superioris *Tiraquel. de iure primog. q. 17. opin. 5. n. 2. Azeued. l. 9. n. 1. tit. 6. lib. 1. noua recompil. Cenedo ad sextum collect. 7. num. 2.*
114 *D. Barbosa d. c. 1. n. 14.*] † & in terminis præuentionis inter collatores D. Franciscus Leo *in thesaur. For. Eccl. cap. 18. n. 51.* monet collatorem, qui habet ius præuentionis cum Episcopo, vt eueniente casu vacationis huiusmodi beneficij, in quo datur præuentio declaret coram notario se velle conferre, & rogare Episcopum, si beneficium sit parochiale, vt proponat edictum, quia hac ratione tuebitur ius suæ præuentionis, pro quo asserit extare declarationem Sac. Congregat. sub titulo Compostellana, quæ incipit *Hoc examen*.
115 † Quod si ce[ss]et ius præuentionis, considerandum erit an saltem Præpositus, & A. sint æquis portionibus patroni, an vnus alium superet, veluti esset si Præpositus esset patronus pro duabus portionibus, ambabus Ecclesiasticis, vti planè contingeret si aliqua pars alicuius prioratus accreuisset ipsi Præpositurae ex vnione eidem facta de ipso Prioratu, siue sit accessoriè, siue æquè principaliter, quo casu vt dicam *in Prælud. 13.* iura accrescunt Rectori beneficij, cui fit vnio; prout etiã esse posset vt Præpositus sit patronus ex duabus partibus laicalibus, quippe quod iuspatronatus à diuersis patronis laicis à diuerso stipite prouenientibus, iure legati, aut donationis cessum, translatumvè fuisset in dictam præposituram cum natura iurispatronatus laicalis, quod fieri potest etiam sine consensu ordinarij, vt communi doctorum omnium calculo sine aliqua contradictione receptum esse decidit Rocchus de Curte *in verbo* ipse vel is *q. 17. n. 30. vers. communis est conclusio vbi allegat* Abb. *in c. illud, 8. de iurepatr.* asserentem hanc conclusionem esse communiorem, & veriorem, vti etiam posset idem præpositus esse patronus duabus portionibus, vna Ecclesiastica, alia laicali, inspecta origine iuris assecuti, quo etiam iure duplicitatis posset è contra gaudere ipse A; nam regulandum erit iudicium instituentis ex iuribus ipsorum patronorum.
116 Videndum erit præterea, an instituens, data scientia compatronitatis, & certi compatroni cum A. citauerit Præpositum, nam vbi scitur adesse compatronũ necessaria est specialis citatio, vt per Lambert. *lib. 2. p. 2. q. 6. art. 9. quem sequitur Viuian. in prax. lib. 9. cap. 1. num. 9. & 14. post Ioc Andr. in c. fi. de elect. in 6.*
117 † & adeo est necessaria hæc citatio quod si plures sunt citandi, & non citantur omnes, institutio nihilominus vitiatur in totum quo ad omnes, tradit Viuianus *d. lib. 9. cap. 1. num. 23.* vbi pro hoc allegat *Ioan. Andr. in d. cap. fin. de elect. in 6. & Lambertin. d. q. 6. art. 20. quibus additur Franc.*

in d.c.fin.de elect.in 6. vers. quar-
118 *tò quæritur. n.9.* † nam dicitur
clandestina institutio, quæ indu-
cit nullitatem *Lambert. p.1. lib. 2.*
119 *q.3.a.21.n.4.vers.imo plus.* † est
tamen verum quod processus quo
ad alia valet *Viuian. d. lib.9.c.1.*
120 *n.15.* † nec institutionis nullitas
inficit præsentationem validam,
nam sufficit quod præsentatio fa-
cta sit validè per patronos in tem-
pore, licèt institutio sit nulla *Se-*
raph. decis.1238. n.2. & 3. in vna
Casalen. Parochialis. 5. Nouem-
bris 1597.

Et insuper animaduertendum
erit an præter ipsam specialem
citationem proposuerit etiã edi-
ctum generale ad formam *c. fi. de*
121 *elect.in 6.* † nam quamuis *d.c.fi.*
loquatur in electione, procedit ta-
men etiam in præsentatione *Lap.*
alleg.8.n.5. Lambert. *de iurepatr.*
lib.2.p.2.q.6 art.13. & ita fuit re-
solutum in vna Spoletana capella-
niæ. 29. Maij 1551. coram D. Ca-
pisuco teste Caputaquen. *decis.95.*
122 *par.2.* † nec potest omitti huius-
modi edictum generale citrã nul-
litatem institutionis, siue adsit cõ-
cordia siue discordia patronorum
Viuian. d.lib.9. cap.1.n.9. & 14.
post Lambert. d.q.6.art.8. & 12.
n.5. vers.confirmo quintò. Franc.
d. c. fi. n.9. vers.tertiò quæritur.
123 *de elect. in 6.* † vbi addit. quod
non valet institutio facta sine ge-
nerali edicto tametsi compareret
124 vnus oppositor; † imò tot debent
proponi edicta, quot fiunt præsen-
125 tationes *Viuian. d.c.1.n.9.* † Lã-
bert. *lib. 2. p. 2. q.6. art. 9.* quinimò
etiã citandus est procurator curiæ
Episcopalis si sit cognoscendum de
iurepatronatus *Card. Seraph. de-*
126 *cis.13. q. 5. n.7.* † prout etiam
debet proponi generale edictum,
quamuis nullus sciatur adesse
compatronus.
127 [Porrò edictũ debet continere
¶ terminum competentem *iuxta*
glos. in d. c. fi. in verbo competens.
de elect. in 6. & in eo debet ap-
poni peremptorium, *sic dictum*
fuit in vna Gerunden. beneficij
2. Decemb. 1605. coram Illustriss.
Sacrato. aliàs institutio inficiare-
tur, neque ex ea acquireretur ali-
qua quasi possessio per ea, quę dixi
superius *dub.17. n.18. & seq.*]
128 Hoc tamen limitatur in proui-
sionibus, quæ fiunt in curia Ro-
mana, nam ex quo ipsa prouisio
Apostolica habet vnico actu vali-
dam electionem, & confirmatio-
nem, *vt not. in c. vt circa in glos.*
2. de elect. in 6. & non proceditur
per viam confirmationis, sed ra-
tione reseruationis *Lambert. lib.*
2. p. 2. q. 6. art. 3. n.4. ideo non est
in ea necessarium edictum iuxta
129 *d. c. fi. de elect. in 6.* † [Faciunt
¶ quæ dicit *glos. prag. Sanct. de*
pacific. possess. in princ. in verbo
collatum. vers. idem videtur de
collatione. vbi dicit quod vbi col-
latio fit per Papam ex vi reser-
uationis generalis, vel specialis,
non cõfirmata electione canonica
sibi præsentata, talis collatio ha-
bet vim confirmationis, ex quo
Papa sciuit electionem, & nihilo-
minus contulit in vim reserua-
tionis.

Vltimò considerandum erit an
præsentati, & instituti ipsi ambo
aut

aut alter eorum fuerit installatus.
130 Nam † appræhendens possessionem plenam etiam per viam intrusionis occupatam si sine iudicis ministerio, & sine causæ cognitione id præstet amittit omne ius quod habet ex collatione benefi-
131 cij quantũuis valida, † & ex huiusmodi ingressu inducitur noua
132 vacatio, † & in his procurator
133 præiudicat suo principali, † nec requiritur necessariò resistentia aliqua posidentis, ad quod videndum est *dub. 2. huius Præludij à*
134 *n. 8. vsque ad 26.* † nam ignorantia non præsumitur in actu, quem quis debuit præuidere *Staphil. de lit. gratiæ in rubr. quibus modis expirent lit. ad benef. §. Gratia semel extincta, n. 8. & 9.* sed habetur cautela ad euitandum huiusmodi iuris omisionem *d. dub. 2. huius Prælud. n. 25.*
135 Cæterum vt iam tandem huic rei finem imponam, ex præmissis concludo: Primò quod si capella, de qua agitur sit sæcularis, inspecta fundatione, siue institutionibus, vel consuetudine, seu præscriptione, vel aliàs institutoribus, aut Ecclesia, in qua sita est ipsa capella; siue conditione clericorum, per quos regi consueuit, ipsiusq. capellaniæ perpetuitate; vl, tinovè præsentaneo statu, & siue sit sacerdotalis, siue non, dũmodo sit de iurepatronatus laicorum, aut etiam mixto, scilicet clericorum, & laicorum simul, ex fundatione tamen, & dotatione, non autem ex priuilegio, præscriptione; & eo minus ex vsurpatione, vel aliàs, quamuis sit ex priuilegio, sit tamen huiusmodi priuilegium confirmatum à sancta Sede Apostolica; & si esset ex præscriptione, sit nihilominus non nisi respectu ipsorum patronorũ, non autem respectu Ecclesiæ, & huiusmodi iuspatronatus, siue sit familiare, siue hereditarium, siue etiam trãsmissibile in fideicommissariũ, vel etiam spectet præsentatio ad propinquiorẽ, siue capellania vacauerit per obitum extra Romanam curiam, aut etiam in ipsa Romana curia, si tamen Papa non contulit cum derogatione ante
136 institutionem ordinarij, † vel licet contulerit ante institutionem ordinarij, non tamen contulit ante præsentationem patroni, quo casu valeret institutio ordinarij *Seraphin. decis. 1263. num. 5.* siue etiam vacet per simplicem resignationem, aut aliàs ex causa permutationis, siue resignatio, vel permutatio facta sit coram ordinario, siue coram ipsomet Papa, cum non posit sic vacare apud sedem; ne quidem respectu institutionis, *vt dixi n. 84. Gonzal. glos. 18. n. 12. & 13.* si dictus A. habuerit qualitates requisitas à fundatione & ipse B. præsentatus habuerit ordines, ætatemq. legitimam, neque sit aliqua infamiæ, siue inhabilitatis nota infectus, vel aliàs quamuis omnes qualitates à fundatione requisitas non haberet, fuit nihilominus pro ea vice admissus cum consensu ordinarij, si tamen præsentatio facta fuerit intra legitimum tempus, & coram habente ius instituendi, aut aliàs iusto tamen errore, coram

ordinario, quo casu posset patronus, etiam post huiusmodi inualidam institutionem facere aliam præsentationem coram legitimo institutore, etiam post lapsum tẽpus; si tamen fuerit propositũ edictũ generale, & insuper data sciẽtia cõpatronitatis alterius vtpotè ipsius præpositi; fuerit eidem facta specialis citatio, nec fuerit reclamatum, siue protestatum ante institutionem, & insuper, si cognitum fuerit super iurepatronatus; citatus fuit speciali citatione fiscalis curiæ Episcopalis, data tamen semper saltem æqualitate iuris in vtroq; patrono, adeo valuit institutio facta ipsi B. vt nequiuerit deindè admitti præsentatio facta per Præpositum de F. nedum illum institui *Viuian. de iurepatr. lib. 9. c. 3. n. 4. Rocc. in verbo competens q. 22. Lambert. lib. 2. par. 2. q. 6. n. 27.* & per consequens quamuis B. in noua prouisione non fecerit mentionem de institutione ipsius F. non proinde gratia dici-
137 tur subreptitia; † nam impetrans non tenetur facere mentionem in sua gratia, de gratia aduersarij nulla *Rot. in antiq. decis.*
138 *69.* † prout etiam non tenetur facere mentionem de primis literis nullis ipso facto *Fel. n. 6. vers. secundo casu in c. in nostra. de rescript.* vbi attestatur de cõmuni, nisi ex primis inualidis consecutus esset aliquod, vtpotè quia sortitæ fuissent effectum *Calder. in cons. 11. de elect. quem refert Fel. n. 7. vers. & ita videtur in d. c. in nostra, D. Barbosa in collect. ad c. 20. n. 4. de iurepatr.*

139 Nec refert in casibus præmissæ conclusionis vtrum capellania vacauerit de mense Aprilis, an de alio mense ordinarij, nam si vacauit per obitum cum non intret reseruatio in beneficijs iurispatronatus laicorum, aut mixti *Rot. in Vercellen. capellæ coram Seraph. decis. 1263. num. 2.* siquidem ad effectũ reseruationis iuspatronatus mixtum regulatur tamquam laicale *c. 1. de iurepatr. in 6.* quamuis ad effectum concursus habeatur tamquam Ecclesiasticum *Garzia de benef. p. 6. cap. 2. §. 3. n. 283. & seq.* ac proinde non afficiuntur neque ligantur manus ordinarij, quo minus potuerit instituere, si etiam vacasset per resignationem, mensis non obstaret;
140 nam † regula de mensibus excipit beneficia vacantia per resignationem, dummodo sint talia, quæ aliàs ordinarius si vacarent per obitum conferre posset, & resignatio prohibita non sit, *tex. est clar. in ipsa reg. ibi aliàs quam per resignationem vacantia.* Kochier. *in reg. de mensib. glos. 11. n. 29.*
141 Minus etiam lædere potuit clausula gratificatoria, nam gratificatio quamuis locum habeat in duobus æqualiter præsentatis etiam à pluribus necessarium tamen est, vt tales vnum ius repræsentent, & quod æqualiter vota dederint *Lambertin. lib. 2. par. 3. quæst. 5.* aut quod præsentatio facta sit accumulatiuè, & successiuè de çquè idoneis *Lambert. lib. 2. par. 3. quæst. 4. art. 11.*
142 Porrò notandum est quod dixi necessarium esse vt patroni, vbi plu-

plures sunt, repræsentent vnum ius ad hoc vt intret gratificatio, nam quãuis vnus præsentet vnum alius alium, ex hoc tamen non dicuntur discordes, quando eodem iure potirentur, sed est ac si vnus variando successiuè præsentasset Lambert. *lib. 2. par. 3. q. 5. art. 1. in princip.*

143 In quantum autem dixi quod præsentatio sit accumulatiuè facta, hoc dixi, nam quamuis patroni laici possint variare Lambert. *lib. 2. par. 2. q. 7. Rocch. in verb.* honorificum. *q. 9. num.* 30. attamen non possunt proinde pręsentationem in totum reuocare, imò si illam reuocarent nihil facerent, quia secunda nihil prorsus valeret Lambert. *d. quaſt. 7. art. 22. lib. 2. par. 2. D. Barbosa in collect. ad cap. 5. num. 2. de iurepatronat.*

144 [Quod autem dixi variationem esse licitam patronis laicis, intellige verum quando non iurant de non variando, nam tunc si velint deinde variare non erunt audiendi, etenim superior, de cuius licentia vti dixi possunt variare, videretur, imò fieret auctor periurij, vt optimè notat Rocch. de Curte *de iurepatr. verb.* Honorificum. *quaſt. 12. n. 37. per conſ. 57. Pauli Caſtr.* neque obstant iura, & glos. quę videntur aliter decidere, & præsertim *gloſ. in verb. reuocati, in cap. ſi. de procurat. in 6.* quam singularem astruit Fel. *in c. cum acceſſiſſent. de conſtit.* quæ ait quod si constituo procuratorem, & iuro de eo non reuocando, & postea reuoco, tenet reuocatio, licet sim periurus, *cum alijs per DD. alibi not.* vti apud Innoc. *in c. dilecto. de præbendis.* & Butr. *in c. penult. de off. Vic.* nam respondetur cum Castren. *d. conſ.* 57. quod huiusmodi iura, glos. DD. debent intelligi vt locum habeant quando non est necesse vt adeatur superior, at secus in casu variationis, quę vt dixi non potest fieri non nisi de superioris licentia, & ita in practica dicit Rocch. esse menti tenendum in hac materia sequitur Viuian. *in praxi iuriſpatronat. par. 2. lib.* 10. *cap. 2. num. 3. poſt Lambert. tractatu eod. lib. 2. par. 2. q. 7. art. 16. & eſt tex. in c. mulieri. de iureiur.*

145 Sed an facta pręsentatione rectoris & mortuo pręsentante ante institutionem, possit successor in patronatu pręsentare. Concludamus quod sic *per cap. quarimoniam. 9. de iurepatr. verſ. abſurdum.* vbi notat D. Barbosa *num. 2. poſt Molin. de primogen. lib. 1. cap. 24. n. fin.* quod quamuis facta semel à patrono pręsentatione, illa non possit reuocari post eius mortem à successore; attamen si nondum facta fuit institutio, poterit successor pręsentare variando, sicuti poterat variare primò pręsentans.]

146 Secundò concludo quod si capellania de qua agitur est de iurepatronatus merè Ecclesiastico, vel aliàs ex priuilegio, aut pręscriptione, seu vsurpatione, ex quo huiusmodi iuspatronatus cadit sub reseruationibus, & etiam sub regul. de mensibus & per solam simpli-

plicem collationem censetur de-
rogatum Gonzal glos. 18. n. 6. & 7.
imò quod est ex præscriptione, seu
priuilegio iam remanet sublatum
per d. reg. de mensibus, & Conc.
Trident. sess. 25. cap. 9. de reform.
nulla proinde erit vtraq; institutio
scilicet B. & F. stante reseruatione
147 mensis Aprilis, † nam reseruatio
ligat potestatē ordinarij Gonzal.
de mensibus. §. 3. proœm. n. 76. &
facit quod prouisus ab ordinario,
vel alio quàm à Papa sit intrusus
Gonzal. ibid. §. 7. proœm. n. 132.
148 imò † inficit nedum titulum, sed
etiam possessionem Gonzal. ibid.
n. 144. & glos. 31. n. 7. & 8. & in
terminis Cassad. decis. 1. n. 1. de
restit. spol. Simoneta de reseruat.
q. 40. & q. 48. præmissa tamen
conclusio est vera vbi collator sit
inferior Episcopo, vel etiam sit
Episcopus, qui non acceptauit al-
ternatiuam, vel aliàs quamuis il-
lam acceptauerit non tamen resi-
debat in initio mensis, aut licet
resederit fortè erat absens tēpore
vacationis, nam vt dixi superius
num. 124. & latius dicam in Prę-
lud. 18. vbi cadit hæc materia, si
Episcopus abest in initio mensis,
amittit beneficiū alternatiuæ toto
illo mense: quo verò ad inferiores
Episcopis alternatiua non suffra-
gatur, quia solum conceditur Ar-
chiepiscopis, & Episcopis, non au-
tem cæteris collatoribus & capi-
tulis Gonzal. d. glos. 42. num. 1.
& 2. item verificatur dicta con-
clusio vbi aliqua generalis reser-
uatio obstet.
149 Tertiò concludo quod quamuis
noua prouisio facta esset de dicta
capellania non expressa aliqua re-
seruatione, si qua laboraret, ex
quo tamen adest clausula dummo-
do non sit alteri ius quæsitum, ni-
hilominus valebit, ita enim ope-
ratur hæc clausula, vt largè fiat
interpretatio in pręiudicium con-
cedentis Rot. in antiq. decis. 22.
150 de præb. † quinimò adhuc vale-
ret ipsa prouisio Apostolica ta-
metsi F. detinuisset ipsam capella-
niam, nec B. fecisset mentionem
de huiusmodi detentione, stante
clausula ammoto exinde quolibet
detentore &c. Rot. in antiq. de-
cis. 69. nam quamuis quilibet te-
neatur facere mentionem de alte-
rius possessione, aliàs gratia cen-
setur subreptitia Fel. in c. in no-
stra, de rescript. n. 32. attamen
quia F. non potuit coloratè possi-
dere, ideò dicta clausula ammo-
to &c. tollit subreptionē tacitur-
nitatis detentionis beneficij Rot.
in antiq decis. 38. de rescrip. Gon-
zal. glos. 15. §. 1. n. 68. qui ibidem
asserit dictā clausulam, dummodo
non sit alteri ius quæsitum, ha-
bere eandem vim supplendi defe-
151 ctus dictæ taciturnitatis † & cla-
rius Fel. n. 32. in c. in nostra. de
rescrip. vbi quod oportet facere
mentionem de possessione colora-
ta, quam alius habet in beneficio
impetrato per c. cum nostris x. de
152 concess. præb. † & quod possessio
colorata dicitur quando est qui-
dem defectus in conferente, non
tamen inducitur eo ipso priuatio
sed per sententiam Kochier. in
153 reg. 15. n. 33. & seq. † incolorata
autem dicitur quando quis est pri-
uatus sententia hominis, vel iuris
etiamsi

etiamsi non sit secuta amotio facti *Kochier. ibidem*. vel dicamus cum Lapo *allegat. 16. n.2. & allegat. 103. n. 2. & 3.* quod colorata possessio dicitur quando fuit potestas in conferente, licet fuerit
154 defectus in recipiente † sed Fel. *loco prox. citato*, dicit quod clausula *dummodo non sit alteri ius quæsitum* facit vt nequeat infringi gratia tanquam subreptitia quasi nō dixerit de iure alterius,* vel de colorata possessione, & ita testatur consuluisse Card. *in cons. 94.* idem pariter asserit de dicta clausula *ammoto &c.* vt ita operetur, quod non sit necessaria dicta mentio coloratæ possessionis in literis, in quibus apponitur dicta clausula; sed re vera declarat ibi Fel. *vers. intellige*, hoc verificari in literis gratiosis, secus tamen si huiusmodi clausulæ apponerentur in literis executorijs *Lap. alleg. 15. n. 6. Cald. de concess. præb. in d.c. cū nostris*, hanc tamen cōsiderationem ait Fel. ibidem vers. *sed nouissimè*, impugnari per D. Bartholomæum de Zabarellis nepotem D. Cardinal. dicentem quod licet ista consideratio fuerit subtilis, tamen non videtur vera quia stylus curiæ non habet, nec vnquam habuit vt talis clausula apponatur in literis gratiosis, nec cōuenire potest ipsa clausula, cum illa simpliciter dirigatur ad eum, cui fit gratia, sed talis clausula solum conuenit literis executorijs vt patet *c. proposuit. de concess. præb. & in c. cum vniuersorū. 8. de rerum permut.* & ideo concludit simpliciter tenendum quod dicta clausula posita in literis executorijs operetur mentionem coloratæ possessionis; subdit tamen quod dicta limitatio fortè procedere posset vbi literæ executoriæ fuissent factæ aliquo medio interuallo per literas gratiosas, quasi Papa iam de gratiosis non sit memor ex antiquitate facti, quia tunc posset procedere quod illa clausula in executorijs posita non extendatur ad gratiosas, sed vbi gratiosæ & executoriæ sunt simul factæ, procedit, inquit, impugnatio prædicta, quia cum simul, & semel Papa dederit gratiosas, & executorias fuit certioratus de dicta possessione, & non ignorabat qualiter, & cum quibus clausulis concessisset gratiosas, quas tunc concesserat *arg. c. excommu-*
155 *nicato. de rescrip.* † cum de facto suo proximo quis non præsumatur ignorans *Specul. de deposito. §. 6.* & hæc annotanda autumnat Fel. quia inquit sunt de honore lucrando. [De coloratis tit. & possess. disputat Mandos. *in reg. 16. Cancell. quæst. 27.* de tit. autem colorato agit glos. prag. Sanct. *de pacif. possess. verb. coloratum. in princip.*]
156 Quartò concludo quod si F. parem titulum, & ipse obtinuisset à Papa cum B. (par autem titulus dicitur quando vterque prouenit ab eodem fonte, quamuis non sit eiusdem speciei, nec ex eodem modo vacationis, dummodo concurrant ambo prouisi à Papa) impediretur ab immissione in possessionem vigore literarum Aposto-
157 licarum † nec refert vtrum B. ha-

haberet literas in forma dignum, & sic titulum conditionatum, alter, verò haberet in forma gratiosa, & per consequens purificatas, nam sufficeret quod B. esset immissus in possessionem ab executore, purificatis literis, & præuio examine, tunc enim amplius non dice-
158 retur gratia cōditionalis, † quia puri, & purificati idem est iudicium *Lancell. de attent. p. 2. cap. 4. in præfat. num. 358. Rot. in causa Oueten. Canonicatus coram Lugdun. 30. Martij 1607. est decis. 197.*
159 *apud Farinac. p. 2.* † attamen quia B. habet titulum ab ordinario ex præsupposita institutione, & etiam habet nouam prouisionem; ideo potest se ex huiusmodi titulorum multiplicatione iuuare, nam in beneficialibus admittitur multiplicatio titulorum *Garzia p. 6. cap. 4. n. 39. vbi allegat ad hoc c. post electionem. de concess. præb. & decis. 21. Cassad. super regul. Cancell. & 3. de caus. possess.* necnon & refert decis. corā Illustriss.
160 Pamphil. 20. Nouembr. 1592. † titulus autem, vt obseruat *Fel. in d. cap. in nostra de rescript. num. 2. vers. titulus*, multiplicatur ad cautelam in eodem beneficio, non tamen vt prouisus cōsequatur ius ex vtroque titulo, quia esset contra *c. vt quis duas, de elect. in 6.* sed vt possit se defendere *d. c. post elect. & ibi Abb.* vbi etiam dicit *in 3. not.* pro intellectu *d. cap. vt quis duas*, quod quis in agendo, & petendo confirmationem non potest se fundare super duobus titulis, sed benè se defendendo,
161 vnde ait, † quod habetur cautela, vt dubitans de sua prima collatione impetret secundam, quia per hanc non inducitur renunciatio primæ, imò potest vti vtraque ad defensionem suam, & potest etiam retinere, si vult, vel adipisci possessionem beneficij ex duplici collatione, *Lap. alleg. 132. n. 2.* vbi
162 reddidit † rationē cur non possit peti cōfirmatio ex duplici electione, & nihilominus possit retineri ex duplici collatione possessio, inquiens, quòd ratio diuersitatis ea est, quia ad electionē sequitur confirmatio, quæ est sententia, siue decretum, sed decretū, inquit, interponi non potest super incerto, *Gemin. in d. cap. vt quis duas idem Lap. alleg. 8. & ibi Mandos. lit. K. cap. 1. de concess. præb. in 6.* sed petens, vel defendens possessionem, non petit decretum interponi, sed simpliciter factum tueri vel exequi; & sic titulorum, inquit, purificatio, seu potius, vt corrigit ibidem Mandos. qui alios quamplures citat, *lit. L multiplicatio* non inducit aliquam inconuenientiam, vel iuris impossibilitatem, & sic, inquit, tutum est consilium, vti vtraque: idem adstruit Frāc. *in d. c. 6. vt quis duas.*
163 *n. 3. vers. & ex hoc*; † & si vsus est secunda tantum, & in ea sucumbat, potest vti prima, si tamen eodem contextu, & sub eadem data sint impetratæ; nam vna acceptata nō excluditur altera; quia non sunt contrariæ, licet sint diuersæ, & tendentes ad eundem effectum, ita intelligit Ioan. Andr. *in d. c. in nostra in princ. de rescript. relat. per Rot. in antiq.* de-

164 *decis. 59. tit. eodem.* † siquidem per vsum vnius gratiæ non censetur renunciatum alteri, *arg. l. Aurelius §. fi. ff. de liber. leg. Rot. decis. 64. de rescrip. in antiq.* sed de hoc videndus est Fel. *n. 2. vers. & dicit Rota in d. c. in nostra. de rescrip.* qui elegāter hoc idem dicit, & exornat, & limitat duobus modis: Primo quando habens collationem beneficij à superiore, illud ipsum beneficium impetrat ab inferiore, & dicit quod tunc poterit eū superior priuare beneficio huiusmodi, quia est quędam ingratitudo, & delusio erga superiorem, propter quam inducitur legitima ¶ causa priuandi [*Kochier. in reg. de xx. siue de infir. num. 17. vers. sed aliud occurrit.* vbi dicit, quod si quis constituerit procuratorem ad resignandum coram Papa, non poterit interim resignare coram ordinario:] de hoc etiā dicā infrà *in dub. 13. Prælud. 20. causa 11. vbi referam causas, propter quas inducitur affectio, & vide quia vtile reperies;* Secūdò limitat Fel. vt vsus duplicis tituli admittatur, quando tendit ad eumdem effectum, secus si ad diuersos, seu contrarios effectus in eadem persona, & exemplificat in eo, qui habens titulum in beneficio conferentem ius in re, impetrat postea in commendam: definit, inquit, titulus iuris in re, nam titulus commendę non est illi conformis quo ad effectum, cum conferat tantum detē-
165 tionem, † & quamuis Rebuff. *in prax. benef. in 3. par. signat. n. 3. vers. sed quod duplex*, afferat quod non potest confici duplex bulla vnius tenoris; Rota nihilominus, *in vna Corduben. Cantoriæ 15. Mart. 1557. corā Quiroga*, resoluit suffragari secundas literas expeditas sub eadem data, absque expresſione reseruationis mensis Octobris, etiam quod in eis nulla fiat mētio de prioribus, *Cassador. decis. 33. super reg. Cancell. in fi. Fel. in c. in nostra. n. 6. 9. & 11. de rescrip. Card. cons. 69. n. 3.* & potest variare, & mutare literas, quāuis primas produxerit *l. nemo ex his de reg. iur. Rot. decis. 59. de rescrip. in antiq Fel. d. n. 9. & in cap. pastoralis. de excep. col. 4. quidquid dicat Rebuff. in prax.*
166 *pag. 154. n. 3.* † & re vera inoleuit stylus curię, cuius rei ipse testis sum de visu, & vsu, qui vidi, & practicaui in hac Ciuitate, Bullas pro Archidiaconatu Sancti Petri de Bergolio, de quo fuerat prouisus D. Sebastianus de regibus, nam illum impetrauerat tanquam vacantem post mortem Abbatis dictæ Ecclesię, ad quem spectat ex priuilegio illum conferre, & per consequens tanquā reseruatū, ex reg. 3. sed postquam sese opposuit capitulum, nec ei tradere voluit possessionē huiusmodi Archidiaconatus propter subreptionem gratię ex dicta expresſione obitus Abbatis, dictus prouisus denuò literas expediuit *in forma gratiosa*, primę enim erant *in forma dignum*, sub eadem data cum narratiua, quod Abbas aliquot horas post obijt, à vacatione dicti Archidiaconatus, & post multas molestias sibi illatas, propter doctrinam Rebuffi supra relatam;

latam; tandem ex preinserta decis. Rot. quam reperi, admissus fuit, & hæc sufficiant.

DVBIVM XXII.

ARGVMENTVM.

Summus Pontifex solet in multis casibus derogare iuripatronatus etiã laicorum, nedum Ecclesiasticorum, aut mixti, & quinam sint huiusmodi casus traditur.

Dlxi in antecedẽti dubio *n. 83.* Summũ Pontificẽ solere derogare iuripatronatus in totũ: porrò quia huiusmodi materia vsu frequenter venit, opportunum duxi referre huc casus, in quibus consueuit Papa derogare: Vt igitur hoc facilius accipiarur repeto, quod iam superius dixi *hoc ipso*
1 *Prælud. n. 2. & seq.* † nimirum quod iuspatronatus quoddam est laicale, vtpotè quia competit laico originaliter ex fundatione, vel constructione, seu dotatione Ec-
2 clesiæ, vel beneficij: † & dixi originaliter, nam licet laicis aliquando cõpetat iuspatronatus ex quasi fundatione, putà ex priuilegio cũ clausula *vt sit non ex iuris fictione, seu priuilegio, sed verè ex fundatione & dotatione laicorum*, & maximè cùm obligatione augendi fructus, seu redditus beneficij ad tertiam partem, de quo latè dixi superius *d. 3. per tot.* originaliter tamẽ beneficium huiusmodi est liberum, vel saltem iuspatronatus subest accidentibus, quos patitur Ecclesiasticum iuspatronatus, ma-
3 ximè quoad reseruationes, † & iã testis ipse esse possum, qui, vt annui in præcitato dubio tertio, cum fuerim præsentatus ad Archipresbyteratum Ecclesiæ Cathedralis Alexandriæ tãquam de iurepatronatus laicorum, & ad huiusmodi præsentationẽ sim institutus, & in possessionẽ immissus, animaduertens postmodum quod tale iuspatronatus sit ex priuilegio propter augumentum tertiæ partis, curaui nouam prouisionẽ obtinere, cum clausula *dubitans de viribus suæ institutionis &c.* sed plura verba cassauit Dataria in supplicatione, & præsertim vbi dixeram quod *de iurepatronatus laicorũ existit*, & quod fueram *à vero patrono præsentatus*, & addidit, *qui de iurepatronatus laicorum, vt prætenditur, existit & à prætenso patrono præsentatus &c.* & ipsi supplicationi suppositum fuit huiusmodi decretum.

Et committatur ordinario qui postquam orator in actis Curiæ Episcopalis præsentationi & institutioni de eius persona vt præfertur factis, ac possessioni secutæ renunciauerit & se dictum Archipresbyteratum, si sibi denuò conferatur vti liberum, & non aliàs in futurum possidere velle declarauerit eumdem Archipresbyteratum oratori de nouo cum expressa mentione renunciationis, & declarationis huiusmodi conferat.

4 Aliud est Ecclesiasticum, quod competit alicui dignitati Ecclesiasticæ, aut Collegio clericorum, vel religioso loco, siue huiusmodi iuspatronatus originẽ traxerit ab Ec-

Ecclesia, siue etiam à patrimonio laicorum, vt dixi superius *dub.* 2. *&* 3.

5 Aliud tandem est mixtum, nempè partim spectans ad laicos, partim ad clericos.

6 His igitur sic stantibus, dicamus quod si iuspatronatus est laicale, quia illud fundarunt, vel dotarunt laici de suis bonis, vel Ecclesiam construxerunt de nouo, aut penitus dirutam, ita vt noua consecratione indigeret, reædificarũt, aut refecerunt, in quibus casibus patronatus acquiritur, & maximè si exprimatur quod sit ea intẽtione, vt sibi acquiratur iuspatronatus, *vt per Abb. in c. quoniam.* 3. *de iurepatr. vbi D. Barbosa n.* 7. *eleganter hoc ipsum notat allegando ibi quamplures DD. & de-*

7 *cis. Rot.* † nam hoc ius ideo nuncupatur patronatum, vt notat D. Laertius Cherub. *in Compendio Bullarij ad constit. Inno. VIII. qua illius Põtificis est.* 5. *in ordine edita anno* 1485. *& ego summariè retuli in dub.* 3. *n.* 82. *isto Prælud.* quia sicut pater ducit filium de nõ esse ad esse ex procreatione, vel ad benè esse ex ditatione; ita etiam est de eo, qui fundat Ecclesiam, quoniam per constructionem deducit illam ad esse, & per dotationem ad bene esse *Zabarell. Io. Andr. & alij in rubr. de iurepatr. quos allegat D. Cherub. vbi supra iuncto Lambert. eod. tit. lib.* 1. *p.* 1. *art.* 1. *quæst.* 1. *n.* 8.

8 *& seq.* † si inquam est merè laicale vt supra, tunc Papa non consueuit derogare in totum, nisi ex vrgentissimis causis, quas recenset Io. à Kochier. *in comment. ad reg. de derogation. iurispatr. n.* 30. *qua hodie est* 42. & Viuian. *d. lib.* 14. *p.* 3. *c.* 4. *in praxi per tot. post Paris. de resignat. lib.* 2. *q.* 4. *& Garziam de benef. p.* 5. *c.* 1. *n.* 583. *& seq.* & ego collegi ex quodam manuscripto Illustrissimi ac Reuerendissimi D. mei Episcopi Parauicini in supradicto compendiolo practices causarum commissariorum Prælatis Rom. Curiæ. fol. 70. & 71.

9 Et primò in vacatione per obitum apud sedem Apostolicam siue in curia, vicinisuè locis de quo dixi superius *dub.* 21. *n.* 83.

Secundò in vacatione per resignationẽ ex causa permutationis.

Tertiò quando iuspatronatus est litigiosum.

Quartò quando patroni commiserunt simoniam in præsentãdo.

Quintò quando prouisio fit pro filio patroni, vel pro compatrono, siue pro nepote vnius ex patronis.

Sextò quando datur retentio obtentorum promotis ad Episcopatus.

Septimò, quando vnus cedit commendæ in fauorem vnius, & alter resignat beneficium in fauorem cedentis.

10 In alijs casibus Papa aut derogat solum ex aliquo fauore pro duabus partibus ex tribus, *Viuian. d. c.* 4. *n.* 7. *post Mandos. de Signat. grat. in verbo derogationes*; aut derogat pro medietate, & hæc vltima cum sit magis frequens clariorem exposcit explanationem.

11 Porrò sciendum est ex Mandos. *cons.*

conf.7. n.16. lib.1. quod derogare pro medietate, aliud non est quam remouere cõsensus per plures patronos præstandos pro medietate, *eum sequitur Garz. de benef. p.5. c.1.n.585. Paris. d.lib.2.q.4.n.55. & 56.* vbi etiã infert, quod quoties præsentatio spectat ad vnum solum nõ potest derogari pro medietate, & si de facto fiat derogatio, de stylo curiæ nullatenus suffraga-
12 tur; Mandof. *d. n.16. conf.7.*† vbi etiam dicit si præsentatio spectat ad plures, & fit derogatio pro medietate, necesse est vt præsentatus, in cuius fauorem facta fuit derogatio, habeat tot voces, quæ cum dicta medietate faciant maiorem partem *iuxta Clem. plures de iurepatronatus. & c.quoniam 3.tit. eod.* verbo *& plurimorum, vbi D. Barbosa. num. 4. eleganter affert cum allegatione quãplurimorum DD. decisionem Rot. & ita etiam testatur Mandof. esse communiter receptum.*

13 Sed profectò crederem non peccare si dixero, quod quando derogatur pro medietate, illa medietas debet esse absoluta, ita vt si superessent adhuc voces, quæ tamen huiusmodi medietatem non superarent illas, quas haberet præsentatus, pro quo facta fuisset derogatio medietatis, deberet adhuc institui talis præsentatus. Exempli gratia, si ex septem patronis, aliquis præsentaretur dumtaxat à duobus, & obtineret derogationẽ pro dimidia, quæ planè dimidia liquet quod est trium vocum cum dimidia, deberet hic institui; etenim cũ super quinque voces cum dimidia, quas diceretur habere dictus gratiatus de medietate per derogationem, non supersit nisi vnica vox cum dimidia, & per cõsequens desit dimidia vox ad faciendum vota æqualia, ideo talis gratiatus de vocum medietate diceretur præsentatus à maiori parte, & propterea instituendus: & ita erunt calculandæ voces in reliquis casibus, vt, detracta medietate, super qua fuerit derogatum, videatur an voces, quæ supersunt vltrà derogationem, vincant voces, quas habeat præsentatus, ad cuius fauorẽ data fuit derogatio.

14 Sed cogita quia decisum habetur, quod qui habet derogationem pro dimidia, debet habere consensum alterius medietatis *Put. decis. 325. in Salamantina. lib.2.* & notat D. Mar. Antotin. *var. resolut. lib. 1. resolut. 3. quæ incipit* Vacante capella, *& apertius resol.29. incip.* de anno *n. 1.* qui asserit derogationem Pontificiam pro medietate requirere præsentationem in impetrãtis personam pro altera medietate patronorum, & proinde teneri prouisum Apostolicum docere se nominatum fuisse saltem ab ipsa medietate patronorum, antequam executor literarum consignaret eidem possessionem.

15 Sed re vera inniterer ijs, quę superius dixi, per ea, quæ post hæc scripta reperi apud Reuerendiss. D. Io. Hieron. Campanil. *in diuersor. iur. can. rubr. 11. cap.13. n. 490. & seq.* vbi refert notabilem doctrinam D. Antonij Fabri *in Fabriano responsionum & definit.*

finit. forens. Senat. Sabaud. ibi dicentis quod si Summus Pontifex derogauit pro medietate patronatus cogetur impetrans adire vnam partiū patronorum, ipsiusq. consensum, & voluntatem exquirere, alioquin collatio seu institutio nulla esset tanquam facta spreto patrono contra mentem Papæ, & esset ac si Papa nulla ex parte derogasset.

16 Porrò si impetrans, inquit, patronum adiuerit, at verò patronus consentire renuerit, seu recusauerit, nihil erit quod impetrāti possit obijci, quominus dicatur Papæ voluntati satisfecisse, & eo minus poterit impediri à consecutione beneficij, quàm si admissus esset à patrono, nec patronus conquæri poterit se fuisse spretū quādo aditus, & rogatus fuerit, non quia in cæteris sufficiat patronum esse rogatum, vt eo inuito obtineatur beneficium, si modò alium, cumq. idoneum intrà præscriptum tēpus nominauerit; sed quoniam, cum derogatio ex dimidia parte facta per Papam huiusmodi iurispatronatus laicorum, tribuat tantūdem iuris impetranti, quantū ei denegat pertinacia patroni renuentis, æquissimū est, inquit, & rationi cōsentaneum, in pari iure præualere voluntatem Papæ, & simile cōcinit quod legitur *in l. 1. §. 1. & 2. C. de comm. ser. manumit.* & aliud de priuilegio fisci concedentis rem communem, & in solidum inuito socio *l. 2. C. de comm. re. alien. & l. 1. C. de vend. re. fisc.*

17 Hæc sunt, quæ D. Campanil. recenset loco citato, & illa tanquam vera approbat, affirmans non esse dissonantia *à d. cons. 7. Mandos.* & quamuis admittat, quod debeat concurrere aliqua præsentatio alicuius ex patronis, quod etiam admittit Fabrius; sentit nihilominus quod sufficiat requisitio vt supra, tametsi patronus nollet cōsentire. Et ex his corroborantur ea, quæ dixi hic *n.* 13. nec infirmantur ex allegata decis. 325. & doctr. Marij Antonini, quæ decis. dicit quod prouisus debet requirere consensum, sed non concludit, quod debeat necessariò obtinere, & habere, quamobrem potest reduci ad intelligentiam iuxta doctrinam Fabrij, & Campanil. vt supra.

18 Si verò iuspatronatus sit Ecclesiasticū, aut ex priuilegio, vel præscriptione, vbi etiam non intraret derogatio, seu potius abrogatio Conc. Trid. *sess. 25. c. 9.* quod abrogat omnia iurapatronatus ex priuilegio, vel præscriptione cū omni quasi possessione etiā immemorabili; tunc nulla opus esset derogatione expressa, quia satis derogatum ei censeretur per clausulam generalem in prouisionibus Apostolicis apponi consuetam *ad cuiuscumque præsentationem &c. Rot. decis. 8. de iurepatr. in antiq. Viuian. in praxi p. 3. lib. 14. c. 2. n. 20. Kochier. in d. reg. derogat. iur. n. 24. & 25. Paris. d. q. 4. n. 28. lib. 2. Less. de iustit. & iur. c. 34. n. 4. & 38.*

19 Si tādem sit mixtum solet Papa derogare pro medietate, & talis derogatio se restringit ad partem laicorum, quippe quod ipsum dumtaxat æget derogatione expressa

I qua-

quatenus spectat ad laicos, non quatenus attinet ad Ecclesiasticos, per ea, quæ diximus *Garz. de benef. p. 5. c. 1. n.* 584. & ita intelligẽdi sunt, qui dicunt quod in mixto iurepatronatus derogatio conceditur in totum, vt inquam censeatur derogatum laicali in derogatione pro medietate, Ecclesiastico autem per dictam clausulam *ad cuiuscumq; præsentationẽ &c.*

20 Cæterũ animaduertendum omninò est quod in casibus, in quibus conceditur derogatio, vt locũ habeat, & effectum suum sortiri valeat, debet omnimodè esse anterior præsentationi maioris partis; nam si sit posterior in nihilo lædet pręsentationem iam factam propter

21 ius quæsitum, † cui nunquam intendit Papa derogare, & minus illud tollere, *vt ex subsequenti reg.* 18. *Cancell. Apostol.* imò consueuit in huiusmodi derogationibus apponi clausula, *dummodo à data præsentium nõ sit iam specialiter ius quæsitum Koebier. in d. reg. de non tollendo. n. 5. cum ibi citatis.* & isto casu esset instituendus pręsentatus à dicta maiori parte nulla

22 habita ratione derogationis; † nã pręsentatus à maiori parte, dum patroni discordant in præsentãdo, debet præferri & institui *tex. in d. c. quoniam.* 3. *de iurepatr. & ibi Abb. in* 2. *not. & D. Barbosa vers. & plurimorũ. n.* 4. *vbi citat Paul. de Citad. p. 6. q.* 27. *Mant. decis.* 86. *Seraph. decis.* 875. *Rot. decis.* 202. *&* 625. *n.* 2. *&* 3. *apud Farinac. in recent. p.* 1. *Ricc. resol.* 173. *in prax. Mariũ Ant. var. resol. lib.* 1. *resol.* 104. *n.* 1. *& semetipsũ de off. Episc. p.* 3. *alleg.* 72. *n.* 197. *Clem. plures tit. eod. Fel. in c. cum accessissent. de*

23 *constit. Mandos. d. cons.* 7. *n.* 17. † is verò dicetur pręsentatus à maiori parte, qui plures voces habebit *Abb. in d. c. quoniã. Rot. decis.* 146. *n.* 3. *p.* 1. *apud Farinac. in recent.* nam facienda est comparatio numeri ad numerum, non autem zeli ad zelum, seu meriti ad meritum *Rocch. in verbo honorificum. q.* 15. *&* 58.

24 Idem de alijs derogationibus nã cum iam cõsensus sint præstiti per patronos, & per consequens ius quæsitum pręsentato, ideò non potest verificari descriptio Mandosij, quia derogatio est remotio cõsensuum pręstandorum per patronos.

25 In deuolutis non est opus derogatione, quia patroni ea vice non possunt se impedire in huiusmodi præsentatione: facienda tamen est mentio de patronatu.

26 In beneficijs resignatis, vel dimissis in manibus Sanctiss. quę sunt iurispatronatus laicorum apponi consueuit clausula *accedente tamen consensu patronorum.*

27 Porrò facienda est mentio de iurepatronatus dispositiuè, & specificè per Reg. Cancell. 42. quàm inferius referam.

Sed quid dicendũ si prouisio beneficij iurispatronatus apparet duplex sub eadẽ data, putà vna Apostolica cũ derogatione iurispatronatus in totũ; altera autẽ ordinaria; vtranã valebit? Dicamus breuiter quod valebit ordinaria, etenim cũ institutio pręambulam habeat patroni pręsentationem, per quam vt dixi acquiritur ius ad rẽ præ-

præsentato, quod non tollitur per derogationem, consequens est, vt prouisio Apostolica sit posterior, & sic non afficiat præsentatũ postmodum institutũ per ordinarium, quãuis eadem die, qua Papa prouiderit *Rot. apud Illustriss. Seraph. in vna Veronen. capellania. 25. Ianuarÿ* 1598.

28 Vtrum idem dicẽdum sit de vocato ex fundatione, vt inquam sit preferendus Apostolico prouiso cũ derogatione in totũ, si eadem die presentetur, qua facta fuit Apostolica prouisio? videtur idem dicendum, enimverò talis vocatus assimilatur presentato *Put. decis.* 253. *n.* 4. *lib.* 3. quę decis. allegatur *in vna Gerunden. beneficÿ. 2. Decẽbris* 1605. *corã Illustriss. Sacrato.*

29 imò †. potest re integra semper se opponere quamuis cõpareat post lapsum terminum edicti, per regulam non pręstat impedimentum *Rebuff. in tract. nom in. quæst.* 17. *dub.* 10. *n.* 14. *allegat. per Rot. in d. Gerunden.*

Reg. Cancell. 18. de non tollendo ius quæsitum.

30 *ITem, ne per varias, quæ pro cõmissionibus, seu mandatis, & declarationibus habẽdis in causis, plerumq; fiunt suggestiones, iustitia postponatur, idem D.N. decreuit, & declarauit, suæ intentionis fore, quòd deinceps per quãcumq; Signaturam, seu concessionem, aut gratiã, vel literas Apostolicas, pro commissionibus seu mandatis, aut declarationibus huiusmodi, etiã si Motuproprio ex certa scientia, ac etiam ante motam litem, à Sanctitate sua emanauerint, vel de eius mandato faciendas, nulli ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur.*

Reg. Cancell. 42. de derogat. iurispatronatus.

31 *ITem voluit, quòd super quouis beneficio Ecclesiastico de iurepatronatus laicorum, non expediantur literæ, nisi ponatur expressè, quòd* tale beneficium tanto tempore vacauit, quod eius collatio ad Sedem Apostolicã legitimè est deuoluta, *vel quia tempus patronis laicis ad præsentandum à iure præfixũ lapsum existat, aut* ad id patronorum ipsorum accedat assensus. *Et si per ipsum iuripatronatus huiusmodi derogari contigerit iurispatronatus huiusmodi mentio dispositiuè, ac specificè, & determinatè, non autem conditionaliter fiat, si illud ad aliquem Regem, Ducẽ, Marchionem, vel mandato de prouidendo de dicto beneficio, similis mentio facta non fuerit, non censeatur quomodolibet derogatum.*

DVBIVM XXIII.

ARGVMENTVM.

Vbi ab vno stipite plures accipiunt vocẽ ad præsentandum, cum alÿs, maior pars absorbet minorem.

1 DVbitatur de pulchro dubio. Supponitur, quod aliquod iuspatronatus spectet ad quatuor patronos, seu stipites, & quod ab vno stipite descendant tres; ab alio sex; à tertio vnus; & à quarto septem: modò vacante beneficio huiusmodi iurispatronatus, aliquis præsentatur ab vno primi stipitis; & à quatuor secundi stipitis, & à

tribus quarti ſtipitis: ac tandem ab illo tertij ſtipitis; alius autem præſentatus à duobus primi ſtipitis,& à duobus ſecũdi, & quatuor quarti ſtipitum, obtinuit derogationem pro dimidia,quæritur an ſufficiat derogatio? concludamus breuiter quod ſic; etenim primus dicitur præſentatus tantum à dimidia parte; nam tametſi ſecũdus in primo ſtipite habeat tantum duas voces, & quatuor in quarto ſtipite: primus autem habeat in omnibus ſtipitibus aliquam partem, putà in primo 1. in ſecundo 4. in tertio totum: & in quarto
2 tres; † nihilominus, quia vbi plures voces deſcendunt ab vno, eodemq. ſtipite, is dicitur habere ſuffragiũ iuris dicti ſtipitis, qui habet nominationẽ à maiori parte deſcendentium ab eo ſtipite, nam vt aduertit *Rot. in vna Portuen. beneficij. 19. Ianuarij. 1583. coram*
3 *Gypſio*. † vbi plures fratres ſunt, qui vnicam vocem ſimul conſtituant, & habeant compatronos; tunc ſi aliquis pręſentaretur à minori parte illorum fratrum, non diceretur habere ſuffragium illius vocis, quia abſorbetur à maiori parte *Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 3. art. 7. q. 4. in fi.* ideò ſi rectè fiat calculus vocũ in caſu propoſito, clarè apparebit, quod primus tulerit dũtaxat dimidiam partem vocum, nã vox, quam ex primo ſtipite tulit abſorpta fuit per duas, quas reportauit ſecundus, ſicuti etiam abſorptæ fuerunt tres in quarto ſtipite, ita vt remaneat præſentatus tantum ab illis de ſecundo, & tertio ſtipite. Hinc falli videntur illi, qui putant, quod ius pręſentãdi diuidatur inter patronos per libram, ſeu vncias; nam tunc non abſorberentur ſuffragia minoris partis, & ea propter in caſu propoſito non afficeret derogatio, ſiquidem ille primus haberet vncias circa nouem, & ita diceretur vincere medietatem, quod tamen non eſt verum ex d. deciſ.

DVBIVM XXIV.

ARGVMENTVM.

Illegitimus quocum diſpenſatum fuit ſuper vno impedimento tenetur facere mentionem de ipſa diſpenſatione, quando petit aliam diſpenſationem ſuper alio defectu tendente ad eumdem finem.

1 Diximus quod illegitimi ſunt inhabiles ad Eccleſiaſtica beneficia; hinc oritur dubiũ an illegitimus quocũ fuit diſpenſatum per Epiſcopũ, fortaſſe ad minores ordines,& ad ſimplicia beneficia obtinenda, teneatur facere mẽtionem de ipſa diſpẽſatione, ſi aliam petat à Papa ſuper alio defectu ad obtinendum beneficium aliquod: hoc tactum reperio per Io. Andr. Anchar. Gemin.& Franc. *in c. 2. de fil. presb. in 6. & per Garz. de benef. p. 7. c. 2. n. 72. Io. à Kochier. in reg. de diſpẽſ. ſuper defectu natal. n. 11.* & poſtmodũ deciſum in Rot. *in antiq. deciſ. 3. d. tit. de fil. presb.* & expreſsius *in Burgen. Abbatiæ. 24. & 27. Ian. 1586. coram Cantuccio*, quã de verbo refert Garz.
2 *d. c. 2. n. 73.* † & vbique habetur, quod ſi impetratio continet diſpenſationem, quæ additur primæ di-

dispensationi, tunc impetratio non valet non facta mentione primæ dispensationis; si verò non continet dispensationem addentē priori dispensationi, sed est executio dispensationis iam factæ, tunc non est opus de prima dispensatione mentionem facere, quod idem est quod dicit Io. Andr. *loco cit. n. 2.*

3 vbi † ait, quod quando secunda dispensatio excedit moderamen primæ, facienda est mentio de prima, secus si sit in illius executionē.

4 Verùtamen non tangunt quando impetrantur diuersæ dispensationes super diuersis defectibus, minusq. declarant quando dicatur addi primæ dispensationi in impetratione, vnde pro declaratione huius resolutionis arbitror posse rectè hoc dubium duobus modis explanari.

Primò, quod tunc dicatur addi primæ dispensationi, siue excedi moderamen illius, quando impetratio tendit ad maius quàm contineat prima dispensatio: verbi gratia, fuit quis dispensatus ad duo simplicia beneficia, & ad minores ordines, postmodum vult talis dispensatus impetrare plura simplicia, aut curatum beneficium, & in consequentia dispēsari ad sacros, & maiores ordines, & ad non simplex beneficium, in hoc casu dici-

5 tur addi primæ dipēsationi, † quia dispensatus etiam cum clausula *ad omnes ordines*, non censetur dispensatus ad sacros, si tempore cōcessionis nullos habebat ordines, secus autem si iam fuisset ordinatus in minoribus, *Sair. in thesauro casuum conscien. lib. 6. cap. 11. n. 19. post Abb. in c. literas. n. 6. de fil. presb. & Maiol. de irregul. lib.*

6 *1. cap. 8. n. 6.* † prout dispensatus etiam simpliciter ad beneficia non censetur dispensatus ad curatum *Sair. d. c. 11. n. 25.* & in hoc casu facienda esset mentio de prima dispensatione.

7 Secundò dico, quod vbi quis impetraret beneficium, vel ordinem ad quod, vel quem fuit dispēsatus, tunc non tenetur facere mentionem de dispēsatione super hoc obtenta, nam huiusmodi impetratio diceretur in executionem ipsius dispensationis *per decision. & doctrin. preallegatas.*

8 Sed quid dicendum vbi impetratio fit de beneficio, ad quod iam fuit dispēsatum super vno defectu, & impetrans alio diuerso laborat, nunquid erit facienda mentio de prima dispensatione? videtur quod non, etenim non videtur addi primæ dispēsationi per excessum moderaminis illius, igitur &c. sed re vera sic distinguerem, quod aut dispensatio secunda super isto diuerso defectu tēdit ad eumdem finem, quo non sublato impediretur cōsequutio beneficij, & in hoc casu dicerem fore faciēdam mentionem primæ dispensationis, quia fortasse difficilius cum

9 tali dispensaretur: † aut tendit ad alium finem, & effectum, & tunc non esset opus huiusmodi mentione: verbi gratia illegitimus fuit dispensatus per Episcopum ad simplex beneficium ratione defectus natalium, sed indiget etiā dispensatione respectu ætatis, eo casu teneretur facere mentionem de

prima dispensatione, quia vtraque dispensatio tendit ad impetrationem dicti beneficij, † & difficilius
10 Papa dispensaret cum illegitimo pluribus defectibus inhabili, & ita fortasse erit intelligẽdus *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. num. 331* vbi referens *Dec. cons. 695. n. 34. & Ruin. cons. 37. n. 4. lib. 1.* indistinctè dicit, quod si clericus plures dispensationes obtinuit ob plures defectus, debet eas in posteriori narrare; nam exempla, quæ ibi adducit, hoc innuunt, quippequæ tẽdunt ad eumdem effectum,
11 cum † itaq; nedũ facienda sit mentio de ijs, quæ possunt penitus retrahere Principem à concessione gratiæ, sed etiam de ijs, quæ possunt illum reddere facilẽ ad concedendum *Rot. coram Illustrissimo Seraph. decis. 483. n. 7. si verò in Lucana beneficiorum 16. Nouembris* 1580. consequẽs est, vt in casu primæ distinctionis opus sit expressione; Papa enim difficilius dispensaret super pluribus defectibus quàm super vno, & maxime ætatis.

12 Et hæc annuisse sufficiat de Ecclesia patronata, quæ ideò patronata, seu iuspatronatus nuncupatur, vt benè aduertit, & notat D. Flauius, seu potius Laertius Cherubinus in Compend. Bullar. in annot. ad constit. Innoc. VIII. reuocatoriã iurispatronatus per me adductã superius *dub. 22. n. 7.* quia sicut pater ducit filium de non esse ad esse ex procreatione, vel ad bene esse ex ditatione; ita etiam est, inquit, de eo, qui fundat Ecclesiã, quoniam sic deducit ad esse, & per dotationem ad bene esse, *ad tradita per Zabarell. Ioan. Andr. & alios in rubr. de iurepatronat. & Lambert. tit. eod. lib. 1. p. 1. art. 2. q. 1. n. 8. & seq.*]

DVBIVM XXV.

ARGVMENTVM.

Beneficium patronatum laicorum confertur sine concursu vbi vnus tantum præsentatur; secus si plures sint præsentati, nec est necessaria præsentatio, siue consensus omnium patronorum, aut duarum partium, sed sufficit quod fiat à maiori parte: ostenditur etiam quando liceat patrono variare.

Ampla adeò, ac vasta est materia iurispatronatus, vt temerarius quisque sit reputandus, qui putet ad vnguem, quod aiunt, de ea agere; Ne igitur, ego hac nota inficiar, manum iam de tabula tollere deliberaui, remittendo pium Lectorem ad celeberrimos tract. de huiusmodi materia Insignium Doct. Cæsaris Lambertini eximiæ doctrinæ, qui nihil ferè hac de re intactum reliquit; Rocch. de Curte; Pauli de Citad. Io. Nic. Delphinatis, & ad scribentes super hoc tit. tàm in decret. quàm in 6. & Clem. eòq. libentius hoc facio, quando instituti nostri non est ex professo hic de alia re agere, quàm de concursu, de alijs enim materijs intendo dumtaxat annuere quantum pro instituto nostro sufficiat.

Quocirca hoc 7. Præludium

de patronata Ecclesia, concludo cum hoc xxv. dubio, per quod dubitatur, an dispositio Conc. *c.*18. *de refor. sess.* 24. & constit. Pij V. Sanct. mem. locum habeat in beneficijs iurispatronatus, maximè circa concursum, & quid faciendum, quando iuspatronatus est ex priuilegio, vel præscriptione, in quibus casibus habemus Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform. cap.* 9. per quod huiusmodi iuspatronatus remanet sublatum. Vt igitur rem iuxta cœptam methodum con-
1 cludamus; † dico, quoad primum membrum dubij, quod in parochiali iurispatronatus Ecclesiastici, vel mixti fit concursus, ac propterea conferri debet seruata forma Concilij; de primo disponit Conc. *d. cap.* 18. ibi *Porrò Episcopus*, & ibi *si verò iurispatronatus*: vbi Sac. Congreg. his verbis declarauit; *Cum nominatis à patrono. Ecclesiastico potest Episcopus etiam clericos ad concur-*
2 *sum admittere*. † de secundo, nimirum mixto, habemus etiam claram resolutionem eiusdem Sac. Congreg. *in d. vers. si verò*, quam de verbo refert *Garzia par.* 9. *c.* 2. *n.* 278. in hæc verba. *In collatione Ecclesiæ parochialis, quæ sit iurispatronatus partim laici, est seruanda forma examinis per cõcursum; quam concilium præstituit in conferēda parochiali, quæ sit iurispatronatus merè Ecclesiastici, & idem dicendum de iurepatronatus pro duabus partibus ad laicos, & pro vna ad Ecclesiam*
3 *spectante*. † De tertio autem, quando scilicet est merè laicale, non est opus aliquo concursu, atque adeò non est conferenda huiusmodi parochialis, seruata forma Concilij, vt pluries declarauit Sac. Congreg. teste Garzia, qui plures ad hoc refert de verbo de-
4 clarationes Sac. Congreg. † hoc tamen intellige verum, nisi plures essent præsentati, siuè cumulatiuè, siuè per variationē, quæ planè variatio licita est patronis laicis, cum licentia tamen Superioris, secundum veriorem sententiam, *Innocen. Hostien. & Boich. n.* 5. *in c. cum Bertoldus.* 18. *de sent. & re iudic. & dixi hic dub.* 21. *n.* 144. Nam tunc necessarius esset concursus inter eosdem præsentatos, pro quo habetur declaratio Sac. Congreg. apud Garziam *d. cap.* 2. *§.* 2. *n.* 256. *p.* 9. *tex. est in Clem. plures. §. quibus etiam de iure-*
5 *patronat.* † Episcopus autem ex approbatis ab examinatoribus eū eliget, quem cęteris magis idoneum iudicauerit, & illum, & non alium instituet, iuxta quod decisum fuit *coram Blanchetto.* 6. *Iunij* 1582. *&* 30. *Iunij* 1583. *teste Paris. lib.* 7. *de resignat. q.* 5. *n.* 21.
6 Intellige † etiam verum, vt sit habendus concursus inter præsentatos, quando omnes æqualibus vo-
7 tis gaudent, † at verò si aliquis plures haberet voces, is solus esset examinandus, & idoneus repertus instituendus, *Garzia p.* 9. *c.* 2. *§.* 2. *n.* 257. & eleganter *Lambert. q.* 4. *art.* 1. *n.* 11. *p.* 3. *lib.* 2. vbi apertè dicit, quod instituendus est ille, qui plurimorum eligitur, & appro-
8 batur assensu, † [sed subintelligo ¶ nisi talis qui maiorem partem vo-

cum habet subeat & ipse examen cócursus cum cæteris nominatis, quia túc faceret sibi præiudicium quia faceret se illis partem, vt fuit dictum *in vna Pampilonen. apud Garziam p.9. cap.2.n.157.* quam allegat D. Oliuer. Beltramin. *in annot. ad decis.* 494. *n.4. fel. rec. Greg. XV. & aliàs dixi Prælud. 3. dub. 3. n.15.*] & Lambert. *ibidem n.* 2. dicit non requiri necessariò consensum omnium patronorum , nec etiam duarum partium ; sed valere præsentationem
9 factam à maiori parte ; † Et sufficit quod præsentatus à maiori sit idoneus, licet esset magis idoneus
10 præsentatus à minori parte: † Ad hoc facit à contrario sensu, decis. Rot. *in vna Pampilonen.* 23. *Iunij coram Bubalo* , vbi dictum fuit, *quod non refert , quod Martinus fuerit præsentatus à maiori parte patronorum , quoniam hoc casu , quãdo præsentatus à minori parte est habilis , & idoneus , præfertur inhabili præsentato à maiori parte,* per cap. dudum. de elect. Lambertin. d. quæst. 4. art. 5. num. 2. *& hæc decisio affertur* per Garziam d. c.2. n.88. p.9. &c.

11 Quo ad secundum membrum dubij , vbi dubitatur quid faciendum, quando iuspatronatus est ex priuilegio , stante derogatione Sac.Conc.Trid. satis dixi superius *hoc Prælud. dub.3.* vbi plures habentur Sacræ Rotæ decisiones , & præcipuè *in vna Compsana iurispatronatus.* 3. *Decembris* 1604. *coram Litta apud Farinac. p. 1. decis.* 88. vbi decisum fuit *Iurispatronatus quasi possessionem prætenso patrono aduersus prouisum Apostolicum in mensibus reseruatis non suffragari , non obstante priuilegio, pragnantissimis clausulis suffulto, quod iuspatronatus habeatur , ac si ex fundatione , ¶ aut dotatione esset erectum.* [Et in causa Cæsaraugustana de Maella vbi constitui aliquas conclusiones per quas apparet iurapatronatus cadere sub reseruatione , quando sunt ex priuilegio, etiam cum augumento tertię partis fructuum , quas planè decis. de verbo retuli *d. dub.3.num.27. in hoc ipso Præludio* . vnde non est diutius insistendum .

Et hæc de patronata Ecclesia delibasse sufficiat , iam ad Præludium de Ecclesia electiua , quæ eius germana est .]

PRÆLVDIVM Octauum .

De Ecclesia Electiua .

ARGVMENTVM.

Beneficium electiuum quodnam sit latè demonstratur, non obstante quod electionis ius parum sit in vsu, & titulus de electione recesserit ab aula .

OST Præludium de Ecclesia Patronata , congruè subijci potest Præludium *de Ecclesia Electiua* , nec erit
1 inutile hoc annuere , † etenim , teste D. Ænea de Falconibus *in suo tract. de reseruat. benef. p. 1. q.3.*

q.3.n.24. non comprahenduntur in reseruatione, quæ fit sub ea forma *Reseruamus beneficia, &c. & ad cuiuscumque prouisionem, collationem, præsentationem, seu dispositionem spectantia* c. cum in illis. *§.* illis verò. 16. de præb.
2 in 6. & in Clem. 1. *§.* 1. tit. eod. † & Staphil. *de lit. grat. rubr. de qualit. dignit. num. 5. & seq. fol. in meo lib.* 103. dicit quod si Papa mandat prouideri cum clausula, *ad prouisionem, vel præsentationem*, etiãsi addatur, *vel quamuis aliam dispositionem*, non venit modus ele-
3 ctionis, † sed latius, & elegantius D. Anastas. Germon. *de indult. Card. §. ac Beneficia. n.* 1. qui dicit mirum esse summum Pontificem concedere Cardinalibus facultatem cõferendi beneficia electiua, cum sint digna speciali notà *Caputaquen. decis. 41. n. 2. par. 4.*
4 vnde † ait Ripa *in cons. 5. incip. Iulius Papa de rescript.* clausulam illam, *ad collationem, prouisionem, præsentationem, institutionem, seu quamuis aliam dispositionem, communiter, vel diuisim spectantia*, non includere beneficia electiua, *d. Clem. 1. de præb.*
5 quo planè fit, † vt in impetratione opus sit fieri mentionem quod beneficium est electiuum, aliter gratia esset subreptitia, & nulla *Gonzal. de mensib. & alternat. glos. 19. n. 7. vbi allegat decis. 41. de rescrip. in antiq. & decis. 13. n. 5. de præb. in antiq. Bisignet. Io. Sel. de benef. p. 3. q. 11. n. 79. Menoch. lib. 2. cons. 3. & de arbitr. casu 201. num. 84.*
6 Sed quia electio, vt subtiliter obseruat D. Germon. *d. §. ac beneficia. n. 13.* nõ cadit in simplici parochiali, nec in Canonicatibus, teste Staphil. *d. rubr. de qualit. dign. in 6.* quamuis patroni soleant cõgregari ad sonum campanæ pro eligendo Rectore, *Gonzal. d. glos. 19. n. 14.* Ideo clarius hic tradere putaui, quænam beneficia dicantur electiua, vt valeat collator, omni hæsitatione procul, ad collationem procedere, quandocumque casus euenerit.
7 Dicit itaque Staphil. *in d. rubr. de qualit. dignit.* quod beneficium electiuum illud est, ad quod electio fit, iuxta dispositionem *c. quia propter. 13. de elect.* Gonzal. autem dicit, quod illud beneficium est electiuum, in quo prouidetur per electionem, quæ exigit confirmationem superioris, secus autẽ, inquit, si confirmatio superioris non esset necessaria, *per glos. in verb. electionem. in Clem. quia contingit. §. vt autem. 2. de religio. dom. & ibi Card. n. 2.* † ad-
8 dens præterea Gonzal. quod huiusmodi electio fieri debet per capitulum Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, seu conuentualis, secus per beneficiatos Ecclesiarum parochialium, quia tũc, inquit, impropriè appellabitur beneficium electiuum, & ita testatur fuisse resolutum *in vna Calaguritana beneficij. 22. Maij 1551. vt in decis. Caputaq. 295. num. 1. & per tot.*
9 *par. 1.* † At verò D. Anastas. Germon. *in d. §. ac beneficia. n. 16.* adstruit, ea dumtaxat nuncupari electiua beneficia, quæ sunt caput
10 collegij, † vnde quærit an teneat col-

collatio; & an vitietur gratia, quando dictum non fuit quod beneficium est electiuum, & pluribus similibus arguit pro affirmatiua, & ea præcipuè, quod vbi quis impetrat dignitatem, exprimendo quod illum obtinens potest excōmunicare; tenetur audire confessiones, sacramēta administrare, & huiusmodi; licet non expressè dicat beneficium esse curatum, tenet nihilominus collatio, quia ex prædicta expressione constat esse cu-
11 ratum; † sed casum per eum excitatum circa electiuū beneficium soluit negatiuè, *per decis. Rot. 13, n. 5. de preb. in antiq.* vbi quod si impetrans dignitatem electiuam non fecerit expressam mentionem quod est electiua, quamuis alia omnia, quæ electiuis dignitatibus conueniunt expresserit, gratia nihilominus dicitur subreptitia, ex dispositione *d. Clem. 1. de preb.*
12 & ratio ea esse potest, † quia ideo Papa vult vt fiat expressa mentio de electiuitate, vt veritas sibi nota sit de his, quæ facto consistunt, cum aliàs facta ignorare posset *c. 1. de constit. in 6. c. 1. vt Eccles.*
13 *benef. sine dimin.* † nam exprimēdo Ecclesiam esse Collegiatam non infert necessariò ad electiuitatem; potest enim esse vt collatio huiusmodi Collegiatæ spectet ad aliquem sine electione, vt probè
14 videmus † in collegiatis huius Alexandrinæ Ciuitatis, & Diœcesis, in quibus electio nulla fit, dum vacant dignitates, habentur autem in Ciuitate duę insignes Collegiatæ, vna sub S. Mariæ ad Niues, Priuilegijs fel. rec. Martini V. altera S. Petri fel. rec. Leonis X. decoratæ, & munitæ, & ego in vtraque successiuè fui Canonicus: contenditur etiam adesse aliam collegiatam habitu tantum, videlicet Sanctę Marię de Curte nuncupatam, sed re vera ista non est Collegiata, ne quidem habitu, quippe quæ omni tempore penitus caruit omnibus requisitis, nec vlla vnquam cōcurrit coniectura, ex illis quas retuli *superius, Prælud. 2. dub. 2.* sed abusiuè appellata est Collegiata.

In diœcesi verò extant duæ; vna inquam sub titulo S. Perpetui, in Oppido Solerij, ex quo B. Bruno Signiæ Episcopus originem gloriosam duxit, vt proinde in tota hac Diœcesi illius officium, suffragante ad id decreto Sacrę Rituum Congregationis, recitetur. Decretum autem tale est.

Sanctorum memorias, ijs præcipuè in locis celebrari, vnde originem, ac vitam duxere mortalem, veterum Ecclesiæ patrū suadent instituta. Itaque cū B. Bruno Episcopus Signiæ in Pago Soleriæ, ex quo præcipuè Alexandrina Ciuitas in Insubria, coaluit, natus sit, Sacra Rituum Congregatio, laudata Io. Ant. Massobrij Primicerij, & Augustini Galeæ Canonici Alexandrin. petitione; Officium eiusdem Sancti, de communi Confess. Pontif. retentis lectionibus in proprio eiusdem officio, pro Clero Signino, ab eadem Congregatione approbatis, sub ritu duplici in prædicta Ciuitate, at Diœcesi die 18. Iulij, qua videlicet ipsius obitus in Martyrologio an-

annotatur, recitari posse liberaliter indulsit, die 19. *Nouēbr.* 1622. *F.M. Card. à Monte: Io.B. Rinuccinus Secret.* & asseruatur in Archiuio Episcopali authenticum.

Huius Sancti gesta, & Oppidi Solerij ædificationem, atque primordium luculenter tradit D. Io. Bapt. Ferrarius dictæ Collegiatæ Canonicus: quot autem qualesue, & sanctitate, & virtutibus Illustres, & togatos, & galeatos illud oppidum produxerit viros, lōgum nimium esset huc referre, nec ad rem nostram spectat, ac proindè hoc non attingo; prætereundum tamen non putaui insignem legum Doctorem, quē ędita iam scripta celebrant, & iam iam ędenda clariorem reddent, videlicet D. Lancellottum Galliam, cuius honor vti corruscauit in D. Mario subtilissimo Philosopho, ac pijssimo Medico, necnon & in DD. Bartholomæo, ac Perpetuo Prothonotarijs Apostolicis, & dictæ Cathedralis Canonicis, magisq. in dies clarescit, & crescit in D. Anton. eximio Doctore, quē sola virtus, & doctrina prouexit ad Quæstoratū Illustriss. Magistratus Ordinarij Mediol. ac alijs filijs, quos sanè haud degeneres habuit, ita & nomen sustinetur in Iuniore Lancellotto D. Antonij Primogenito I.V.D. & d. Cathedralis Canonico, qui eam præsefert expectationem doctrinæ, vt Auum adhuc viuū sustinere videatur: Camillum etiam Ferrariū Aquileiensis Patriarchalis Canonicum, Serenissimiq. Leopoldi Archiducis à Secretis silere non possum; id enim sanguinis coniunctio, atque necessitudo, quę illum mihi deuincit, & magis, magisq. ingētes eius virtutes, ac summa Doctrina non patiuntur; hisce debeo, & D. Alexādrum Gratarolā Prothonot. Apostolicū, & Doctorem, à Summo Pont. Paulo V. fęl. rec. honoribus auctum addere. Nę, dū tantos viros recenseo, cum sequi non valeam, quin potius viderer velle Soli fulgentiss. facem addere, saltē impellor, vt qui eiusdem Oppidi minimus sum, tantorum exciter exemplo, & eorum vestigia sequendo, ad virtutes contendere nunquam me pigeat.

Altera collegiata Diœcesis est S. Dalmatij Oppidi Quargnenti.

Sed iam reuertamur ad rem vnde digressi sumus, quāuis, inquā, inficiatur gratia ob non expressionem electiuitatis, eo quod respiciat factum, vt dixi superius, de
15 quo Papa vult informari, † attamen si reticeretur aliqua qualitas, quæ inhęreret iuri, gratia esset nihilominus valida, nec aliquo subreptionis vitio notaretur, *ad decisa per Rot. apud ipsum Germò-*
16 *ninm, d. §. ac beneficia. n.* 23. † vbi dicit, Papam Vrbanum VI. respondisse cuidam Auditori, quod de qualitatibus, quę à iure insunt materię impetratę, non est opus
17 facere mentionem, † & ratio esse potest, quia Papa dicitur habere omnia iura in scrinio pectoris sui *l. omniū. vers. sicut ergo.* 19. *C. de testam.* quod tamen intelligendum est quoad interpretationē, secus quoad reminiscētiam *tex. & glos. in c. praeterea scisçitaris.* 23. *dist. ibi, nisi nos fallat obliuio.* Gonzal.

de

de mensibus. §. 4. *procem. n.* 85.
18 quinimò † licet Papa sit I.V.D. eo
ipso quod est Papa, attamen est
Doctor auctoritate, & non scien-
tia, vt dixit Bal. *in c.* 1. *col. vlt. de
magistr.* astruit Bertachin. *in re-*
19 *pert. verb. Papa licet,* † vbi etiam
releuat, quod Papa præsumitur
ignorare facta propria, propter
multiplicitatem negotiorum *cap.
cum olim.* 12. *de re iud.*
20 Aliud admonet notandum, ni-
mirum esse alia beneficia electi-
ua, quæ non sunt caput Collegij;
21 vnde † Card. *in d. Clem. quia con-
tingit. §. vt autem in* 4. *not. de re-
lig. dom. & in d. Clem.* 1. §. *ad
hac q.* 4. *de preb. & in cons.* 105.
*prout refert, & sequitur Felin.
n.* 26. *vers. vt autem in c. in no-
stra.* 22. *de rescrip.* dicit quod be-
neficium electiuum propriè dici-
tur, quando proceditur per ele-
ctionem, quæ exigit superioris
confirmationem, & in hoc conue-
22 nit cum Gonzal. *loco citato*, † &
Fel. *in d. c. in nostra. vers. & dico
amplius* scribit quod si Canonici
eligunt in plena forma electionis,
& non confirmatur eorum ele-
ctio, beneficium nihilominus di-
citur electiuũ ratione formæ ser-
uatæ in electione, etiam si Supe-
rior non confirmet, ita vt includa-
tur in literis non facientibus men-
23 tionem de electiuis; † & ita te-
statur Germonius seruari in Me-
tropolitana Taurinensi, vbi Cano-
nici eligunt seruata forma *c. quia
propter.* 13. *de elect.* absque vlla
Archiepiscopi confirmatione, nam
statim atque electus est aliquis in
Canonicum deducitur in chorum
ab alio Canonico, ex mandato
Præsidentis Capituli, & ibi instal-
latur, & illa installatio haberur
pro confirmatione *per Oldr. cons.*
24 146. *n.* 5. † nec inquit absonum est
dicere quod ex consuetudine in-
ducatur vt vnus actus effectum
alterius repræsentet, sicut Scota-
tio traditionem operatur, *cap. ex
literis.* 2. *de consuetud. vt etiam
notat Imol. in c. transmissam.* 15.
de elect. & c. ex insinuatione. 26.
25 *de simon.* † Scotatio autem est
quædam forma transferendi pos-
sessionem, de qua *in d. c. ex literis.*
2. *de consuet.*

Hinc limitatur Staphil. suam
conclusionem, *in rubr. de qualit.
dignit.* vt dicatur etiam electiuum
illud beneficium, seu Canonia, vbi
de consuetudine, in aliqua Eccle-
sia introductum esset, vt forma
d. c. quia propter. 13. *de elect.* ob-
seruari debeat in electionibus Ca-
26 nonicorum; † consuetudo enim,
inquit, & legitima præscriptio
dant statum beneficio, vti proba-
tur *in c. cũ de beneficio* 5. *de preb.
in* 6. cui adstipulatur Ioan. Andr.
*in addit. ad Specul. tit. de act. &
pet. §. super petitionibus. in fi.
vers. per literas quoque.* quod po-
test confirmari ex testimonio Fel.
n. 26. *vers. & scias in d. c. in no-*
27 *stra.* 22. *de rescript.* † vbi refert
Innoc. VI. dixisse, ac semel in Ca-
mera declarasse quod volebat il-
lud beneficium esse, & dici electi-
uum, in cuius electione seruatur
forma *d. c. quia propter.* 13. *de*
28 *elect.* † vel per cuius obitum Ec-
29 clesia viduatur Prælato; † quo-
circa concludit idem Germonius
d. §. ac

d. §. ac beneficia. n. 31. quod beneficium electiuum dicitur, non modo illud, quod est caput Collegij, sed etiam illud, quod iure aliquo speciali, vel ex inueterata consuetudine pro electiuo habetur, & ex his patet quod, & quando beneficium dicatur electiuum.

30 Et quamuis Garz. *p.4.c.1.n.11.* dicat quod ius electionis parum est in vsu, cum titulus *de elect.* iam recesserit ab Aula, vt inquit Lambert. *de iurepatr. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 10. n. 6.* attamen nõ absurdum duxi hic inserere duas elegantissimas decis. *in vna Treueren. Abbatia S. Maximini coram Illustriss. Coccino Decano*, totam materiam *d. c. quia propter.* mirabiliter declarantes, & decidentes quę sic cantant.

¶ [Mercurij 20. Nouembr. 1624.

PEtitum fuit, vt Sanctissimus Dominus Noster confirmaret electionem Abbatis, quæ nisi valida sit, confirmari non debet c. ni-
31 hil. 44. §. cæterum. de elect. † *Imò si est nulla ob non seruatam formam* c. quia propter. de elect. *potestas prouidendi deuoluta est ad Sedem Apostolicam, tam vigore iuris communis, vt est text. expressus* in c. quamquam. de elect. in 6. Roman. conf. 332. num. 11. *quam vigore Concordatorum, & compactat. Germaniæ. Ideò Sanctissimus Dominus Noster mandauit, vt in Rota videretur, An constet de valida electione, quæ*
32 *veniat confirmanda; Et † resolutio pendet principaliter ex eo, An fuerit seruata forma* c. quia propter. de elect. *quod habet locum in electione etiam Abbatum, vt colligitur ex dicto text. in verbo*, Ecclesiæ viduatæ, *iuncto text.* in c. ne pro defectu. 41. tit. eod. & in c. indemnitatibus. §. sanè, cum §§. seq. de elect. in 6. Io. Andr. in d. c. quia propter. num 59. vbi de communi, Bellam. ibid. num. 3. in princ. Imol. n. 3. vbi de communi, Rot. decis. 5. in princ. iuncto. n. 2. de elect. in nouis, cum pluribus allegatis in causa Meten. Monasterij. 5. Iulij 1621. coram me, *quibus potest addi Cucch.* instit. maior. lib. 4. tit. de elect. n. 279. in fin. Canis. de elect. §. & hæc de Episc. Iodoch. Lorich. in thesaur. vtriusque Theolog. in verb. electio in forma scrutinij. vers. octauò hęc
33 forma. † *Et forma, quæ traditur in* d. c. quia propter, *est præcisè seruanda, cum habeat decretum irritans ibi*, electio aliter facta non valeat, *quæ verba dictum decretum important* l. non dubium C. de legit. l. stipulatio. ff. de verbor. oblig. Io. Salas. de ll. q. 96. tract. 14. disput. 16. sect. 11. n. 29. Alex. conf. 41. num. 13. & 14. lib. 5. quod duplicatur, Socin. Sen. conf. 87. n. 6. vers. confirmatur. lib. 3. Ias. conf. 85. n. 8. & 9. lib. 3. *& in puncto d. c. quia propter* dicunt Gloss. & Doctor. in d. Meten. allegat. Compost. n. 20. vers. nunquid de ista, Io. Andr. n. 37. *in verbo*, non valeat, *Innoc.* n. 6. eodem verbo, Gulielm. Mandagot. de elect. c. 22. Roman. conf. 332. n. 12. *Et Domini negotio maturè discusso. cum vna tantum pars informaret, censuerunt non constare de valida electione, quæ debeat confirmari*.

Cum

34 *Cum enim* in d.c.quia propter. *dentur tres formulæ electionis, per scrutinium scilicet, compromissum, & quasi inspirationem, quæ vltima verè non est formula, vt notant Doctor. ibidem, & fuerit electa forma scrutinij, non fuit seruata forma* in d. c. quia
35 propter *præscripta: Primò, † quia ibi disponitur, quod assumantur tres de Collegio fide digni, qui secretè, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in hoc casu fuerunt assumpti tres quidem de* Collegio, *& tres extrà Collegium; Vnde electio in duobus peccat, ac proinde remanet nulla. Primò, quia fuerunt electi sex, & tamen non debent esse plus quam tres: Secundò, quia fuerunt electi tres extra Collegium, vtrumque enim est contra formam substantialem illius* cap. quia propter. *vt probatur ex tex. claro* in c. Ecclesia vestra. il 2. 57. §. denique. de elect. *vbi est expressum, quod clausula illa posita* in d. c. quia propter, *dum, post requisita ad electionem legitimè faciendam, subiungitur,* electio aliter facta non valeat &c. *refertur ad ea omnia, quæ attentātur contra formam electionis, repertam solum* à d c. quia propter. *in Concilio generali, non autem ad alia ibi narrata, quæ ad electionem faciendam reperta sunt ab alijs etiam* Canonibus, *quibus tamen omissis, illi Canones non inualidant electionem*; *hoc verò, quod scilicet tres de Collegio, & non plures debeant esse scrutatores, statutum est solummodo ab ipso Concilio generali* in d. c. quia propter, *non autem ab alio Canone*; *igitur electio, omissa ista forma, est nulla cum illa clausula* aliàs electio facta non valeat, *posita in fine* d. cap. *ad dictam formulam à* Concilio *generali introductam referatur; vt benè dictum tex.* in c. Ecclesia vestra ponderat Roman. conf. 332. n. 12. *ad quod nullus alius, quem ego viderim animaduertit.*

36 *Et quod etiam scrutatores debeant esse tres, & non plures, aliàs electio non valeat est communis, & indubitata sententia Abb.* in d.c. quia propter. n. 13. verf. tertium substantiale vbi de communi Imol. n. 7. Innoc. n. 4. Bald. n. 31. Io. Andr. n. 9. verf. assumantur, *dum vult, quod substantialia* c. quia propter. *incipiant à verbo assumantur Butr.* n. 22. verf. dicitur sextò. Hostien. in summ. §. qualiter facienda, verf. sed verba Concilij Baif. de elect. p. 3. c. 23. vbi de communi Bertrand. conf. 187. n. 1. vbi etiam de communi, *& quod ab hac opinione non sit recedendum in consulendo, neque in iudicando* Rebuff. super concor. in tit. de reg. ad Prælat. nomin. facien. §. vlt. verb. formam, verf. tres, vbi de communi Franc. Marc. decif. 1201. vbi pariter de communi, Ioan. de Friburg. in summ. tit. de elect. q 7. col. 2. verf. assumantur. Siluest. in sum. verbo elect. 2. n. 12. verf. tertium de communi. Ang. in summ. eod. verb. n. 26. Tabien. in verb. elect. 1. n. 20. verf. secundum quod Rosell. eod. verb. col. 5. verf. quot sunt formæ. Azor. Instit. moral.

p. 1.

p.2. lib.6.c.14. col.7. verſ.vndecimò quæritur. Rodriq. in ſum.c.2. de elect. col. 3. vbi de communi, aliàs cap. 102. Iodoch. Lorich. in theſ. vtriuſque Theol. in verb. electio in forma prima ſcrutinij. verſ. ſecundò. vt ipſi eligant. ***Et ratio huius ſententiæ, vt tres facilius conueniant, & fidelius negotium tractent*** Hoſtien. in ſum. Petr. de Baiſ. Butr. & Bertrand. locis iam allegatis.

37 ***Et quod etiam dicti tres ſcrutatores debeant eſſe de Collegio, alias electio ſit nulla, eſt pariter communis opinio Abb.*** in d.c.quia propter. n.13. verſ. quartum ſubſtantiale. Imol. n. 8. vbi de communi. Io. Andr. n. 11. Butr. n.22. verſ.dicitur ſeptimò.Hoſtien.n.25. & 43. Card. n. 3. q. 12. Compoſt. n.5. in fin. verſ. de Collegio. Anchar.col.2.verſ.circa hoc Goffred. in ſum. de elect. n.7. Hoſtien. in ſum. eod. tit. §. qualiter facienda. col. 4. verſ. de Collegio. Roman. conſ. 312. n. 12. vbi de communi Rebuff. loco præfato, verſ. quartò requiritur. Baiſ. de elect. par. 3. c. 24. Franc. Marc. d. deciſ. 1201. in fin. Siluest. in ſum. Ang. Io. de Friburg. Tabien. Roſell. Azor. Iodoch. Lorich. locis ſupra allegatis.

38 † ***Et ratio huius dicti eſt, quia præſumitur eos, qui ſunt de Collegio, fidelius tractaturos electionem, & non eſt honeſtum, vt qui ſunt extra Collegium ſciant conſcientiam illorum de Collegio,*** Hoſtien. Imol. Baiſ. & Rebuff. ſupra citatis locis.

39 ***Et quamuis ſecundum aliquos ſubſtantialia formæ,*** c. quia propter, ***non incipiant à verbis illis,*** aſſumantur tres de Collegio; ***ſed à verbis immediatè ſequentibus,*** qui ſecretè,& ſigillatim vota cunctorum diligenter exquirãt, ***prout gloſſ.*** in d.c.quia propter.in verb. ſanior.in fine, ***& fuit opinio Vincentij, & Tancredi, Mardagot.*** de elect. c. 23. ***in verb.*** irritari, ***vbi, quod in Curia fuit confirmata electio Abbatis Tullen., licet in ea fuerint electi ſex ſcrutatores, tres ſcilicet de Collegio, & tres extra Collegium, quem etiam refert Card.*** in d. c. quia propter. n. 13. q. 12. verſ. & iuxta Mardagotum, ***& hanc opinionem eſſe in Curia receptam dicunt, licet ipſi contrarium expreſſè teneant*** Hoſtien. in ſum. de elect. §. qualiter facienda. col. 4. verſ. aſſumendo. Goffr. in ſum. n.7. Io. de Friburg. in ſum. tit. de elect.quæſt.7.col.2. verſ. aſſumantur. Ioan. Andr. in d. cap.quia propter. n.9. in verb. aſſumantur. ***Prædicta tamen opinio gloſſ. non eſt vera, vt patet ex ſupradictis, & benè dicunt Doct. modo allegati, neque probatur***

40 ***quod ſit recepta in Curia,*** † ***quia non eſt credendum Doctori de receptione atteſtanti, prout nec creditur de conſuetudine atteſtanti*** Mohed.deciſ.2.& 3. de conſuetud.

41 ***& eſt ratio,*** † ***quia conſuetudo eſt quid facti, & quod tunc fuit,***

42 ***poteſt hodie non eſſe,*** † ***per quam rationem ſemper meo tempore Rota reprobauit opinionem illorum qui tenent, quod credatur Doctori teſtanti de cõſuetudine, quando eſt verſatus in illo foro. Eoq. magis non eſt credendum***

dictis

dictis Doctoribus, quia hoc dictũ non videtur congruum, cum ferè omnes prædicti Doctores videantur moueri ex prædicta cõfirmatione electionis, in qua fuerunt adhibiti sex scrutatores, quæ quidem electio, vt rectè Rota aduertit in d. causa Meten. Monasterij. 5. Iulij 1621. *per Summum Pontificem potuit confirmari ex gratia, non autem ex eo, quod electionẽ censuerit validam;* † *Nec*
43 *prædicta electio adhibitis sex scrutatoribus potuit sustineri, prout nec ista, ex regula, quod vtile per inutile nõ vitietur* c. vtile. de reg. iur. in 6. *quia ista regula non habet locum, quando aliquid inducitur, pro forma substantiali, prout est, quod tres tantum eligantur scrutatores de Collegio, quia cum forma sit indiuidua, vtile per inutile vitiatur.* Dec. cons. 532. num. 5. Mandos. de communi reg. 27. q. 24. n. 10. Matien. in l. 1. tit. 4. lib. 5. gloss. 4. num. 9. Becc. cons. 12. n. 30. Gutier. canon. qq. lib. 2. c. 15. n. 114. Rot. decis. 471. n. 9. par. 1. *& in terminis electionis* Roman. cons. 66. n. 2. vsque ad
44 finem, † *vbi quod stante statuto, vt electio fiat ad annum, & non vltrà, & si contra fiat, sit nulla, electio facta per triennium est nulla in totum, quia illa verba dant formam electioni, quæ facit eam indiuiduam.* & ibi Add. in litera C, quem sequitur Alciat. in l. 1. §. sed si mihi. n. 13. ff. de verb. oblig. & Garz. de benefic. par. 2. c. 1. n. 59. & optimè ad rem idem
45 Alciat. loco cit. n. 11. & 12. † *vbi* ex c. messana de elect. *dicit, quod si interueniant in electione laici, & Clerici, electio est nulla in totum, ea ratione, quia non est seruata forma, cum lex de forma introduxerit, vt laici non interueniant in electionibus,* vt tenent Card. & Imol. in d. c. Messana.

46 *Neque prædictis resistit, quod de consuetudine potest introduci, vt aliqui extra Collegium interueniant in electione* Specul. de elect. §. 1. num. 12. Card. in c. quia propter. q. 12. in princ. Bertach. de Episc. lib. 1. par. 3. q. 5. n. 4. quem refert, & sequitur Boer. ad Mandagott. de elect. c. 23. litera R. vers. adde, qui tales possunt eligi scrutatores Card. & Specul vbi supra. *Quia quicquid sit de hac opinione, procedit, quando illi extra Collegium de consuetudine legitimè præscripta habent vocem; tunc enim, vt considerat Cardin. loco prædicto, hi dicuntur de Collegio eligentium. In proposito autẽ nullibi probatur, quod tres scrutatores exteri de cõsuetudine debeant interesse electioni, & si probaretur ista consuetudo, non releuaret, quia apertè cõstat, quod hi ex consuetudine non sunt de Collegio eligentium, cum in electione vocem minimè dederint.*
47 *Si* † *verò prætendatur, quod de cõsuetudine possint eligi sex scrutatores, tres de Collegio, & tres extra Collegium; Hoc etiam probato, nihil officeret, quia esset consuetudo contra dispositionem* d. c.
48 quia propter, † *quod cum habeat decretum irritans, tollit omnem consuetudinem in contrariũ, vt in puncto illius tex. dicit Boer.* de-

decis. 1. n. 49. & 50. *& hoc est regulare in omni lege, & canone habente decretum irritans* c. quod super his. in fin. de consanguin. & affinit. c. super eo. in princ. de cognat. spirit. Couar. par. 4. c. 6. §. 10. num. 35. & seq. Driedon. de libert. Christian. lib. 1. c. 16. col. vlt. vers.
49 & hinc iā consideranda, † *& confirmatur, quia lex irritans facit personam incapacē, quando circa illam versatur, & cõsuetudo non potest tollere incapacitatem* Dec. in c. nouit de iudic. n. 84. Felin. & Aym. quos allegat Suar. de ll. l. 7.
50 c. 19. n. 13. in fin. † *& quamuis ipse n. 14. hanc sententiam non probet, dum tenet, quod lex irritans aliqua ratione honesta possit esse abrogabilis per consuetudinē; Tamē quicquid sit de hac opinione, quatenus etiam esset vera, in casu isto nihil prodesset, quia, vt idem Suarez declarat* n. 16. & 17. *procederet, si vniuersaliter in toto Orbe per consuetudinem contrariam, cum requisitis, lex esset abrogata, quod in casu isto videtur*
51 *improbabile; † secus autē, quando in certo loco seruatur contra id, quod in lege habente decretum irritans disponitur; illa enim est præscriptio, quæ introduci nõ potest, obstante decreto irritanti,*
52 *quia † cum lex generaliter nõ sit abrogata, remanet in suo robore, neque hic repetendum est, quòd aliàs dicebatur* in d. causa Metem Coram me, *quòd videlicet non agatur de præscribenda lege, sed communi Doctor. sententia, quia imò de præscribenda lege agitur; nam licet aliqui DD. interpretentur substantialia*, cap. quia propter, *incipere ibi* qui secretè inquirant, *nihilominus communis intellectus illius text. est, quod substantialia incipiant à verbo* assumantur, *& hoc in alijs iuribus declaratur, scilicet* in d. cap. Ecclesia vestra. il 2. de elect. vt supra relatum est, *& sic agitur de præscribendo contra ius, non autem contra communem sententiam, quæ communis sententia versatur solum circa interpretationem illius text. Suarez.* de ll. lib. 6. c. 1. n. 5. vers. de hac igitur interpretatione.
53 *Secundò principaliter constat de nullitate electionis, quia dicti tres scrutatores extra Collegium scrutati sunt votum fratris Antonij primi scrutatoris de Collegio, & secundo loco præsente dicto Antonio, votum Matthiæ secundi scrutatoris, ac tertio loco præsente Antonio, & Matthia, votum Valentini tertij scrutatoris; Vnde scrutatio Antonij, & Matthiæ corruit, quia, & si aliqui velint, quod eligatur quartus scrutator, qui vna cum Notario scrutetur scrutatores; rectius tamen & communiter seruatur, quod duo ex eis tertium scrutentur, & sic duo ex scrutatoribus debebant Antonium scrutari, & duo Matthiam, quod minimè seruatum fuit*; ita Abb. d. c. quia propter. num. 9. vers. quartò quæritur. Innoc. in verb. cunctorum. num. 6. Hostien. num. 43. vers. sed quis inquiret, Io. Andr. n. 18. Butr. n. 26. Compostell. n. 6. Bais. de elect. par. 3. c. 26. n. 8.

Io. Frideburg. in summ. de elect. q.7. col. 2. ante fin. vers. & puto. Rosell.in sum.verb.electio 1.col.5. vers. quot sunt. Rodriq. qq. reg. tom.2. q.52. art.3. vers. in princ. *& sic non fuit seruata forma*, c. quia propter, *quia modus prædictus scrutandi est secundum formam d. text. ibi* vota singulorũ diligenter exquirant, *ac proindè etiam sui ipsorum, vt scilicet semper duo tertiũ exquirant* Hostien. in d. c.quia propter. num.3.
54 in verb. cunctorum, † *& sufficit quod forma deficiat in his duobus votis, cum satis esset, quod etiam in vno non fuisset seruata, vt electio corrueret, vt fuit opinio Vinc. quem refert, & sequitur Bellam.* in d. c. quia propter.
55 §.nisi fortè vers.tertiò quæro, † *& ratio est, quia in parte relinquitur forma, quæ est indiuisibilis* Garz. de benef.par.5.cap.4.n.184. *qui loquitur, quando etiam defectus est in vno voto, & quod magis est, nec ille vnus, in quo notatur defectus, potest postea assentire, quia cum electio fuerit nulla non potest ratificari* Compostell. in d.c.quia propter. n.29. Bellam. loco citato.
56 *Tertiò principaliter electio fuit nulla, quia ipsi scrutatores extrà Collegium scrutati sunt, solum assidentibus scrutatoribus de Collegio, vt patet ex instrumento cõfirmationis transmisso S. D.N. in quo sic habetur.* Petrus Abbas Epternacen. suffraganeus Treueren. & Abbas ad S. Matthiam, qui sunt scrutatores electi extra Collegium (in præsentia Notarij infrascripti, Primò votũ fratris Antonij scrutatoris: Deindè in præsentia iam dicti Antonij votum Matthiæ scrutatoris: Tertiò ipso quoque Matthia præsente votum Valentini) *qui sunt tres scrutatores electi de Collegio, & postea subsequitur*, assidentibus iam dictis scrutatoribus, Venerabilis Patris Michaelis Prioris, & postea singulorum in Ord. seq. Vota præstita, ab vnoquoque primitus iuramento consueto pręstito, inquisiuernnt, audiuerunt, & exceperunt &c. *Et sic scrutatores extra Collegium sunt illi, qui scrutati sunt Vota, assidentibus solum*
57 *scrutatoribus de Collegio*, † *atque ita contra formã* c. quia propter, *vbi expressè disponitur, quod tres scrutatores de Collegio vota omnium diligenter exquirant, quod verbum* (exquirant) *importat vt* ex se, & proprio ore exquirant, *imò adhibitis quibusdam verbis adhortatorijs, quæ tamen non possunt dici de substantia, prout de substantia est*, quod ipsi exquirant *Specul.* de elect. §. 1. n. 17. quem sequuntur Bertach. de Episc.lib. 2. p.1. n.2. Butr. in c. quia propter. n. 25. Abb. n. 5. vers. nota tertiò. Hostien. num.30. Innoc.n.6. *quod non fecerunt scrutatores de Col-*
58 *legio*; † *Aliud nempè est facere, aliud assidere* l.1. ff. de off. Assess. *& aliud est facere, & aliud est esse præsentem actui per alium explicato* Bart. in l. omnium. n.5. per illum tex. & ibi Bald. num. 9. Alex. n. 9. Bart. in l. modestinus. n.3. ff. de donat. Bald. in l.illud sub n.4. C. de Sacr. Eccles.

Quarta

59 *Quarta etiam principalis nullitas ex verbis supra ponderatis resultat, quia vt ex illis patet, vota non fuerunt redacta in scriptis contra formā tex.* in d.c.quia propter ibi & in scriptis redacta *Abb.* ibidem n. 6. Butr. n.27. Io. 60 Andr. n. 19. Hostien. n.31. † *vbi expressè, quod aliter non seruatur forma* Innoc. n.6. Imol.n.5. in fin.vers.in gloss. redacta, *vbi quod hoc requiritur, quia melius constat de voto per scripturā, hoc est, ne memoria scrutatorum pereat.* Innoc.ibid. Anchar.ante n.1. Bais. de elect. par.3.c.28.num.1. & seq. Mirand. in Manual. Prælat.regul. tom. 2. q. 23. art. 16.

61 *Quinta adest nullitas, quia vota in scriptis redacta publicari debent in communi, vt habet* in d. c.quia propter, *& hoc est etiam substantiale, in proprio autem fuit publicata solum electio non autē vota, vt in instrumento, ibi* inquisitis itaque collectis,& collatis singulorum votis, suffragijs, & voluntatibus, nos omnes rursus in vnum, ac in locum Capitularem conuocati, atque pro publicatione noui electi Abbatis,& Pastoris instantes per sępè dictum Dominum Præsidentem expressè rogati, num factam per nos electionem ratā, firmamq. haberemus, consentientes in Abbatem, & Pastorem nostrum Monasterij, & Conuentus venerabilem Patrē &c. Pium &c. publicari, & proclamari fecimus, prout idem D. Præsidens Dominum electū alta,& intelligibili voce proclamauit, publicauitq. &c. *Vnde cū fuerit publicata tantum electio nō autem vota, electio fuit nulla*; Hostien. in d. c. quia propter. n. 44. vers. quintum est. Io. Andr. n.28. vers. nonò. Anchar.& Butr. eod vers. Bais.d.par.3. c.29. in princ. Mirand. loco prædicto. vers. nonò. *Neque dicatur, quod electio fuit vnanimis, & propterea non erat necessaria publicatio votorum, cum non esset facienda collatio numeri ad numerū, meriti ad meritum, vel zeli ad zelū* Abb.in d.c.quia propter. n.10. *quia respondetur, quod ex tenore narratæ electionis constat vota non fuisse publicata, sed solum* 62 *electionem.* † *Et quamuis in petitione confirmationis dicatur quod electio fuit vnanimis, hæc est simplex enunciatiua, & si modò constaret, quod fuisset vnanimis non releuaret; dum non constat fuisse publicatam, cum vota semper pu-* 63 *blicanda sint,* † *licet enim, vt supra dictum est, quando electio est vnanimis non sit faciēda collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum, vel zeli ad zelum, debet tamē fieri collatio numeri, meriti, & zeli.* Abb.in d. c.quia propter. n. 10. vers. si vnus, *vel saltem est facienda collatio numeri aliàs esset in arbitrio scrutatorum pronunciare quem mallent, & hoc benè requiritur, prout etiam quando quis eligitur à duabus partibus, quo casu, licet non fiat collatio meriti, & zeli,* c. si quando. de elect. in 6. Abb.d. num.10. vers. nam maioritas. Franc.Marc. decis. 924. ante num. 6. lib. 1. *nihilominus fit collatio numeri, licet non ad numerum.*

K 2 Non

64 *Non obstat, quod Monasterium sit ordinis sancti Benedicti & in dicta electione dicatur*, & lecto capitulo ex regula de eligẽdo Abbate &c. *quod est* cap. 64. *ex quo forsan posset prætendi, quod electio facta, iuxta dictam regulam substineatur, quia, vt aduertit Turrecrem.* tract. 38. *illud caput habet duas partes principales, in prima agitur de ipsa electione, in secunda de qualitate ipsius electi, & circà primam partem tres ponuntur electionum differentiæ:*
65 *Prima † est si tota Congregatio in timore Domini concors fuerit in eligendo: Secunda si parua pars Congregationis, meliori tamen consilio freta eligeret aliquem: Tertia si tota Congregatio peruersa intẽtione corrupta aliquem elegerit: primam, & secundam approbat, tertiam verò reprobat, & hoc est, quod disponitur etiam postea* in d. cap. quia propter, *vt*
66 *supra relatũ est; † circa modum autem eligendi, regula nihil disponit; & si disponeret non releuaret, quia licet verum sit, quod quando habenti facultatem datur certa forma, illa non seruata, actus tenet; licet contraueniens possit puniri; secus tamen est, quando illa forma habet decretum irritans, vel perpetuam prohibitionem, prout in casu isto; Nam cum regula S. Benedicti sit anterior, superuenit constitutio Concilij generalis, de qua* in d. c. quia propter, *quæ dat certam formam cum decreto irritanti, ergo quid fit in contrarium est nullum, vt distinguendo, dicunt glosf.* in Clement. 1. in verb. inhibentes. de iurepatronat. vbi Imol. num. 3. & 4. Vitalin. num. 13. Anchar. in cap. Statutum. §. fin. per tot. de rescript. in 6. & in Clem. 1. num. 11. vers. & hoc enim videtur de sequestr. poss. & fruct. Felin. in c. ex parte. limit. 2. de constit. Abb. cons. 91. col. 3. num. 6. vers. ad prædicta induco. lib. 1. & q. 5. Augerio num. 6. vers. secundò probatur Apostill. ad Roman. cons. 236. num. 8. in verb. singularis. Suarez de ll. lib. 5. c. 31. num. 10. vbi materiam exornat. Ioan. de Salas. de ll. quæst. 96. tract. 14. disputat. 16. sect. 8. num. 33. Sà in summa, verb. lex. num. 13. *& ista est communis opinio, vt per Brun.* de forma titulo de potestate, & effectu formæ, & solemnit. in vlt. effect. in 6. limit. fol. 57. col. 1. vers. sextò prædicta regula.

67 *Neque etiam obstat si dicatur, quod vbi agitur de electione Abbatis regularis, sufficit, quod electio fiat per vota secreta iuxta Concil. Trident.* sess. 25. cap. 6. de regul. *Quia fuit responsum, quod aut Concilium loquitur de Abbatibus temporalibus, prout innuunt illa verba* in electione Superiorum quorumcumque Abbatum temporalium, & aliorum Officialium &c. *& super dispositione Concilij, non est insistendum; aut loquitur de Abbatibus perpetuis, & eo ma-*
68 *gis electio est nulla, † quia Concilium non derogat dispositioni* d. cap. quia propter; *vt per Rodriq.* in sum. cap. 1. aliàs 102. n. 2.

n. 2. & 3. de elect. *& fuit dictum* Coram me in dicta Meten. Monasterij, *solum addidit, quod* nedum vota sint secreta, sed ita, & taliter, ut nunquam eligentium nomina publicentur; *V nde si erat seruanda forma* c. quia propter, *dispositio* Concilij *nedum non obstat, sed operatur, vt eo magis electio sit nulla, cum eligentium nomina nunquam publicari debeant, ex quo fuit, quod cum fuerint electi tres scrutatores de Collegio, & tres extra Collegium, electio non remanserit secreta, quod certè non esset dicendum, si tres tantum de* Collegio *electi fuissent* Rodriq. loco allegato. n. 3. *Et censuit Congregatio Illustriss. interpretum, quam refert* Garz. de benef. p. 5.

69 c. 4. n. 189. † *ubi quod electio est nulla, si aliquis ex electoribus vnam schedulam tantum vnico nomine scriptam recipit de manu scribæ, vel duas recipit, & aliam scindit, quam declarationē refert*

70 *idem Garz.* in d. n. 193. † *Sic in proposito tres scrutatores extra Collegium sciunt votum eligētis vnde illud possunt reuelare, & intrat nullitas electionis per rationē declarationis præfatæ, cum Concilium habeat decretum irritans, verbis claris, quod inficit*

71 *tit. & possessionem.* † *Et quamuis Nauar.* cons. 9. de elect. & Rodriq. loco prędicto. num. 4. & qq. regul. tom. 2. q. 52. art. 9. *teneant, quod electio subsistineatur, quando votum alteri ostendatur sine culpa Capituli, tamen quicquid sit de hoc, in casu isto, culpa Capituli votum non est secretum, cum admiserit tres scrutatores extra Collegium, neq; etiam subsistineri potest electio, ex quo Nauar. post Innoc. & alios asserat loco citato,*

72 *quod* † *si adsit consensus, etiā non seruata forma, electio teneat, quia loquitur in foro conscientiæ; nam in foro fori indubitatum est electionem esse nullam; quia summus Pontifex potest consensum eligentium non solemniter præstitum inualidare* cap. vnic. de postul. Prælat. Abb. in c. quod sicut in fin. de elect.

73 *Neque facit, quod de prædictis solum constet ex instrumento, in quo Capitulum petit confirmationem, quia cum illud sit manu publica scriptum, habeatq; sigillum, & subscriptionem omnium eligētium, indubitatum est, quod probet, vt in puncto similis instrumenti dicunt Innoc.* in c. innotuit. n. 3. de elect. Io. Andr. n. 20. Card. n. 7. vers. sextò quęro, Bellam. n. 20. vers. item dicit; Bursat. cons. 159. n. 15. lib. 2. *& videtur facere tex.* in cap. Ecclesia vestra. il 2. & ibi Doctor. de elect.

74 *Tandem fuit consideratum, quod in omnem euentum electio non debet confirmari, cum non fuerit petita iuxta terminos* c. cupientes. de elect. in 6. *& concordata Germaniæ, & impedimenta quæ possent allegari non probantur, vnde meritò fuit resolutum in contumaciam alterius partis non constare de valida electione, quæ debeat confirmari, neque etiam debere confirmari ex negligentia petitionis confirmationis. Et ita conclusum.*

Vener. 24. Ianuarij 1625.

Contrà decisionē in hac causa factam, in qua fuit resolutum, electionem non substineri, tria opponebātur. Primum quod non omnes nullitates oppositæ subsisterent. Secundum quod electores possunt iuuari cōsuetudine hoc modo eligendi. Tertium quod in omnem euentum ista erat electio per compromissum cum scrutinio mixtum, & ideo poterat substineri. His tamen non obstantibus, & causa maturè bis discussa DD. vnanimi voto perstiterunt in resolutis. Nullitates enim in decisione firmatæ subsistunt; nam cum fuerit actum per viam scrutinij, in pluribus nō fuit seruata forma tradita in c. quia propter. de elect. *Primò, quia fuerunt electi tres scrutatores extra Collegium, & tres de Collegio, & tamen numerus non potest augeri, nec sumi extra Collegium: Secundò, quia scrutatores extra Collegiū scrutati sunt votum fratris Antonij primi scrutatoris, & deinde, præsente dicto Antonio, votum Matthæi secundi scrutatoris, & demū, præsētibus Antonio, & Matthæo, votum Valentini tertij scrutatoris, vnde vota Antonij, &* Mat*thæi corruūt: Tertiò quia exquisitio suffragiorum fuit facta à scrutatoribus solum extra Collegium, assidentibus tantum tribus scrutatoribus de Collegio: Quartò quia suffragia non fuerunt in scriptis redacta. Quintò quia non fuerunt publicata vota, sed tantum electio, quæ ideò corruit,* vt in c. quia propter. de elect. & latè in alia decisione fuit dictum, *ille enim tex. habet decretum irritans*, vt in ead. decis. fuit deductum, & probat tex. in cap. si cui de elect. in 6. ibi . . . decernens si aliter fierent non valere, *& gloss. ibidem dicit* non valere ipso iure.

76 *Quare † cum electio non fuerit* Canonica, S. D. N. *illam confirmare non tenetur, tam ex dispositione iuris communis*, vt in cap.

77 quamquam. de elect. in 6. † *quod licet procedat in electione Episcopatuum, habet tamen locum etiam in alijs beneficijs Sedis Apostolicæ immediatè subiectis*, Roman. cons. 332. n. 11. gloss. in d.c. quamquam in figurat. cas. *Quam etiā vigore concordatorum ibi* . . . & lapso dicto tempore, de quo scilicet in cap. cupientes. 16. de elect. in 6. si non præsentatæ, vel si minus canonicè pręsentatæ fuerint electiones prouidebimus, &c.

78 *Neque est insistendum in eo, quod plerique DD. circa prædictas nullitates varient. Quia, vt fuit in prædicta decisione firmatum, omnes nullitates deducuntur, ex quo secundum communem DD. opinionem sunt contra substantialia formæ* c. quia pro-

79 pter. de elect. † *quæ communis opinio operatur, vt ita debeat intelligi tex. & si aliquid contrarium fiat, non fit contra communem sententiam DD. sed contra ipsum textum, quem communis schola ita interpretatur* Suarez. de ll. lib. 6. cap. 1. n. 5. vers. de hac

80 igitur interpretatione. † *Nec ex verbo,* exceperunt, *deduci potest,*

quod

quod vota in scriptis fuerint recepta; cum non fuerit additum in scriptis, *prout loquitur Suet. Tranq. de Tito Principe Romano ibi. . .* è pluribus comperi, nobis quoque excipere velocissimè soli-
81 tum, &c. † *& licet scriptores, & notarij vocentur exceptores* in §. deinde, vbi gloss. in verb. exceptorem. auth. de defens. Ciuit. & in l. exceptores, vbi glos. 1. C. de numer. actuar. lib. 12. *id tamen non concludit, quod dicendo exceperunt, in scriptis excepisse intelligendum sit, quid enim hoc verbum de per se positum importet ipsi Grammatici benè discutiunt. Ad id verò, quod in decis. dicitur nempè* scrutatores tantum extra Collegium vota exquisiuisse, assidentibus ijs de Collegio, *quod est contra formam* c. quia propter; *dum respondebatur, quod sufficiat præsentia, & consensus* ex Innoc. in c. in Genes. n. 5. de elect. & ex glos. in cap. sicut in verb. per vnum. de elect. in 6. *fuit replicatū, quod glos. Innoc. & alij alleg. non loquantur in his terminis.*
82 *Quidquid † autē dicendum esset, an vnus ex scrutatoribus possit tantum scribere, cedulasq. recipere, illud certum est, quod omnes scrutatores debent exquirere, hic verò tres tantum scrutatores extra Collegium exquisiuerunt scrutatoribus de Collegio assiden-*
83 *tibus.† Nec debuit allegari, quod decretum irritans* in d. cap. quia propter. *appositum referatur solummodo ad formulas electionū, ita vt prohibeat omnem aliam formam, quam scrutinij compromissi, & quasi per inspirationem, non autem referatur ad solemnitates circa scrutinium dispositas. Quia iste intellectus, nedum est valdè subtilis, & nouus, sed contra tex. expressum* in cap. Ecclesia vestra. 57. §. denique. de elect. Roman. cons. 332. n. 12. *& contra alium tex.* in c. si cui eod. tit. in 6. *ibi* talis electio cum præter formas, quas generale Concil. seruari statuit in electionibus celebrandis decernens, si aliter fierent non valere.

84 *Quantum attinet ad secundum caput, quod scilicet in hac electione fuerit seruata forma consuetudinis huius Ecclesiæ, & ideò nō fuerit opus seruari formā* c. quia propter, *cum lex per contrariam consuetudinem etiam quod habeat decretū irritans abrogetur,* Suar. de ll. lib. 7. c. 19. n. 14. *Tres fuerūt datæ responsiones: Prima illam consuetudinem non probari: Secunda non suffragari cum non adsit expressus Papæ consensus: Tertia eò magis non suffragari, quia nec adest scientia Papæ; Quod non probetur consuetudo satis patet, quia illa non inducitur si vario modo fuit seruatum, quia requirit actus uniformes.* Bart. in l. 2. in fin. princ. ff. solut. matrim. Dec. cons. 214. n. 2. vers. secundò. hoc idem, & per tot. & cons. 129. col. 2. Alex. cons. 5. lib. 5. & cons. 173. per tot. lib. 6. Roland. cons. 2. n. 118. & seq. lib. 1. & cons. 87. n. 53. lib. 2. & cons. 15. n. 18. & n. 20. *vbi quod nullus discrepat* lib. 4. *Aim.* cons. 96. n. 5. Rimin. Iun. cons. 264. num. 28. & 29. lib. 3. &

85.conf.265. n.25. † *Et quando consuetudo est varia, quod non recedatur à iure cõmuni*, Natt. conf. 132. in fin. & conf. 309. num. 9. Roland d.conf.87.n.53.lib.2.Curt. Iun.conf.260.n.20.lib.3. *In proposito autem, electiones, in quibus sit fundamentum, uniformes minimè sunt: In illa enim de anno 1502. sub Alex. VI. vota fuerunt redacta in scriptis, & tàm scrutatores de Collegio, quam extra, suffragia exquisiuerunt: In alia facta de anno 1514. sub Leone X. fuerunt electi tres scrutatores de Collegio, & vota in scriptis redacta: In alia de anno 1525. sub Clem. VII. tres tantum de Collegio scrutatores fuerunt electi, & suffragia pariter redacta in scriptis: sub Pio V. de anno 1565. tres etiam scrutatores de Collegio tantum fuerũt adhibiti: sub Greg. XIII. de anno 1581. suffragia fuerũt per notarios scripta, quod est de iure permissum* gloss. in d.c.quia propter *in verbo* redacta; sola enim quæstio est an laicus notarius possit scribere, *vt per Doctores ibidem. Vltima verò Sancta mem. Greg. XV. de anno 1621. satis annuit vota fuisse in scriptis redacta cum in ea dicatur quod in præsentia notarij vota scrutata fuerunt.*

86 *Fuit præterea ex abundanti cõsideratũ, quod tẽpore Clem. VII. fuit electus Ioannes de Cellis, & non datur alia electio vsque ad tempus Pij V. & tamen electiones intermedias affuisse nõ est ambigendum cũ sub Pio V. non fuerit facta electio per obitum dicti Ioãnis, sed cuiusdam Petri, prout fuerunt etiam electiones intermediæ inter Greg. XIII. & S.mem. Greg. XV. tẽpore enim illius fuit electus quidam Bernerus, & sub vltimo Greg. fuit facta electio per obitum Nicolai, & sic non rectè deducitur status electionũ. Fuit insuper ponderatum quod in electione sub Alex. VI. fuit facta mentio electionum, de quibus* in c. quia propter, *& sub Pio V. dixerunt electores, quod* volebant procedere per viam scrutinij. *Sub Greg. XIII. expressè etiam fuit dictum, quod* ex tribus modis eligendi, *nimirum* per scrutinium, per compromissum, & quasi per inspirationem, viam scrutinij elegerũt. *Et in postrema sub S.mem. Greg. XV. dicitur, quod* viduatæ Ecclesiæ per viam scrutinij intendebant prouidere. *Ex quo igitur viã scrutinij censuerunt eligendam, censendum est viam ordinariam elegisse, scilicet iuxta terminos* c.quia propter, Specul. in

87 rubr. de elect. n.12.† *Si verò dictam formam seruare nescientes errarunt, non potest dici aliquam consuetudinem induxisse, quæ ex certa scientia non ex errore debet induci* gloss. in c. fin. in verb. legitimè *vers.* item quod ex certa scientia, *& ibi etiam Abb.* n.12. de consuet. Siluest. in verb. consuetudo. q.4. Tabien. notab. 7. num. 8. Medic. de leg. par. 2. quæst. 14. n. 5.

88 *Secundò fuit principaliter responsum, quod ad inducendam consuetudinem contra Canones requiritur scientia, & expressus consensus Papæ, aliàs nunquam*

per

per contrariam consuetudinem
89 lex abrogatur. † Quia Summus Pontifex non habet potestatem à Populo, sed immediatè à Deo, & ideo non est populus, qui inducit consuetudinem contra Canones, sed auctoritas Papæ permittentis, Abb. in c. fin. n. 8. in fin. de consuet. Salas. de ll. q. 97. tract. 14. disp. 19. sect. 6. num. 59. vers. hæc sententia.
90 Quod † in lege ciuili secus est, nam lex ciuilis tendit ad bonum publicum, & in vtilitatem priuatorum, vnde si populus vult sibi præiudicium inferre, Principes ab eodem populo potestatem habentes non curant, l. de quibus vers. nam cum ipse. ff. de leg. S. Thom. 1. 2. q. 47. art. 3. in resp. ad 3. Abb. in c. fin. num. 9. de consuet. Driedon. de liber. Christ. c. 11. ante fin. Ius autem canonicum principaliter intendit hominem in Deum dirigere, & venit ad bonum publicum Ecclesiasticum, & cum sit institutum à potestate spirituali, illa nõ potest in laicos cadere Abb. & Driedon. locis præci-
91 tatis. † Hinc ergo cum consensus Papæ operetur ad istam cõsuetudinem inducendam, requiritur illius certa scientia, ita vt non sufficiat error, vt dictum est, & insimul requiritur animus inducendi consuetudinem gloss. in d. c. fin. in verbo legitimè, vbi Abb. n. 17. & facit tex. in l. 1. C. quæ sit
92 long. consuet. † Quare si consensus Papæ est ille, qui consuetudinem inducit, & etiam ad hunc effectum requiritur certa scientia, & voluntas inducendi consuetudinem, non potest deduci voluntas nisi expressus consensus adsit;
93 multa † enim per patientiam tolerantur, quæ deducta in iudicio, exigente iustitia, toleranda non essent, vt dicit tex. in c. cum iam dudum 18. in fin. de præb. quem in puncto allegat gloss. in §. leges
94 in verb. abrogatæ. distin. 4. † & ex istis rationibus conuincitur, Vasq. p. 2. art. 97. disp. 177. c. 12. dũ dicit nihil referre, quod Papa recipiat potestatem à Deo, & non à Populo, vt consensus eius tacitus non possit operari ad derogandum suæ legi, vt enim ex prædictis apparet, multum refert, quod Papa immediatè potestatem habeat à Deo. In hoc autem casu nedum non adest expressus consensus Summorum Pontificum, sed nec etiam scientia, vt in tertia responsione ostendemus.
95 Et quod requiratur nedũ scientia, sed etiam expressus Papæ consensus ad inducendam consuetudinem contra Canones, etiam quantocumq; temporis spatio illa fuerit seruata tenẽt gloss. in d. §. leges in verbo abrogat. dist. 4. Archid. in c. cum de benef. n. 2. circa med. vers. nã & ibi notat de præb. in 6. vbi optimè dicit casum esse expressum in c. consequens, & in c. nolite. 11. dist. c. facta. 9. q. 3. & c. illud, & c. ridiculum. 12. distinct. Io. Andr. in d. c. cum de beneficio post princ. Gemin. n. 6. Franc. n. 3. & 4. S. Antonin. in summ. par. 1. tit. 16. c. vnic. §. 2. ante fin. vers. dicit autem Ioannes. Io. de Salas de ll. quæst. 97. tract. 13. disput. 19. num. 62. in fin. quam sententiam sequuta fuit Rota in Romana obser-

seruationis contractus. 23. Octobris 1551. coram Chisanen. *relata apud Verall.* decis. 204. n. 3. p. 3. & in Romana concordiæ S. Petri. 12. Febr. 1610. coram Illustriss. D. meo Caualerio, *nunc S. D. N. Datario, quæ eo magis de plano procedunt cum* cap. quia propter. *habeat decretum irritans, vt considerant Archid. Io. Andr. Gemin. & Franch.* locis prædictis, *cui sententiæ consonat etiam dictum Goffr. & Innoc.* in c. ad nostram.

96 in princ. de probat. † *vbi lex, quæ est contra ius commune non debet seruari cum non sit inducta de certa scientia eius, cuius est condere, & mutare legem,* l. de quibus, ff. de ll.

97 *Tertiò principaliter etiam fuit responsum, quod communis, & indubitata conclusio est, legem Papæ non posse abrogari, saltem absque illius scientia, vt egregiè probat Driedon.* de libert. Christ. d. lib. 1. cap. 2. in fin. Vasquez ad S. Thom. 1. 2. q. 97. *& hanc opinionem ab omnibus teneri affirmat Petrus de Lorca* ad 1. 2. S. Thom. in tit. de ll. disp. 29. in princip. & latè fuit deductum in d. causa Romana concordiæ S. Petri. *Quæ scientia, ex qua arguitur consensus, hic non adest, sed error, qui non sufficit ad inducendam consuetudinem, vt supra est dictum: Scientia enim summorum Pontificum, quæ deducitur ex cōfirmationibus non adest, cum electiones nullas confirmauerit absque certa scientia,* Bar. in l. si confitet. 12. n. 2. ff. de appell. *vbi quod per confirmationem non confirmatur electio inualida, nisi fieret ex certa scientia,* Bald. in l. nominationes, 27. n. 2. vers. tu dic.

98 C. de appellat. † *vbi quod confirmatio superioris non purgat vitium electionis, nisi Princeps confirmet ex plenitudine potestatis, & loquitur in terminis electionis, in qua non fuit seruata forma,* c. quia propter, Franc. Marc. decis. 227. n. 5. & 6. par. 1. Innoc. in c. cum dilecti. 32. num. 1. de elect.

99 Alex. cons. 59. n. 8. lib. 1. † *vbi quod nec certa scientia præsumitur, nisi probetur. In proposito autem siue dicamus, verba confirmationum de per se importare, quod Papa ex certa scientia confirmauerit,*

100 *siue non;* † *Nihilominus vtcumque sit, veritas est, quod Summi Pontifices confirmauerint electiones tanquam Canonicas, & verè non sint tales, cum in illis non fuerit insertus tenor, præsumuntur circumuenti ab ijs, quibus electiones examinandas mādarunt,* Felin. in cap. cum à nobis, n. 3. de test. Ruin. cons. 41. n. 15. vers. secundò respondendum. lib. 2. Gabr. concl. 2. n. 42. & seqq. de probat.

101 *Neque facit quod quando interuenit consensus de iure naturali requisitus electio dicatur Canonica* Innoc. in c. cum sicut, n. 7. Compost. col. 6. in princ. num. 17. vers. item quæro. de elect. Archid. in c. nullus. num. 2. eod. tit. Franc. Marc. decis. 1322. n. 1. in fin. par. 1. *& in dictis electionibus interuenerit cōsensus de iure naturæ requisitus, & propterea tanquam Canonicæ potuerunt confirmari,* Innoc. in d. c. quod sicut, n. 23. vers. circa

circa primum, Ioan. Anan. num. 7.
102 Bellam. num. 50. † *Quia fuit responsum electionem triplici modo dici Canonicam. Largè, strictè, & strictius, vt per Gemin.* in conf. 88. n. 4. *Strictius dicitur Canonica electio, quando omnia interueniunt, quæ sunt de substantia, & solemnitate, quæ si omittantur, electio est nulla*, vt in d. c.
103 quia propter. † *Strictè dicitur, quando seruantur illa, quæ sunt de substantia omissis tamen his, quæ pertinent ad solemnitatem, vt puta, vocatio absentium, & isto casu electio non est nulla, sed venit annullanda*, vt in c. quod si-
104 cut. 28. de elect. † *Largè dicitur Canonica, quando non sunt seruata substantialia, nec alia solemnia requisita à iure positiuo, sed habet tantùm validitatem iuris naturalis, vt quia scilicet habet consensum eligentium, & ista de iure non est valida*, vt in d. c. quia propter, & in c. sicut. de
105 elect. in 6. † *Vbi autem Papa appellat electiones Canonicas, censendum est intellexisse, de electi. Canonicis strictiori modò, cum*
106 *iura tales approbent*, † *& illud est proprium significatum, quod communiter iura recipiunt; dum enim dicunt* Canonicam, *intelligunt de valida, vt patet*, in c. postulasti. in princ. de cleric. excom.
107 ministr. † *& à propria verborum significatione recedendum non est*, l. non aliter. ff. de legat. 3. c. in nostra. de iureiur. & in c. propterea. de verb. significat. *Ita egregiè Gemin.* d. conf. 88. n. 4. & benè Rebuff. in prax. tit. Canonica
108 instit. quæ dicatur, † *vbi quod solum illa dicitur Canonica, quæ fit secundum Canones*, c. cum aliter de dolo, c. grauis. de cens. c. vnic. de ætat. & qualit. in 6. *nec potest dici Canonica, quæ iure facta non sit*, c. 1. de elect. *Et si diceremus Summos Põtifices non ita sensisse electiones Canonicas, confirmationes tanquam non factæ ex certa scientia corruerent, vt supra ostensum est.*
109 *Neque debuit allegari, quod in concordatis babeatur Papam cõfirmaturum electiones canonicas; & concordata debeant intelligi iuxta terminos Concil. Basilien.* sess. 38. de elect. *in quo fuit statutum, quod* electiones factæ ab omnibus, vel à maiori parte, etiã si reliqua electionis formam concernentia omissa fuerint, confirmari deberent. *Nam vt plenè satisfiat huic prætensa vanitati, & minus digna, vt à Catholicis allegetur, concordata continent.* Placet nobis, quod in Metropolitanis, & Cathedralibus &c. & Monasterijs immediatè subiectis Sedi Apostolicæ fiant electiones canonicæ, quæ ad dictam Sedem deferantur, quas etiam ad tempus constitutum in constit. fel. recor. Nicolai PP. III. incipien. Cupientes expectabimus, & lapso dicto tempore si non præsentatæ, vel si minus canonicè præsentatæ fuerint, prouidebimus &c. & si canonicæ fuerint eas confirmabimus, nisi ex rationabili, & euidenti causa &c. de digniori, & vtiliori persona dixerimus prouidendum &c. *Huiusmodi concordata, quod sint* in-

intelligenda de electionibus strictiori modo acceptis, hoc est iuxta formam cap. quia propter. *dicit Henr. Canis.* in annotat. ad d. cōcordata. *& probatur ex verbis illis*, si præsentatæ minus canonicę fuerint, *quæ verba sunt desumpta ex tex.* in c. quamquam. de elect. in 6. *vbi minus canonicas appellat illas electiones, quæ fiunt contra formam Concil. generalis, quæ est forma* c. quia propter, *vt notat gloss.* ibidem, *& hæc satis probant omnia superius deducta ad interpretationē verbi* Canonicas *positi in confirmationibus, & Aeneas Sil.* in eius epist. 338. Martino Mayer Archiepiscopo Moguntino Cancellario missa sub Dat. Romæ 12. Kal. Octobris 1457. *& sic statim post concordata videtur illa intelligere de elect. Canonicis prout de iure cōmuni. Inquit enim* nulla electio reiecta est, quam constitit fuisse Canonicam Pontificalis Ecclesia in Alemania nulla reseruata est specialiter D. N. contra concordata vestra &c.

110 *Et hoc posito inanis etiam est prætensio, quod concordata sint intelligenda iuxta determinationem* Concilij *Basilien. quia licet illud in principio fuerit Oecumenicum, eò quod auctoritate Sūmi Pontificis fuerit indictum sub præsidio Iuliani Card. Cæsarini, & prosequutum, donec illicita potestate vsurpata, & in Pontificem Romanum omni iudicio & subiectioni coactiuæ iure diuino exemptum iudicium suū ipsi conuerterent, & Pontifex Legatum suũ, omnesq. alios Episcopos auocaret. Quando verò post horum discessum Synodus sub præsidio Cardinalis Arelaten. continuata, inuitoq. Pontifice prorogata est, non tantum Oecumenica, verum etiā legitima Synodus esse desijt. Nam eo tempore, quo Concilium in Pontificem sententiam pronūciare ausum est, omnesq. præcipui Episcopi discesserant, & Cardinalis Arelaten. præsidendi sibi munus assumpserat, quia Episcopi paucissimi erant, introduxerunt in Synodum ingentem presbyterorum multitudinem, ita vt contra omnem formam Conciliorum non Episcoporum, sed Presbyterorū Synodus esset, & Deus Opt. Max. sententiam suam edicere volens, tam horribili peste Basileā affligebat, vt maior pars eorum, qui remanserant in conciliabulo, vel extincti, vel secedere coacti fuerint, vt refert Aen. Sil.* in hist. Concil. Basil. cui ipse interfuit, *quod Concilium in Concil. Lateranen. vltimo sub Iulio II.* Sess. 4. *sub Leone X.* sess. 11. *appellatur schismaticum, seditiosum, & nullius prorsus auctoritatis, & S. m. Eug. IV. ad orationem habitam per Ioannem Bachestein, & petitionem factam nomine Concilij Basilien. inter alia cum peteretur obseruatio decreti* de electionibus, *præmissa responsione, quod semper eius intentionis fuit* inuigilare in his, quæ honorem Dei, salutem animarum, ac bonum totius Ecclesiæ, & Reip. Christianæ concernerent, signanter ad extirpationem hæresum,

sum, reformationem morum, ac pacem populi Christiani: *ad specialiter petita sic respondit*. Quantum autem ad negotium indulgentiarum, electionum, annatarum, causarum, & vacationum, scriptorum, & abbreuiatorum Romanæ Curiæ, quia materiæ grandes sunt, & discussione, & declaratione indigent, se vna cum fratribus suis S. R. E. Cardinalibus decreuisse respõdere per suos Cõcilio, quod quam primum facere intendit, sperans respõsiones suas tales esse debere, quæ iustitiæ, & honestati conueniant, ipsiq. Concilio, & omnibus piè sentientibus ad Dei honorem, charitatem, & pacem, ac bonum vniuersalis Ecclesiæ gratæ, & acceptæ meritò sint futuræ. *Ita habetur* tom. 4. par. 1. concilior. Colon. impr. in append. fol. 177. & seq. & fol. 179. *habetur prædicta responsio*.

11 1 *Neque dici potest concordata esse intelligēda iuxta Concil. Basilien. ex quo Nicolaus V. qui concordata fecit, decreta Concil. Basilien. confirmauerit, vt patet in eius Bulla, & refert Aeneas Sil. & Gobilin.* locis citatis, *& ideò concordata debent intelligi iuxta statuta Concil. Basilien. per eumdem Pontificem confirmata. Quia hoc est merum figmentum, cum concordata habeant Dat.* Kal. Aprilis 1447. *Bulla autem habet datum* sub 14. Kal. Iul. 1449. *Et sic de tempore concord. Bulla non erat in rerum natura. Veritas tamen est, quod Nicolaus V. non confirmauit decreta Concilij, sed pro bono pacis electiones factas in obedientia Concil. Basilien. vt patet in prædicta Bulla, quæ habetur* in d. tom. 4. p. 1. fol. 96. *cuius hæc sunt verba formalia:* Nicolaus &c. quascumque promotiones, electiones, cõfirmationes, postulationum admissiones, translationes, commendas, administrationes, prouisiones, reseruationes, vniones, incorporationes, reuocationes, pallij dationes, consecrationes, personarũ benedictiones, de ordine ad ordinem trãslationes, infeudationes, absolutiones, liberationes, quietationes super quibuscumq; debitis, ratione decimarum, indulgentiarum, annatarum, dispēsationes tam super ætatis, quàm natalium, & aliarum inhabilitatũ defectus, &c. ac omnia & singula tam iustitiam, quàm gratiam concernentia, siue in foro conscientiæ, vel contentioso in personis, & locis, quæ tempore concessionis, & aliorũ præmissorum obediuerunt prædicto Vener. ac Cariss. Fratri nostro Amodeo Card. Felici V. nominato, ac congregatis (*s. in Concil. Basil.*) aut alterius eorũ auctoritate, etiam de latere legatos, seu delegatos ab eis potestatē habentes, coniunctim, vel diuisim, qualitercumque facta, gesta, cõcessa, indulta, data, disposita, & ordinata, etiamsi maiora, aut grauiora, aut alterius cuiuscũque naturæ à præmissis existant, & specialem requirentia expressionē cũ omnibus, & singulis inde sequutis, & ac etiã omnia, & singula per ordinarios in dictis locis facta pro bono pacis, & vnionis Ecclesiæ motu proprio, & ex certa

certa scientia, & Apostolicæ potestatis plenitudine de cõsensu venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium præsentium serie approbamus, ratificamus, & confirmamus,rataq; & firma fieri volumus, &c. *& quamuis prædicta clariss. sint,potest tamẽ addi, quod si gesta Concil. Basil. fuissent confirmata frustrà in* Conc. *Lateranen. sub Iulio II. & Leone X.* sess. 4. & 11. vt supra relatum est, *illud fuisset appellatum schismaticum, seditiosum,& nullius prorsus auctoritatis, & incassum, dum in eod. Concil. Lateranen. improbantur acta Basilien. fuissent facta concordata cum Rege Franciæ.*

112 *Et Aeneas Silu.* epist. 369. sub Dat. Romæ 8. Augusti 1457. *scribens d. Martino Mayer Cancellario Archiepiscopi Moguntini, non dicit decreta Concilij fuisse confirmata, imò totum oppositum, siq. aliter diceret falsum esset. Audiatur ipsemet loquens ibi*, sed vt ad querelas tuas veniamus, dicimus tibi dignum esse, vt compactata cum vestra natione seruentur &c. Verùm cum dicis decreta Concil. Basilien. non custodiri,idq. putas iniuriosum esse nationi, indignam dicimus esse querelam tuam;propter decreta enim Basilien. Concilij inter Sedem Apostolicam,& nationem vestram dissidium cępit,cum vos illa prorsus tenenda diceretis, Apostolica verò Sedes omnia reijceret: Itaque fuit denique compositio facta *(scilicet concordata,)* in qua nos Imperatorio nomine interfuimus, eam certam legem dedit, deinde inuiolabiliter obseruandam, per quam aliqua ex decretis Concil. prædicti recepta videntur, aliqua reiecta,hoc est, fuerunt facta concordata, per quę aliquid fuit concessum nationi,non autem simpliciter dicit, quod per concordata gesta in Cõcilio Basilien. *fuerunt confirmata) & subditur*. Itaque non iustè agis si per omnia seruãda esse decreta contendis, *& sequitur ibidem*, sed venio ad electiones,quas passim contemni refers, hoc non inuenimus, ità esse vt asseris; nam postquam ex Alemania huc venimus, plures Ecclesiæ Cathedrales eiusdem nationis vacauerunt; in quibus, vel postulationes factæ, vel electiones fuere. De postulationibus, nihil est quod obijci posfit, nam ille ex gratia pẽdent etiam vetusto iure, liberumq. est Pontifici Maximo eas admittere, vel reijcere; electiones autem si canonicæ fuerint compactatorum vigore, cõfirmationem merentur, nec repelli possunt nisi de vtiliori persona Romanus Pontifex de consilio Fratrũ suorum S. R. E. Cardinalium duxerit prouidendum; sed neque hic est aliquid, quod reprædhendi meritò possit. *Et sic apparet quod refert tenorem concordatorum,& intelligit de electionibus Canonicis, prout de iure communi, non autem iuxta dispòsita in prædicto Conciliabulo, & subsequitur idẽ Aeneas* de tempore dicimus, quo Romanam Curiam sequimur; neque enim *(iam biennio tantum est, quod hic sumus)* vlla electio huc

huc allatã est, quæ ritè, & canonicè comperta sit; nam Traiectẽsis electio, de qua magni rumores habiti sunt, in personam excommunicati ceciderat. Aliæ verò alios defectus habuere, *& concludendo dicit*. Itaque vides non esse, cur vestra natio circa electiones iustam quærelam habeat &c.

113 *Et non aduersatur idem Aen. Silu. sed fauet* in Apologia ad eũdem Martinum Mayer fol. 672. *secundum paruam impressionem ibi enim recenset obitum Eugenij IV. & creationem Nicolai V. quodq; miserit Legatum in Germaniam Ioannem Cardinalem S. Angeli*, coram quo, *inquit*, disceptatum est, quonam pacto Pontifici Nicolao parendum esset, erant, qui decreta Basilien. Concilij omnia suscipienda contenderent, illisq; saluis, Papæ obediendum. Contra Legatus Apostolicus eius Conc. legibus, quod Romana Sedes refutasset, nullã inesse vim aiebat, alij, quibus media sententia placebat, verũ Basileæ Conciliũ aliquando affirmabãt, eiusq; temporis cõstitutiones haud quãquam reijciendas esse putabant. Postremò eo modo concordiæ locus fuit, vt sententia quorumdam decretorum Basilien. Concilij reciperetur. Reliqua verò eius statuta reiecta viderẽtur. *Hæc verba non sunt intelligenda, quod decreta Concilij fuerint approbata, sed quod in concordatis aliquid* fuerit cõuentum prout dispositum fuerat in Conc. Basilien. *& quoad formam electionum, quod concordata non sequantur* disposita in Concil. *Basilien. literis rotundis idem Aen. asserit ibi*. Sed pergis vlterius, & concordiæ formulam attingens decretum super electionibus in Basilea promulgatũ, tanquam receptum in conuentionibus videatur, infringi, reijciq; contendis, inexcusabilem esse Romanum Pontificẽ arbitraris, & prorsus iniustum, qui cunctis electionibus aduersetur, nec tolerabili hoc tuæ genti esse existimas, nec tibi responderi posse in hac parte confidis. *Sed subsequitur prædictæ obiectioni talis responsio*. Falleris haud modicè nostro iudicio quemadmodum clarius tibi ostendemus; nam formula concordiæ, quæ respicit electiones hunc sensum habet, illas enim in Ecclesijs Cathedralibus, & ex monasterijs expectari iubet per tempora, quę sunt à iure statuta, eosq; si canonicæ fuerint, confirmari, nisi Romanus Pontifex de persona, quæ sit magis idonea electo, vacanti Ecclesiæ de consilio Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium prouidendum duxerit, *& sic verbis, quibus nihil potest obijci, dicit concordata circa electiones non esse intelligenda, vt scilicet electiones subsistant, si iuxta tenorem. Concil. Basilien. fiant, sed solum quod substineantur, si secundum Canones factæ fuerint, & tamen recenset plures electiones, quas summi Põtifices tanquã Canonicas confirmarunt, alias verò tanquam minùs canonicas reiecerunt. Denique Gobelin.* in comm. Pij II. *qui fuit idẽ Aeneas Silu. ita in minoribus appellatus*

fol.

fol. 12. secundum magn. impress.
& fol. 30. secundum paruam vers.
interea Ioannes refert, quod le-
gati Romam missi retulerunt, Eu-
genium durissimè respondisse, &
quod Aen. Silu. alias notulas com-
posuit, quæ Eugenio mitterentur,
vt verè postea Romam missæ fue-
runt; sed hoc non tangit negotij
veritatem, quæ clarè elucescit ex
supra deductis.
114 Quantum attinet ad tertium
principale caput oppositum, nem-
pè, quod ista non fuerit electio
simpliciter per scrutinium; sed
per compromissum cum scrutinio
mixtam; quæ forma eligendi est
canonica. . . puta si ita compro-
missum sit, vt compromissarij ipsi
exquirant vota singulorum, il-
lumq; eligant, in quem maior, &
sanior pars consenserit, vt est con-
stitutio Innocentij III. de qua
in cap. cum dilectus. 32. de electi.
quæ non fuit reuocata per consti-
tutionem Alex. III. in Concil.
Generali de anno 1215. de quo in
dicto cap. quia propter, vt decla-
rat Bonif. VIII. in cap. cum ex-
pediat. 49. de elect. in 6. cap. si-
cut. 27. eod. tit. Canis. in compen.
iur. canon. in tit. de elect. cap. de
concurs. comprom. cum scrutin.
Bais. de elect. par. 3. cap. 17. n. 4.
vers. aliquando autem. Cæterum,
quod ista forma sit canonica non
negatur, sed factum negatur, non
enim fuit processum per viam
compromissi cum scrutinio mixti;
115 quia † compromissum, aut fit
expressè, aut tacitè, ex verbis in-
ducitur, vt sentit Petr. de Bais.
ead. par. 3. c. 17. num. 1. in fin. &
Specul. in rubr. eiusdem tituli. n. 13.
In hoc autem casu neutrũ adest.
116 Non † expressum, quia congre-
gato capitulo is, qui habet in ca-
pitulo primam vocem, vel alius
de mandato Capituli, seu quiuis
etiam sine mandato, capitulo ta-
men non contradicente, requirit:
primò singulos sigillatim, an
placeat procedere hac forma com-
promissi, & omnibus consentien-
tibus, ita vt nullus omnino di-
strepet, debet requirere eos iterũ
quibusnam in personis, & per
quem modum velint eis commit-
tere vices suas, & omnibus de
personis concordantibus, & de mo-
do, tunc omnes simul, vel vnus no-
mine omnium in personas huius-
modi eligendas trãsferat potesta-
tem: si verò Capitulum nolit in
compromissarios cõuenire, possunt
eo casu, vt citius ad concordiam
deueniatur, vni, vel pluribus, qui
vice omnium eligant compromis-
sarios, committere vices suas, ita
Mandag. de elect. par. 1. cap. 39.
Compostell. in cap. quia propter.
n. 26. vers. quæro modò; & ibi Bel-
lam. in §. vel saltem. num. 7. eod.
117 tit. † & de hoc debet confici pu-
blicum instrumentum, Specul. in
tit. de elect. §. 2. in princ. Bertach.
de episc. par. 1. lib. 3. q. 49. num. 93.
Idem Specul. in cap. de via com-
promissi n. 4. & hoc casu quæstio
est, vt per Bart. in l. institutio.
118 num. 3. ff. de cond. instit. † an
duo sint conficienda instrumẽta;
vt scilicet vnum contineat. Nos
eligimus, quem tales compromis-
sarij nominabunt: & alterum.
Eligimus illum, quando tales com-
pro-

promissarij nominabunt, *tamen idem Bart. concludit, quod licet de iure duo essent conficienda, de consuetudine contrarium seruatur. Hanc autem formam hic non fuisse seruatam certum est, cum nihil tale legatur in instrumento S. D. N. transmisso.*

119 *Reliquum est, vt videatur an adsit compromissum cum scrutinio mixtum saltem tacitè. Abbas Ricardotus fuit electus Præsidens capituli, & ea, quæ vti talis gessit, gessit in præsentia Abbatis Treueren. & S. Matthiæ; fuerunt etiam electi tres scrutatores de Collegio, quibus, & antenominatis Abbatibus fuit data, & concessa omnis auctoritas, & potestas secretò, & sigillatim vota omnium, & singulorum scrutandi, quapropter hi fuerũt electi scrutatores, non compromissarij, vt scilicet eligerent per compromissum cum scrutinio mixtum, vt enim superius firmatum est, debet dari facultas, vt compromissarij vota singulorum exquirant, illumq. eligant, in quem maior, & sanior pars consenserit* d. cap. cum dilectus. 32. de elect. *quem ita explicat gloss.* in cap. cum expediat, quæ est prima, & incipit pro intellectu. de elect. *Et quamuis in dicto instrumento subdatur,* & facta collatione numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum, fuit data potestas, illum in Abbatem nominandi, & publicandi, in quem omnes, vel maior pars Capituli inueniretur consensisse; *hæc tamen verba sunt intelligenda, vt scilicet scrutatores possint nominare, hoc est verbo pronũciare, seu proclamare, & publicare electionẽ factã à Capitulo; non autem quod ipsi tãquam cõpromissarij possint eligere, quia post electionem factam à Capitulo electio pronunciatur, & publicatur, vt benè Rebuff.* super cõcord. rubr. de reg. ad Prælat. nomin. §. vlt. in verb. forma in 13. 15. & 16. requis. fol. 230. & 231. *& tũc demum data facultate nominandi censeretur, data etiam facultas eligendi si constat arbitros fuisse electos, & in istis terminis procedit tex.* in c. cum in iure peritus. 33. de elect. vbi Host. n. 13. vers. sed quidquid dicat Ioan. Andr. n. 8. Rebuff. in pract. de nomin. q. 1. n. 24. *hic autẽ non fuerũt electi arbitri, sed scrutatores, vt dictum est, & ideo illa facultas nominandi debet quo ad publicationem censeri, vel ad summum data ad electionem nomine* Capituli *faciendam, cum de substantia sit, vt vnus nomine* Capituli *eligat*, vt in cap. quia propter, & ibi DD. *quod clarius ex modo procedendi, de quo statim dicam, colligi potest.*

120 *Cessat denique omnis difficultas, quia in instrumento, quo petitur confirmatio, Capitulum his verbis loquitur.* Atque pro publicatione noui electi Abbatis, & Pastoris instantes per sæpe dictum D. Præsidentem expresse rogati, num actam per nos electionem, ratam firmamq; haberemus, *ex qua seriè apparet, quod Abbas non vocatur compromissarius, sed præsidens, & non agitur*

tur de electione facta à compromissarijs, sed ab ipsomet Capitulo, *& quamuis in compromissis Capitulum censeatur eligere, quem arbitri nominabunt,* Compost. in c. licet. num. 7. de elect. Host. n. 14. vers. vtique quia ex compromissis. *Hic tamen Capitulum non loquitur de electione ipsius nomine facta à compromissarijs, sed de electione ab ipsomet* Capitulo *facta, quod euidentius demonstratur, quia Capitulum proclamari, & publicari fecit electionem per ipsum Præsidentem Richardotum, quod propriè conuenit electioni*
121 *per scrutinium*, † *facta enim collatione debet sequi communis electio per vnum nomine Capituli per verba singularis numeri*, & in cap. cum ab vno. de re iudic. in 6. c. sicut. de elect. in 6. Franc. Marc. decis. 922. n. 2. lib. 1. *& ista communis electio potest etiã fieri per extraneum, dummodo electores tacitè, vel expressè consentiãt,* Bais. in direct. elect. par. 3. c. 33.
122 n. 4. & seq. † *Si igitur fuisset processum per viam compromissi vnus compromissarius omnium compromissariorum vice eligere debuisset, vt puta dicendo.* Ego N. compromissarius ex consensu, & voluntate compromissariorum meorum eligo, &c. *hanc formam ponit Mirand.* in manu. Prælat. regul. par. 2. q. 33. art. 38. concl. 2. *& benè adaptatur, quando pronunciatio fit sine scriptis: Mandagot.* de elect. q. 59. form. 9. *ponit aliam, quæ idem in substantia continet, & subijcit opus esse, vt vnus vice omnium eligat, aliàs electio est nulla,* Oldrad. conf. 184. in princ. Roman. cons. 216. n. 4. vers. quartò eiusdem nullitas. *In proposito autem, neque expressè, neque per æquipollens verba possunt importare, quod Præsidens tanquam compromissarius nomine aliorum compromissariorum elegerit.*

123 *Dato tamen absque eo quòd veritati praiudicetur, quod electio fuerit per compromissum cum scrutinio mixtum, nec etiam substinetur; licet enim ista dicatur melior, & expeditior forma, cum non omnes formam scrutinij benè sciant, vt ait glos.* in cap. cum expediat in verb. inquisitis. de elect. in 6. *Mandag.* de elect. cap. 41. in litera E. *Nihilominus isto casu non possunt omitti substantialia scrutinij*, cap. si cui de elect. in 6. *vbi si fuerit actum, quod electio facta per compromissum cum scrutinio mixtum, vt scilicet* eligatur ille, in quem maior pars respectu numeri, non autem respectu totius Capituli consenserit, valeat; *non tenet., & gloss.* ibidem *exemplificat in verbo* secretò; *si fuerit actum, quod vota non sint secreta, quia semper habet locum ratio finalis illius tex. & meritò hoc dicit, ex ea enim ratione, tex. dicit electionem factam vigore compromissi non tenere si actum fuit,* vt eligatur nominatus à maiori parte respectu minoris, *cũ hoc sit præter formas, quam generale Conc. seruari statuit in electionibus celebrandis, decernens eas, si aliter fierent, non valere, & glos.* ibidem *explicat*

ipso

ipso iure, *& sic ista ratio militat quotiescumque omittitur aliquod substantiale, de quo* in cap. quia propter, *& benè Abb.* in d. cap. quia propter. §. vel saltem. n. 2. vers. non tamen. de elect. *vbi dicit, quod & si prædicta gloss.* in cap. cum expediat, *hanc formam vtiliorem nominet, non tamen intelligas, quod cõpromittentes possint in aliquo tollere huius Capituli substantialia* (scilicet c. quia propter) Butr. in d. c. si cui. n. 5. in fin. de elect. in 6. Lap. Abb. n. 2. Canis. in sum. iur. canon. tit. de elect. cap. de concurs. scrut. cum compr. *& expresiè sentiunt DD. mox allegandi, dum firmant,*
124 *quod † in electione per compromissum cum scrutinio mixtum non requiratur collatio plena, sed aliqualis, cum forma compromissi non requirat illam de se, quam requirit forma scrutinij, illa enim arctior, ista liberior, nec tenetur compromissarius ad aliud, quam ad id, quod in compromisso ex-*
125 *pressum est,* † *quia non est necessaria collatio meriti ad meritum, zeli ad zelum, sed numeri tantum ad numerum, vt nimirũ videatur, an adsit maior pars totius* Capituli, Monach. in c. cum expediat. 29. n. 9. ad fin. vers. item quæro, & n. 10. de elect. in 6. Io. Andr. in princ. Gemin. n. 3. vers. quæro an ista forma, Compostell. in c. in Genesi, 59. col. 3. vers. in forma verò compromissi. vbi Abb. n. 2. in 4. notab. de elect. *& in ista forma compromissi cum scrutinio mixti potest, secundum dictam gloss. vtilior appellari. In nostro casu autem omnes defectus considerati in forma meri scrutinij, in hac etiam electione militarent, excepto tamen, quod non dicerentur adhibiti sex scrutatores, quia tres primi extra Collegium compromissariorum nomine venirent, & alia nullitas posset addi, quod vnus ex compromissarijs, nomine aliorum cõpromissariorum, electionem minimè publicauerit. Et ex forma ipsius compromissi corrueret etiã electio, quia scrutatores de Collegio non exquisiuerunt suffragia, & illa non fuerunt redacta in scriptis, prout fuerat ordinatum in instrumento compromissi, quæ omisiio formæ vitiat compromissum, cum forma data sit seruanda, & illius verba debeant potius restringi, quàm ampliari*, vt per DD. in illo cap. cum expediat loco citato, & bene Bald. cons. 101. nobiles viri. num 8. vers. videtur concludendum in fin. & cons. 103. lib. 3. in princ. Soc.
126 cons. 20. in princip. lib. 1. † *vbi quod est stricti iuris, & in ea veniunt solum ea, de quibus specialiter est dictum*. Dyn. cons. 45. incip. quæst. quæ vertitur.

Et ita conclusum.

Et hæc de Ecclesia electiua attigisse sufficiat; iam ad alia progrediamur.]

PRAELVDIVM Nonum.

De Ecclesia Monoculari.

ARGVMENTVM.

Beneficium Monoculare dicitur, *vel respectu Ecclesiæ, in qua vni-*

cum, situm est, vel respectu collatoris, quia vnici collationem habet.

1 POSTQVAM agimus de Ecclesijs, & in materia beneficiaria fit mētio de Monoculare, opportunum duxi videre quę sit Monocularis Ecclesia, & concludamus cum Petr. Andr. Găb. *de potest. leg. rubr. de potest. in reser. n.* 12. *lib.* 4. *fol.* 103. quod Monocularis est, cuius collatio ad aliquem spectat, qui vnius tantum beneficij conferendi ius habet, vel dicamus cum *Gonz. glos.* 9. *§.* 4. *de mensib. & alter.* quod Monoculare dicitur beneficium, vel quando est vnicum in aliqua Ecclesia, vel quando aliquis vnicum tantum potest conferre.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Dignitas vnica in collegata dicitur Principalis non Monocularis.

1 OCcurrit dubitare an dicatur Monocularis illa dignitas, quæ reperitur vnica cũ Canonicis in aliqua Collegiata; sed hoc dubiũ resoluit negatiuè *Mandos. in reg.* 3. *q.* 5. *ad fi.* enim verò respectu Canonicorum dicitur principalis, non autem Monocularis.

PRAELVDIVM Decimum.

De Ecclesia Manuali.

ARGVMENTVM.

Manuale beneficium tituli proprietate non gaudet.

1 VISO de Monoculari Ecclesia possumus congruenter, de Manuali, subijcere Præludium. Est autem Manualis illa Ecclesia, *Teste Găbaro d. rubr. de potest. in reser. li.* 4. *n.* 12. quæ tituli proprietate non gaudet, nec ius aliquod possessionis tribuit; sed illi præsidens amouetur ad nutum Superioris.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Concilium Trid. non comprehendit Manualia beneficia.

1 DVbitatur an Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 18. Locum habeat circa Manualia beneficia, resoluitur negatiuè;
2 enimverò Ecclesiæ,† seu beneficia Manualia non dicuntur verè beneficia, *c. pracepta.* 55. *di. c. satis peruersum.* 56. *distinct. cap.* 1. *de Capp. Monac. & ibi glos. in verb.*
3 *perpetui*, † vbi habetur, quod beneficia debent esse perpetua, & non dantur ad tempus.

PRÆLVDIVM Vndecimum.

De Ecclesia Baptismali, & Sepultuaria.

AR-

ARGVMENTVM.

Ecclesia Baptismalis largè dicitur curata, sed verè dicitur Matrix, non tamen dici potest Parochialis nisi habeat territorium, nec in ea ponitur concursus.

VISO de Ecclesijs necessariè collationis, quibus addi possunt Ecclesiæ in fauorē, vt aiunt, resignatæ, vel aliàs, ex causa permutationis renunciatæ; congruenter succedit Præludium *de Baptismali, & Sepultuaria Ecclesia*, quæ ea est, ad quam omnes deferuntur pro Baptismate, vel Funeribus, nec tamē vllam habet Parochiam, siue territorium, nec distinctum Populum, & dubitatur, an in huiusmodi Ecclesijs dispositio Concilij locum habeat, † & videtur quod sic; dicuntur enim curatæ *Host. in c. quia nonnulli. 3. de cler. non resid.* vbi hoc notat, quia, † inquit, baptizans Adultum debet ipsum instruere in articulis fidei, *c. ante omnia. de consecrat. dist. 4. & c. placuit. 3. q. 1.* † quod planè pertinet ad Presbyterū curatum *c. vt quisque. 3. de vit. & honest. cler.* facit etiam quod tradit Lud. Rom. *in cons. 356. n. 3. & 4.* & Ioan. Andr. *in rubr. de Paroch. in nouell.* † vbi colligit, quod ius parochiæ in pluribus cōsistit: Et primò, vt Parochiani diebus festiuis audiant missam in propria Parochia *cap. vt dominicis. 2. de Paroch.* Secundò, vt percipiant Sacramenta in Parochiali, *c. ex parte 5. de sepult. c. omnis. 12. de pœn. & remiss.* Tertiò, vt in Parochiali sepeliantur *Clem. dudum. §. verū. 2. de sepult.* Quartò, vt decimæ præstentur *c. statuimus. 16. q. 1. c. omnis Christianus de consecratione dist. 1. c. pastoralis. 9. de his quæ fi. à Pral.* Sed postquam id tactum reperimus per Imol. *n. 5. & 6. & Anchar. n. 5. ac alios in Clement. 1. de Baptis. in gloss. deputationi*, ad quos etiam se remittit *Abb. in d. Clement. dudum. num. 31. de Sepult.* vbi in negatiuā resoluunt, ea potissimum ratione, † quia actus Baptizandi potest exerceri per laicum, & valet si fiat debita formā, & cum intentione baptizandi, *c. ad limina. 30. q. 1.* † Et nihilominus laicus, & multò minus fœmina, non est capax fori pœnitentialis, *cap. Noua. 10. de pœn. & remiss. c. dilecta. 12. de maior. & obed.* paucis, & nos concludamus pro negatiua cum Dec. *num. 29. in c. ad aures. 8. de rescript.* † vbi dicit, quod habere baptismum, & Chrisma, non efficit, vt beneficium sit curatum, ¶ *ex cons. 80. Feder. de Sen.* [Rota *in Salamantina beneficij. 28. Nouembris 1606. coram Greg. XV. seu in decis. 387. num. 11. & ante coram Illustriss. Seraph. in Oriolen. beneficiorum. 21. Maij 1593. siue in decis. 1026. num. 5.*] iunctis ijs, quæ tradit Gonzal. *gloss. 6. num. 48. & seq.* † vbi apertè dicit, quod ex actibus baptizandi, & sepeliendi non infertur cura animarum; tum ex rationibus, & iuribus supra allatis; † tum

etiam quia ex consuetudine,& cõcessione ipsiusmet Episcopi,potest introduci, vt filij Parochianorum vnius Parochiæ, baptizentur in alia, *Faciunt, quæ dixi in Prælud.* 3.

De iure autem sepeliendi dicit Feder. de Sen. *in cons.* 135. *n.*2.*&* Staphil. *de lit. grat. & Signat. in rubr. de qualit. benef. quæ sunt curata. n.* 4. *iuncta d. Clem. du-*
10 *dum.* 2. *de sepult.* † quod Cemiterium,vel ius sepeliendi, ne quidem arguit, nedum concludit Ecclesiam habentem huiusmodi iura
11 esse Parochialem; † potest enim quælibet Ecclesia, siue Capella, quamuis Parochialis non sit, nec curam habeat animarum, potest inquam habere, ex consuetudine, vel concessione Episcopi, Cemiterium, & ius sepeliendi, quod decidit Rot. *d. decis.* 387. *coram Gre-*
12 *gor. XV. num.* 11. † Cum igitur huiusmodi iura possint adesse, & abesse, citrà detrimentum veræ Parochialitatis; satis conclusum restat. Ecclesias baptismales,quãuis verè dicantur Matrices, & largo modo etiam sint curatæ, *ad tradita per Imol. & Anchar. loc.*
13 *cit.* † tamen si careant territorio, siue Parochia, & populo, nulla ratione dici posse Parochiales. Et hæc cõclusio firmatur *in decis.*52.
14 *n.*31.*p.*2. *in nouiss. diuers.* † vbi reprobatum fuit dictum Romani, inquantum dixit,quod ex iure baptizandi, & sepeliendi necessariò infertur ad curam animarum.
15 Qua planè conclusione stante, alia firmatur conclusio, videlicet in huiusmodi Baptismalibus Ecclesijs, pro tempore earum vacationis, non esse ponendum concursum ad formam Concilij Tridentini, salua tamen sententia Sacræ Congregationis.

PRÆLVDIVM Duodecimum.

De Beneficijs de Mensa.

ARGVMENTVM.

Beneficia de mensa non vacant, & dicuntur transire ad manus mortuas, pro eisq. soluitur Quindennium quando sunt vnita.

1 QVIA aliquando vniuntur beneficia Mensis; congruè sequitur Prẹludium *de benef. de mensa.* Est autem beneficium de mensa illud, quod vnitur alicui Mensæ Episcopali, vel Capitulari, Dignitatisvè cuiuspiam, in quibus aliquando conceduntur
2 fructus seruientibus; † sed quia illi non sunt proprij Rectores, sed
3 veluti vsufructuarij; † ideo non datur vacatio per eorum mortem; sed ipsis mortuis ad instar vsusfructus Mensę cõsolidantur,*Garz. par.*11. *c.* 2. *n.*3. & pro huiusmodi beneficijs, ex quo dicuntur peruenisse ad manus mortuas, soluitur Quindennium Cameræ Apostolicæ.
4 Porrò Quindennium est pensio, quæ Romano Pontifici, & eius Apostolicæ Cameræ soluitur XV. quoque anno ex beneficio dimisso, & annexo gratia alicuius Cõmu-

5 munitatis, vel Collegij, † & succe-
6 dit in locum annatæ; † & soluuntur XV. quoq; anno fructus vnius anni, vel saltem dimidia pars;
7 Etenim † quia Vniuersitas nunquam perit; ideò beneficium coniunctum, & adhærens Communitati, vel Collegio fingitur vacare singulo XV. quoque anno, & denuò conferri. *Azor. mor. inst. lib. 7. c. 14. Rubr. de coniug. ex benef. vbi plures quæsitus format; circa Quindenn. extat etiam constit. Pauli II. incipiens* Decet *quæ est* 8. *in Bull. alia Pauli IV. incip.* Incumbentia, *& est* 25. *in eaq. referuntur aliæ cõstitutiones tractantes de ista materia; accessit tandem Constit. Pij V. quæ in Bullar. inter ipsius Constitutiones est* 174.

PRÆLVDIVM Decimumtertium.

De Beneficijs vnitis, siue de vnione.

ARGVMENTVM.

Vnio fit per viam connexionis, subiectionis, & æquè principaliter.

ROSEQVENDO cœptam Methodũ; quia aliquãdo Ecclesiæ inter se annectuntur, siue vniuntur, haud inutile fore putaui, hic subijcere *Præhud. de vnione*. Et in primis opportunè venit describẽda quid
1 sit † vnio: dicamus igitur cum *D. Barbosa alleg. 66. n. 1. p. 3. de off. Episc.* quod vnio est beneficiorum, seu Ecclesiarum ab Episcopo, vel alio Superiore facta annexio, ob vtilitatẽ, seu necessitatem
2 Ecclesiæ; Vnio † autem secundum eũdem fit potissimum tribus modis; & primò, vt ex duobus beneficijs, seu Ecclesijs fiat vnum, & huiusmodi vnio appellatur, ex Hoyeda *de compatib. benef. p. 2. c. 3. n. 2. & Garz. p. 12. c. 2. n. 7.*
3 Vnio † per viam connexionis, & incorporationis, quia hoc modo communicant mutuo priuilegia, & bona sua, *c. decimas. 16. q. 1.*
4 *§. sunt enim*; † Secundò, vt vna Ecclesia alteri subijciatur, & secundum prædictos Doctores, dicitur vnio per viam subiectionis, quia vna Ecclesia alteri subijcitur, pro augumento illius dotis, & patrimonij, & hoc modo illa Ecclesia, cui fit vnio, remanet Superior, & principalis, vnitã verò est inferior, & subiecta, accessoriaq. ac dependens ab illa, cui fuit vnita, annexa, & incorporata *c. recolentes. 3. de statu Monac.*
5 † Tertiò vt æquè principaliter vniantur, & hoc modo vnita dicitur quoad Rectorem, quia vnum dumtaxat habet Rectorem; quo verò ad bona, vtraque remanet cũ suis proprijs bonis, iuribusq. distinctis, & separatis, & non communicatis, & quælibet retinet sua priuilegia, iura, & statuta *c. præcipimus. 16.*
6 *q. 1.* † quibus accedit *Gonz. gloss. 5. §. 7. n. 26.* vbi latè, & doctè more suo hanc materiam vnionis tractat, quamuis non conueniat cum præcitatis Doctoribus circa vnionem principaliter factam; illam enim asserit ipse principaliter vnitam

tam esse, quãdo ex duabus fit vna,
7 & revera fallitur Gonz. † quapropter sequi possumus Barbosam, & alios pręcitatos, quibus addo Cacialupũ *de vnionibus art. 8. vers. & hoc si modo non sit facta*, vbi pro hoc adducit *glos. in Clem. per literas verb. Ecclesias. 2. de prabendis, & glos. in c. 1. verb. vniendo, Ne sed. vac.*

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

In impetratione non est facienda mentio de beneficijs vnitis illi beneficio, quod impetratur, vbi tamen vnio facta sit per viam connexionis, vel subiectionis; secus si aequè principaliter.

1 Dvbitatur an facienda sit mẽtio in impetratione de Ecclesia vnita; breuiter respondetur, quod si vnio facta fuerit per viam connexionis, vel subiectionis, tũc
2 non est facienda mentio, † quia beneficium vnitum habet se ergà rem, cui vnitur, sicut filia ergà matrem, quia sortitur naturã, & priuilegia matris, *c. cum dilectus. 6.*
3 *de his, quæ vi, met.* † quamuis fieri debeat mentio de obtentis, *Felin. n. 30. Corrol. 3. in c. in nostra. 22. de rescrip. Cassad. decis. 12. de pra-*
4 *bendis*, † Et declarauit pluries Sacra Congregat. *super Sac. Conc. c. 17. sess. 24. teste Garz. de benef. p. 12. c. 2. n. 38.* vbi ait quod *Habẽs duas Parrochiales, quarũ altera est beneficio simplici, vel Dignitati in perpetuum vnita, alteram dimittere non tenetur*: & quod *Licet aliàs fuerit resolutum, quod habens, ante Concilium, duos Canonicatus, quibus singulis esset vnita Parochialis, per hoc decretũ non tenetur ad alicuius dimissionem; nihilominus in contrarium est veritas, quod alterũ dimittere teneatur, intelligendo de vnione*
5 *aequè principali*; † Si verò facta erit tertio modo, putà, æquè principaliter, necesse erit facere mentionem de vtraque, licet vnitę tã-
6 tum subdantur Rectori, † nã vnio ęquè principaliter facta, operatur dumtaxat, vt sic vnitę Parochiales sint inter se cõpatibiles; quo verò ad alios, sint omninò incompatibiles, *Garz. vbi supra n. 43.* dicẽs
7 admodum proficuè, † quod si beneficiorũ ęquè principaliter vnitorum alterum sit curatum, vel incõpatibile, impediret assequutionem alterius similis sine dispensatione, & per huiusmodi assequutionem vacarent ęquè principali-
8 ter annexa prius obtenta, † quod tamen non accidit in vnitis accessoriè; enimverò si Parochialis vniretur beneficio simplici, non impediretur consecutio alicuius
9 Parochialis, † & ita etiam dicendum asserit, quando extincta Parochiali, eius bona essent applicata alteri beneficio.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Vnio quomodo dignoscatur vtrum sit aequè principaliter facta, an per viam connexionis, subiectionisuè, inspicienda sunt verba vnionis, quæ hic obseruantur.

Du-

1 DVbitatur secundò quomodo dignosci poterit, vtrũ vnio facta sit accessoriè, an æquè principaliter. Breuiter dico quod inspiciẽda sunt omninò verba vnio-
2 nis, † vtpotè, si dicit *vnimus hoc beneficium tali Dignitati*, & eo magis si addatur, *& incorporamus*, tunc dicitur vnio accessoriè
3 facta, † vbi verò concipiatur his verbis, *vnimus tale, & tale beneficium*, tũc eiusmodi vnio dicetur facta æquè principaliter, vt subtiliter obseruat Garz. *p.* 12. *c.* 2. *n.* 51.
4 *&* 56. † vbi etiam adducit declarationem Sac. Congreg. per quam decisum fuit, *In prouisione Abbatiæ, cui vnita fuit Parochialis Ecclesia, non esse opus cõcursu ad formam* Conc. *Trid.* c. 18. sess. 24. *dummodo perpetuò, & accessoriè facta sit vnio auctoritate S. Sedis Apost.* In hæc verba *S. D. N. ex sententia Congreg. Concilij declarauit, examen, quod ex decreto* Conc. sess. 24. c. 18. *faciendum est per concursum in collatione Parochialis, non debere fieri in prouisione Dignitatis Abbatia, tametsi vnita sit Parochialis Ecclesia, dummodo hac vnio auctoritate Sedis Apostolica, ac perpetuò, & accessoriè facta sit.* Hoc idem annuit Dominus Barbosa *allegat.* 60. *n.* 24. *p.* 3. Ex quibus remanet solutum dubium.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Vnio accessoria dignoscitur ex annexione minus digni ad dignius.

DVbitatur tertiò quid iuris quando ambigitur, vtrũ Ecclesia fuerit vnita accessoriè, an æquè principaliter: Dicamus quod
1 eo casu, † si minus dignum sit annexum digniori, illud minus dignũ dicetur accessoriũ *arg. c. quod in*
2 *dubijs.* 3. *de consec. Eccl.* † vel quãdo facta est vnio, vt tale sit accessoriũ *arg. tex. in §. si tamen instit.*
3 *de rer. diuis.* † At verò si nõ apparet vtrum sit dignius, tũc vtrumq; dicetur vnitũ æquè principaliter;
4 nisi † de consuetudine aliud seruaretur, quo quidem casu attendẽda esset consuetudo tanquam optima interpres, *vt in l. si de interpretatione.* 36. *ff. de leg. Hoyeda de incompatibil. benef. p.* 2. *c.* 3. *n.* 5.

¶ DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Vnio quomodo dicatur sortita effectum, ita vt beneficium vnitum nequeat dici vacatum ex reg. reuocatoria vnionum discutitur.

1 POstquam vidimus quot modis fit vnio, & diximus ea beneficia, quę vniuntur per viam connexionis, vel subiectionis non cadere sub obligatione ea exprimendi in impetratione, cuius quidem conclusionis ratio est, quia beneficiũ sic vnitum amittit titulum & nomen beneficij, & efficitur prędium eius, cui est vnitum, vt post Gõzal. *in glosemate de mensib. & altern. glo.* 5. *§.* 7. *n.* 2. *& seq. tradit Garz. de benef. p.* 12. *c.* 2. *n.* 12. vbi quãplures cumulat, & refert etiã Ricc. *in praxi vnion. resol.* 376. *n.* 4. *p.* 1. *& notat etiã D. Oliu. Beltr. ad decis. sal.*

fal. rec. Greg. XV. dec. 112. *n.* 5. ita
2 vt † non detur vacatio huiusmodi beneficij vniti *Gonzal. d. §. 7. n. 7. Garz. vbi sup. n.* 15. *Seraph. decis.* 1011. *num.* 1. *firmat d. decis. Greg.* 112. *& nihilominus extat Reg.* 12. *Cancell.* in qua reuocantur vniones, quæ non sunt sortitæ
3 effectum, † & pari modo extat decretum Sac. Concil. Trid. *sess.* 7. *cap.* 6. *de refor. & sess.* 25. *cap.* 9. *vers. insuper accessiones.* per quod disponitur vt vniones à 40. annis citrà factę, quæ nondum sortitæ fuerint effectum, iuribus carere debeãt: occurrit proinde dubitare quando vnio dicatur sortita effectum; & quamuis hoc dubium reperiatur tactum, & optimè discussum apud Mandos. *in d. reg.* 12. *Cancell. q.* 5. & latius apud Gonz. *d. glos.* 5. *§.* 7. *n.* 42. *& seq.* Kochier *in ead. Reg.* 12. *n.* 14. *&* 21. Ricc. *d. resol.* 376. & latissimè Garzia *d. c.* 2. *n.* 281. *& seq. p.* 12. vbi plures decis. Rot. adnotat & de verbo refert; nihilominus non incongruum duxi illud ipsum, & ego hic iungere, vt magis sit in promptu Reuerendissimis D. Episcopis & alijs collatoribus ipsius decisio si quando occurrat casus, in quo dubitetur de subsistentia vnionis.

4 Verum enimverò, quia præcitati Doctores, & maximè Mãdos. Gonzal. Kochier. & Riccius enumerant plures casus in quibus d. reg. 12. locum non habet, Vtpotè in vnionibus factis auctoritate Conc. Trid. Item in ijs, quæ fiunt pro fundatione, dotatione, augumento, vel conseruatione Collegiorum, & aliorum piorum, & religiosorum locorũ, & ad fidei Catholicæ defensionem, & propagationem, bonarumq. artium cultũ: Item ex causa dotis necessarię alicuius loci, vel rei piæ: Item ad augumentum cultus diuini: Item in vim contractus, vel ex causa onerosa: Item vbi aliquis ordo supprimeretur in totum, & eius beneficia alteri applicarentur: Ac tandem si gratia de vniendo, vel vnio facta haberẽt effectum ante dictę reg. 12. promulgationem, seu reuocationem factam per nouum Papam; quinimò & etiam si non haberet effectum quando tamen casus, de quo agitur, contingeret ante dictam reuocationẽ de vniẽdo, seu vnio fuisset cõcessa à Papa, à quo emanauit prouisio, seu mandatum de prouidendo, adhuc non caderet sub d. reg. 12. vt obseruat ibidem *Gonzal. n.* 52. *&* 53. Idcirco eadem repetendo nonnulla præmittenda putaui.

5 Et primò, animaduertendum est cum Rot. *in vna Abulen. de anno* 1540. *quæ est decis.* 1136. *p.* 3. *diuers. lib.* 3. *& Tanis decis.* 43. *apud Garz. d. cap.* 2. *n.* 283. quod vnio intelligitur fuisse effectum sortita quando ipsius vigore fuit capta possessio iuxta glos. Alph. de Soto *in d. reg.* 12. *vers. & in quantum. n.* 5. *cum ibi not. per Kochier. n.* 21. *quem DD. de Rot. aliàs secuti sunt d. decis. Abulen.*

6 Secundò sciẽdum est, quod vnio facta pro constitutione dotis, vel augumento diuini cultus non censetur reuocata, ita fuisse iudicatum *in Calagurit. & tenuisse Rot.* 13. *Octobr.* 1542. *in vna* Con-

Concben. coram Io. Paulo asserit d. decis. Abul. sed hoc intelligendum astruit eadem decis. de dote necessaria, & non augumentatiuā. Intellige nisi augumentum fiat pro dote necessaria *Rota in seq. Toletana*.

7 Tertiò notandum ex decis. Rot. *in Toletana beneficij de Vallecas. 20. Nouembr. 1592. coram Gypsio quæ adducitur per Garziam d. c. 2. n. 284.* quod vnio non dicitur effectum sortita si Papa voluit effectum sortiri post obitum possessoris; & ideò si huiusmodi effectum non fuit sortita ante regulam reuocatoriam dicitur reuocata *Rot. ibid.*

8 Quartò habēdum est pro certo quod si nō fuit capta possessio minusq. percepti fructus per beneficiariū, cuius beneficio, vel mensę facta fuit vnio, ante æditionem reg reuocatoriæ, reuocata censetur ipsa vnio *Calder. cons. vlt. n. 2. de reb. Eccl. & Rot. in d. Toletana. sed aliter sensit Garzia d. c. 2. n. 290.* quoad perceptionem fructuum, quia secundum eum sufficit ipsam possessionem.

9 Quintò cōsiderandum est, quod reseruatio medietatis fructuum loco pēsionis ipsi beneficiario non præseruat vnionem à reseruatione *Calder. & Rota ibid.*

10 Sextò menti tenēdum est, quod quamuis vnio fiat monasterio mēdicantium viuentium ex eleemosynis, quæ non computantur in dotem Ecclesiæ *Rocch. de iurepatronatus verbo dotauit Rot. in d. Tolet.* non dicitur facta ex necessaria dote, vel dotis augumento, quando ante effectuationem opulenta hæreditas relicta sit monasterio *Rot. ibid. in d. Toletana.*

11 Septimò vbi vnio facta est ex causa voluptatis, vel vtilitatis, non autem necessariò, nec sortita est effectum ante regulam reuocatoriam, dicitur reuocata *Rota coram Orano in Mediolanen. dismembrationis. 16. Nouemb. 1594. Garzia d. c. 2. n. 285.*

12 Octauò non cadit sub dicta regula reuocatoria vnio, siue applicatio bonorum locorum depopulatorum, quæ fit pro dote necessaria beneficij erigendi, & pro augumento cultus diuini *Rot. coram Seraph. in vna Concben. erectionis. 13. Aprilis 1592.* & procedit non solum in vnione pro beneficio erecto, sed etiam in ea, quæ fit in ipsa erectione *Rota ibid.*

13 Nonò animaduertendum summoperè est, quod fuit resolutum in Rot. coram Blanchetto in Perusina beneficij. 1. Aprilis 1596. *quod vnio facta de Ecclesia, seu beneficio, de licentia beneficiati, cum fructuum sibi reseruatione, statim sortitur effectum capta possessione ante fructuum perceptionem, ita vt non reuocetur per reg. Cancell. reuocatoriam vnionis superuenientem, durante adbuc reseruatione fructuū: secus esset si vnio esset suspensa per cessum vel decessū beneficiati.* Paris. cons. 36. n. 18. p. 4. Oldr. cons. 223.

14 Decimò, & vltimò non reuocatur vnio d. reg. 12. quando facta fuit ex causa onerosa, & in recompensam, vt fuit resolutum *coram Rubeo. 4. Iunij 1584. in Eugubina*

bina beneficij: prout neque facta ex causa remuneratoria ob seruitia, seu mentio extraordinaria *Mandos. q.8.n.11.in reg.13.*

15 His itaque sic præmissis dico, quod vbi Papa fecit vnionem ex aliqua earum causarum, quæ dixi, in quibus non cadit derogatoria, nisi vnio sit suspensa per cessum, vel decessum beneficiati, sed adsit clausula vt possit apprehendi possessio: tunc si capiatur possessio antequam superueniat regula reuocatoria dicetur sortita effectũ, & sic non cadet dispositio ipsius reg. & multò minus caderet quãdo Papa vniuisset cum hac clausula: *Volumus præsentes literas sub quibusuis vnionum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, & alijs contrarijs dispositionibus etiam in genere, vel in specie pro tempore quomodolibet etiam Apostolica auctoritate factis, vel faciendis nullatenus vnquam comprehendi, sed semper ab illis excipi.* Kochier. d.reg. 12. num.18.

16 Hinc respondi vnionem factam motu proprio per fęl. recor. Gregor. XIII. de anno 1579. de præceptoria S. Antonij de Bergolio nuncupat. officio S. Inquisitionis in Ciuitate Alexandriæ cum clausulis prægnantissimis, & potissimum, quod possit apprehendi possessio dictæ præceptoriæ per Inquisitorem, & Ministros dicti Officij etiam viuente Pręceptore dictæ pręceptorię, quodque suffragentur ad hoc regulæ Cancell. *de non tollen. iur. quæsit. de ann. & trienn.* & quod non comprehendãtur sub quibusuis reuocationibus, & alijs clausulis derogatorijs perquàm efficacibus; cuius planè vnionis vigore, re ipsa, capta fuit possessio de anno 1580. viuente tunc D. Benedicto Duco Brixiẽse Pręceptore dictę Ecclesię; respõdi inquam ipsam vnionem fuisse sortitam effectum, ita vt non fuerit censenda reuocata per regul. 12. Cancell. fęl. rec. Sixti V. minusq. illius successorum summorũ Pontificũ; tum quia, vt dixi, possessio capta fuit viuente prælibato Papa Greg. & sic ante reuocationem factam à Sixto, & alijs Pontif. quod sufficit, etiam non secuta fructuum perceptione, stante voluntate Papę, vt possit apprehẽdi etiam viuente possessore, & in consequentiam citrà casum tertium hic allatum: tum etiam quia concurrebant plura alia suffragia, vt supra recensita, nec erat opus aliqua verificatione, quippequę expedita est *in forma gratiosa, motu proprio, & ad nullius instantiam*, cum clausula *habentes valorem pro expresso &c.*

17 Nec putaui obstare, quod dicta præceptoria, post huiusmodi vnionem, & captam possessionem vt supra, fuerit collata per fęl. rec. Clem. VIII. de anno 1592. quo anno obijt dictus Ducus, bo. mem. D. Alphonso Lemugio Sacerdoti sanè pio, & doctrina, ac moribus graui, ex fauore Illustrissimi bo. mem. D. D. Octauij Parauicini S. R. E. Card. tit. S. Alexij, & postmodum per obitũ dicti Lemugij, D. Horatio Sturiono; ita vt videatur

tur ſtatus adhuc collatiuus, vt fuit in alia cauſa ponderatum *coram ſel. recor. Gregor. XV. vt in deciſ.* 112. nam ex quo dictus Lemugius, prout etiam dictus Sturionus nullam mentionem fecerunt de huiuſmodi vnione, & illam præceptoriam impetrarunt tanquam vacantem, cum nihilominus non
18 potuerit vacare, †ſiquidē, vt aliàs dictum eſt, beneficiū extinguitur per vnionem, & fit prædium eius Eccleſiæ, fuerunt proinde tales impetrationes ſubreptitiæ, & in conſequentiam nullum contulerūt titulum dictis Lemugio, & Sturiono, nec potuerunt præiudicare dictæ vnioni, nec ius iā per vnionem extinctum reſuſcitare, & maximè ſtāte ſuffragio regularum Cancell. ſuperius allegatarum.

19 Nec puto obſtare *d. deciſ.* 112. nam ibi diſputabatur, vtrū beneficium eſſet de menſa, & ex quo Moniales illud conſueuerant prouidere, & conferre, quod eſt contra naturam beneficij de menſa, quæ nunquam vacant, ideo iure meritò fuit ibi reſolutum illud beneficium fuiſſe collatiuum; quod planè caſui dictæ præceptoriæ applicari non poteſt.

20 Porrò hodie S. D. N. Vrbanus Papa VIII. per reg. 13. reuocatoriam vnionum, illas dumtaxat excipit vniones, quæ fuerint factæ ex auctoritate, & in executionem Sac. Conc. Trid. vt eius reg. clara ſunt verba, quam proinde hic ſubijcio, & eſt.

Reuocatio vnionum.

21 ***I****Tem, rationabilibus ſuadentibus cauſis, ipſe D. N. omnes vniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſſiones, extinctiones, applicationes, & diſmembrationes, etiam perpetuas, de quibuſuis Cathedralibus, nec non alijs Eccleſijs,* Monaſterijs, *dignitatibus, perſonatibus, officijs, & beneficijs Eccleſiaſticis, eorumvè domibus, prædijs, & locis, per ceſſum, vel deceſſum, aut quamuis aliam dimiſſionē, vel amiſſionem, qualiacumque fuerint, inuicem, vel alijs Eccleſijs,* Monaſterijs, *& mēſis etiam capitularibus, dignitatibus, perſonatibus, officijs, beneficijs, ac pijs, & alijs locis, vniuerſitatibus, etiam Studiorum generalium, &* Collegijs, *etiam in fauorem S. R. E. Cardinalium, ſeu Eccleſijs,* Monaſterijs, *& beneficijs per eos obtentis, quomodolibet, Apoſtolica, vel alia quauis (non tamen Concilij Tridentini) auctoritate, necnon pro fundatione, ſeu dotatione, augumento, vel conſeruatione Collegiorum, & aliorum Piorum, & Religioſorum locorū ad Fidei Catholicæ defenſionem, & propagationem, bonarumq. artium, cultum, inſtitutorum factas, quæ ſuum non ſunt ſortitæ effectū; ac quaſcumque conceſſiones, & mandata ſuper vnionibus, annexionibus, incorporationibus, & alijs præmiſſis taliter faciendis, reuocauit, caſſauit, & irritauit, nulliusq. decreuit exiſtere firmitatis. Nec alicui quaſcumque clauſulas, vel adiectiones, aut decreta, quæ Sanctitas ſua pro expreſſis haberi voluit, in quibuſuis* Apoſtolicis, *etiā quæ* Motu proprio, *aut ex certa ſcien-*

scientia & consistorialiter processerunt, & emanarunt literis, etiamsi in eis decretum esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, aut ius quaesitum fore, quomodolibet contenta aduersus reuocationem, & irritationem huiusmodi, voluit aliquatenus suffragari.]

PRÆLVDIVM Decimumquartum.

De Vicaria Perpetua.

ARGVMENTVM.

Vicaria perpetua dupliciter consideratur, vel per se, quia continet curam animarum actu, ex vero titulo, quia erecta est in Vicaria per se, aut saltem in beneficijs vnitis, abdicando ab illis curam animarum, & illam transferendo in Vicarios: aut cõsideratur tanquam dependens ab aliquo pio loco, vel Collegio, cui vnita est Parochialis, & non est verè beneficium, quia penes Vicarium residet tantummodo exercitium curæ, non titulus.

1 DIFFICILIS non mediocriter accidit materia Vicariæ Perpetuæ, quoniam dispositâ in beneficijs curatis locum habere videntur in Vicarijs perpetuis, *Rebuff. in tract. nomin. q. 9. n. 8. Gonzal. glos. 5. §. 3. n. 22. Garz. p. 9. c. 2. n. 286.*
2 *vbi plurimos cumulat;* † & Vicaria perpetua dicitur beneficium Ecclesiasticum, *Rebuff. hoc tit. in prax. Gamb. de potest. legat. lib. 5. rubr. 1. n. 100. & lib. 6. num. 11, Hoyed. de compat. benef. par. 1. c. 15. n. 11. Gonz. glos. 5. §. 3. n. 19.*
3 & † huiusmodi Vicarij habent verum titulum, *cap. ad hæc, & ibi Abb. 3. de off. Vic. Gonz. d. n. 21.*
4 ideo † non possunt remoueri, etiãsi Rector principalis moriatur Gõ-
5 zal. *d. n. 21.* † & nihilominus, iuxta Constit. Pij V. non modò non requiritur concursus, nec examen nominati cũ Examinatoribus Synodalibus, seu sufficit examen, & approbatio Ordinarij, iuxta dictã Constit. & Conc. Trident. *sess. 7. c. 13. teste Garz. p. 9. c. 2. num. 293,*
6 imò † nec habet locum *regula de mensibus*, vt latè probat, ac defendit *Gonzal. d. glos. 5. §. 3. n. 59. vsque in finem:* vnde ex his magis redditur difficilis hæc materia Vicariæ: Cœterum vt ad aliquam conclusionem deueniamus, dicamus cum Gonzal. *d. glos. 5. §. 3. n. 33. iuncto Rebuffo in prax. tit. de dispensat. rat. ætat. verb. vel*
7 *earum perpetua Vicaria*, † quod Vicaria perpetua duplex est, vna, quæ continet actu curam animarum; altera quæ consistit in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, & cura residet penès Capitulum, exercitium autem penes Vicariũ;
8 & † his addamus, quod habentur quædam beneficia, quæ dicuntur Vicariæ, non tamen sunt Vicariæ Parochialium alicui beneficio, vel pio loco vnitarum, sed de per se, vel quia erectæ sunt in Vicarias de per se, vel quia erectæ sunt in beneficijs vnitis, abdicando ab illis curam, & illam transferendo

in

in Vicarias,& huiusmodi Vicariæ dicuntur Vicariæ nomine tenus, quia alioqui sunt beneficia Ecclesiastica.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

In Vicarijs perpetuis per se erectis, vel aliàs erectis in Ecclesijs vnitis, in quibus translata sit cura animarum ponitur concursus; secus si in aliqua Cathedrali, *vel* Collegiata, *& cura resideat penes Capitulum, vel aliàs ipsa Parochialis sit vnita alicui Dignitati, quamuis exercitium curæ sit penes Vicarium.*

EX ijs,quę præmisimus oritur dubium, an re vera fieri debeat concursus in Vicarijs perpetuis, nec ne? Gonzal. *in glos.* 5.
1 *§.3. num.*53. † dicit asseueranter quod Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de refor.* super forma prouidendi Ecclesias Parochiales, non intrat in Vicarijs perpetuis, sed quod seruanda est dūtaxat forma Constitut. Pij V. per quam, vt diximus, non est necessarium ne quidem examē cum examinatoribus synodalibus, *Garz.c.2.n.*293. *p.9.*
2 *de benef.* † attamen dicendum puto, iuxta quod diximus in hoc Præludio, nimirum si Vicaria sit de per se erecta, vel sit erecta in Ecclesia vnita,sed in illum sit trāslata cura animarum illius Parochialis, vel fortasse redacta sit in simplex beneficiū, vt tunc ponen-
3 dus sit cōcursus, †prout declarasse Sac. Congregat. Concil. testatur Garz. *par.* 9. *c.* 2. *n.* 361. quam planè declarationem ibi refert in hæc verba. *In Vicarijs erectis in Ecclesijs vnitis alicui Beneficio, vel loco, abdicando, & separando curam animarum ab ipsis Ecclesijs, & transferendo eam in Vicarios, vt in Vicaria per Gregor. XIII. de anno* 1583. *erecta in Ecclesia loci della Ventosa Abulen. Diœces. vnita per eum Monasterio B. M. de la Mejorada* Ordinis D. Hieronymi, *huiusmodi enim Vicariæ appellantur, & sunt verè beneficia curata de per se, & sic in eis debet fieri concursus, sicut in alijs beneficijs*
4 *curatis*; † si verò sit in aliqua Cathedrali, vel Collegiata, & cura resideat penes Capitulum, quāuis exercitium sit penes Vicarium, prout etiam si Vicaria sit alicuius Ecclesiæ Parochialis vnitæ cuipiā Dignitati, tunc non erit propo-
5 nendus concursus, † sed Capitulum, vel ipsa Dignitas respectiuè nominabit Vicarium perpetuum, qui planè Vicarius tenebitur deinde expedire nouam prouisionem, si tamen Vicaria vacauerit in mēse Apostolico, ex Constit. 46. Pij V. vt pluribus probat Garz. *d. c.* 2. *à n.* 289. *vsque ad* 321. *vbi plures decis. de verb. refert, quas hic non insero breuitatis causa*; & ita etiam dictum fuit *in vna Vlixbonen. iuris conferendi.* 2. *Decembris* 1605. *coram Litta, & est decis.*102.*n.*9.*p.*1. *apud Farinac.* vbi dictum fuit *non obstare quod in Vicarijs perpetuis sit necessa-*
6 *rius concursus,* †*quia ad effectum vt sit locus concursui, non inspicitur,*

citur, an Vicarius sit perpetuus, vel ad nutum amouibilis, sed attenditur an Vicaria spectet ad Monasterium, & ei sit subiecta, vel annexa, ita vt cura resideat penes Monasterium, *quo casu non est locus concursui; sed sufficit approbatio ordinarij, iuxta resolutionem Illustrisſ. interpretum* Concilij *super qua fundatur, breue obtentum à fæl. recor. Clem. VIII. Declaratio verò eorumdem Illustrisſ. data pro parte Archiepiscopi loquitur, quando cura transfertur in Vicarium, & non quando solum exercitium, vt in isto casu.*

7 Sed difficultas fortasse erit, scire quando dicatur translatum dumtaxat exercitium curæ, & non omnimoda cura. Rot. *ibid. num.* 10. hoc declarat dum dicit, *Non obstare quod post erectionē factam per Archiepiscopū dici potest cura translata in Vicarium perpetuū,*
8 *quia † lectura instrumenti erectionis contrarium apertè denotat, dum ibi assignatur certa portio Vicario, & reliquum reseruatur* Commendatario, *penes quem remanent onera,* iuxta notata per Host. & Io. Andr. in c. exposuisti. de præb. & ibi Abb. in fi. hoc benè declarat Felin. in c. postulasti. num. 1. verſ. aut perceptio fructuum. de reſcrip. Rebuff. de congrua; *& hic in nostra erectione, vltrà reseruationem fructuū, & onerum, Vicarius non nominatur Rector, & reseruatur* Cō*mendatario ius præsentādi, quod, stātibus præmissis, debet intelligi sicuti prius competebat, cum approbatione Ordinarij, & non præuio concursu: apparet enim in hac erectione Archiepiscopum noluisse alterare statum huius Ecclesiæ in alio, quam facere Vicarium de amouibili perpetuum, prout ei ex debito sui officij incumbit,* ex decreto Conc. & c. 1. de Cappel. Monac. in 6. *maximè quod, in dubio, huiusmodi erectio ita facta intelligi debet, vt minus præiudicet Commendatario quam sit possibile;*
9 *† & propterea ex eo, quod dicat erigere Ecclesiam in Vicariam perpetuam, & Beneficium curatum, inferri nō debet ad curæ translationem, cum ista verba optimè verificari possint ratione exercitij, & oneris, administrationis Sacramētorum Vicario perpetuo incumbentium:*
10 *nec † ex deputatione Vicarij perpetui Ecclesia desijt esse de mensa,* Vitalin. in Clem. Frequens. n. 35. & 84. de exceſſ. præl. & fuit dictum in vna Vrgelen. Parochialis coram Illustriſs. Pamphilio.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Parochialis si redigatur in simplex Beneficium, & erigatur Capellania perpetua cum onere coadiutoriæ in cura animarum Vicario perpetuo, non confertur per concursum.

1 DVbitatur secundò vtrum si Parochialis redigatur in simplex beneficium, & erigatur Capellania perpetua cum onere coadiutoriæ Vicario perpetuo in cura

cura animarum, cõferenda sit huiusmodi capellania per concursũ. Hoc dubium resoluitur negatiuè, per declarationem Sac. Congreg. quam refert Garz. de verbo *p.* 9.
2 *c.* 2. *n.* 303. his verbis, † *Præsupposito, quod Ecclesia Parochialis, quæ proprium Rectorem habebat, nec vlli pio loco erat vnita auctoritate Apostol. post Concil. redacta fuerit in simplex, & sine cura Beneficium, erecta ibidem Vicaria perpetua, & Cepellania etiam perpetua, cum onere Coadiutoriæ in cura animarum ipsi Vicario perpetuo, dotata ab ipso Rectore, & stante* Const. *Pij V.* de Vicarijs perpetuis, *an præsentatio Vicarij Perpetui, & Capellani pro tempore spectet ad prædictum Rectorem, vel horum prouisio pertineat ad Episcopum, in cuius Diœcesi est Ecclesia*. Respondit Congregatio; *In Vicario seruandum esse hoc Decretum, vt Vicaria detur per cõcursum, &* Capellanum *sufficere, vt approbatus ab Episcopo, ab ipso detur*, iuxta c. 6. sess. 21. *& sic vtrumque beneficium spectare ad Episcopum*; dispositio autem Sac. Conc. Trid. d. sess. 21. c. 6. ea est, *vt illiteratis, & imperitis; necnon, & ijs, qui inhonesta vita sint, deputetur ab Episcopis coadiutores, aut Vicarij, cum assignatione partis fructuum, pro sufficienti victu, quacumque appellatione, & exemptione remota. Cum facultate etiam priuandi beneficijs eos, qui turpiter, & scandalosè viuunt, postquam præmoniti fuerint, & adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerant; exemptione, & appellatione quacumque remota.*

PRAELVDIVM Decimumquintum.

De Dignitatibus.

ARGVMENTVM.

Dignitas quæ dicatur, & quatenus differat à Personatu, & Officio, quæ videntur sinonyma.

1 DIXIMVS *in* 3. *Prælud. dub.* 3. *n.* 31. & 34. non esse proponendum concursum in Dignitatibus, quibus anima-
2 rum cura incumbit: † Concil. item Trid. *sess.* 25. *c.* 10. *de refor.* statuit, vt causæ Ecclesiasticæ, ac spirituales, & ad forum Ecclesiasticũ pertinentes, in partibus delegandæ, committantur personis in singulis Conc. Prouinc. & Diœcesanis designandis, quæ habeant qualitates, iuxta Constit. Bonifacij VIII. fęl. rec. quæ incipit *Statutum*, quod est *c.* 11. *de rescrip. in* 6. vbi sancitum est, vt nullis, nisi Dignitate præditis, aut Personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicis, causæ auctoritate literarum Sedis Apostol. vel Legatorũ eiusdem cõmittantur; quibus nouissimè successit alia Const. fęl. rec. Greg. XV. *de Cõseruatoribus.* Vt igitur omni errori in præmissis occurratur, operępretium duxi tradere hic Pręludiũ *de Dignitat.* vt facilè sit omnibus cognoscere quænam dicatur Dignitas, saltem
3 ad effectus præmissos; † eòque li-

bentius hoc facio, siquidem teste Hoyeda *de incompatibilitate benef. p.* 1. *c.*7. *n.*1. in iure tres termini sunt, qui videntur idem significare, tanquam sinonyma; videlicet, Dignitas, Personatus, & Officium, quod ait probare textum *in c. cum accessissent.* 8. *de Constit.*
4 vbi † Officium appellatur Dignitas, & Personatus, addito Innoc. *in cap. de multa.* 28. *de prab.* qui astruit, quod Dignitas, & Persona-
5 tus non differunt in substantia; † & etiam sunt quædam Dignitates; quæ etsi nomine sic nuncupentur, re nihilominus sunt Rectoriæ.
6 Dignitas itaqne, propriè loquẽdo ex testimonio Hoiedæ *d. cap.*7. *n.*1. & Personatus, ac Officiũ dif-
7 ferunt inter se; † nam *Dignitas est Administratio rerum Ecclesiasticarum, cum iurisdictione*; & hanc esse communem tradit Abb. *n.* 21. *in d. c. de multa.* 28. *de prabend.*
8 Porrò stringere adeò non debet ista descriptio Dignitatis, vt proinde videatur negari, quin sint etiam Dignitates illæ, quæ de iure communi sonant in Dignitatem, & sunt in Cathed. & Colleg. cano-
9 nicè erectæ, † vti, est Ardhidiacon. Archipresbyt. Præposit. Cant. Decan. & Primic. in Cathedr. Alex. quamuis nullam prorsus iurisdictionem habeant, neque de more,
10 neque de consuetudine, † vti ferè omnes Dignitates, per vniuersam Italiam carent iurisdictione, ex testimonio Hoyedæ *d. c.*7. *num.* 4. vbi, pro exemplo, inducit Archidiacon. Parmen. Senen. & Ispalen.
11 etenim † si de consuetudine, vel constitutione Ecclesiæ aliqua Dignitas reputetur Dignitas, ea habetur pro tali; sufficit enim, quod de consuetudine, vel constitutione Dignitas habeatur pro tali, *c. consuetudo.* 12. *dist. c. cum olim.* 6. *de*
12 *consuet.* † Nam consuetudo ostẽdit excellentiam gradus, & nobilem, atque eximium facit *l. honor.*
13 *§.*1. *ff. de mun. & hon.* † & ea est maior Dignitas, quæ generaliter maior reputatur ab hominibus,
14 & † datur pro magno beneficio *l. Athletas in princip. vers. Celsus. ff. qui not. infam. Selu. de benef. p.*1. *q.*2. *n.*36. *& seq. Hoyeda d. c.*7. *n.*5. *p.*1.

¶ DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Præpositura de iure non est Dignitas, nisi sit prima in Cathedrali, vel Collegiata, secus de consuetudine.

1 SEd vidi dubitari an Præpositura de iure sit Dignitas, & fuit pluries resolutum in Rota, quod non sit Dignitas, nisi sit prima in Cathedrali, vel Collegiata, vel Cõuentuali, habeatvè sub se clerum, & capellas *Feder. de Sen cons.*132. *n.*1. *Aret. cons.*23. *vers. bis breuiter: Rot. decis.*4. *de elect. & decis.*9. *de præb. in nou. Gambar. de off. legati. lib.*5. *tit. an legatus possit plura benef. vni conferre. n.*35. *Rot. in Aquen. Monasterij.* 31. *Maij* 1568. *coram bo. mem. Card. Lancellot. & in Dertusen. Prioratus.* 5. *Martij* 1614. *coram Decano. & in Vicentin. parochialis.* 20. *Fe-*
2 *bruarij* 1617. *corã Vbaldo.* † & dixi de iure, nam secus est de consuetu-

tudine, quia nedum reputatur dignitas quando est in Cathedrali, vel Collegiata, quãuis non sit prima; qualis est Præpositura in Cathedrali Alexandrina, quæ est tertia, & in Collegiata S. Mariæ ad Niues ibidẽ, quæ est secunda, sed etiam quando est extra huiusmodi Ecclesias vt dixi, tametsi hæ postremę habentur tantum in sonum Dignitatis, & tanquam rurales.]

PRÆLVDIVM Decimumsextum.

De Personatu.

ARGVMENTVM.

Personatus quid sit, & an sit Ecclesiasticum beneficium, differatq. à Dignitate, & Officio.

CONGRVE sub Prçludio de Dignitatibus subijcitur Præludium *de Personatu*,
1 † nam quamuis Personatus minus
2 sit, quàm Dignitas; † siquidẽ caret administratione, quam habet Dignitas *vt in l. Si idem. C. de Codi-*
3 *cill.* † propriè enim loquendo *Personatus est bonor, & precedentia in Ecclesia, qua Canonicum alijs, etiã ante receptis, tam in Choro, quàm in Capitulo prafert*, ad not. per DD. in *c. 1. de consuet. in 6.*
4 largè † tamẽ Dignitas sumitur pro Personatu, & sunt sinonyma, & illa sumitur pro isto, prout genus, &
5 species, † itaut iura, quæ videntur exprimere, & ponere ista duo tãquam diuersa, & separata, potius faciant ad tollendas cauillationes, quam vt denotent esse differẽtiam inter ista, nisi prout differt genus a specie, vt post Guil. *in Extrauag. execrabilis lo. 22. super ver. Personatus. 1. de prab. & Selu. de benef. p. 1. q. 2. n. 41. ac Staph. de me. & for. impetr. §. transeo nunc ad Dignit. n. 4.* obseruat Hoyeda *p. 1. c. 9. n. 2.*

6 Cœterum quod Personatus sit beneficium Ecclesiasticum probat tex. *in cap. cum accessissent. 8. de Constitut. c. de multa. 28 de prab. & c. 1. de consuet. in 6.* & ita etiam expresè tenet Sel. *d. q. 2. n. 46. & Hoyeda d. n. 2. vers. ex quo clarè.*

PRAELVDIVM Decimumseptimum.

De Officio.

ARGVMENTVM.

Officium quid sit, & an Dignitas fiat Officium.

1 POST Præludia *de Dignitatibus, & Personatu*, quia diximus sinonymè capi etiam cum Officio, & hosce tres terminos inter se confundi, iure meritò hic ponitur Præludium *de*
2 *Officio*; † nam vt obseruat glos. in verbo *Dignitates in Extrauag. execrabilis. 1. de praben. lo. 22.* Consuetudo Ecclesiæ facit, vt quæ in vna Ecclesia est Dignitas in alia
3 sit Personatus, vel Officium, † vti audio de Cantoria Collegiatæ insignis S. Secundi Asten. Ciuitatis,

quæ non est Dignitas, sed Officiũ.
4 Est † igitur Officium *Administratio rerum Ecclesiasticarum, sine iurisdictione, & praeminentia*, ita DD. *in c.1. de consuetud. in 6. Io. Coras. in Paraph. Sacerd. p.4. c.3. n.8. Hoyeda de incompat. be-*
5 *nef. p.1. c.7. n.2. & c.8. n.3.* † & exemplificatur in Sacrista, Custode, Thesaurario, & huiusmodi.

PRÆLVDIVM Decimumoctauum.

De Canonicatu.

ARGVMENTVM.

Canonicatui aliquando incumbit cura animarum: & quid sit Canonicatus.

1 DIXIMVS in tertio Præludio, animarum curam aliquando subesse Canonicatui; idcircò lubet hoc 18. Præl. aperire quid sit Canonicatus.
2 Dicamus † igitur breuiter cum Hoyeda *de incompatibil. p.1. c.12. n.1.* quod *Canonicatus est ius habendi stallum, & locum in Choro, ad cantandum, & legendum, & vocem in Capitulo, proueniens ex electione, & receptione in fratrem* DD. in *c. in Genesi 9. de electione, & ibi glos. verb.* vel quasi *c. relatum. 9. de præb. & c. cum M. Ferrarien. 9. de constitut. iunctis alijs iuribus relatis per*
3 *Hoyed. d. cap. 12.* † hinc infertur quod ad hoc vt Canonicus habeat stallum in Choro, & vocem in Capitulo, non solum requiritur ordo saltem Subdiaconatus in Cathedralibus, *Conc. Trid. sess. 22. de reform. c. 4.* sed debet immitti omninò in possessionem, & recipi in fratrem per Capitulum, *Paris. de resig. benef. lib.6. q.5. n.32. & lib.10. q.6. n. 42. Gonz. de mens.*
4 *§. 3. procem. n. 81.* † nec sufficit quod huiusmodi possessio tradatur à Canonicis, qui sunt de Capitulo, vt in *c. cum olim. 12. de re iud.* sed requiritur, vt tradatur Capitulariter, & ita seruare Palatium
5 docet Cassador. *decis. 8. n.1.* † nisi aliud sit de consuetudine.

PRAELVDIVM Decimumnonum.

De Præbendis.

ARGVMENTVM.

Præbenda quid, & quotuplex sit ostenditur, & sine ea Canonicus dicitur Canonicus in herba.

1 QVONIAM Præbēda oritur ex Canonicatu, seu Canonia, tanquam filia à matre, vt, post Cardinalē *in Clem. fi. q. 10. de præb. & Bertach. in repert. verb. præb. num. 7.* tradit Hoyeda *de incompatibilit. benef.*
2 *p.1. c.12. vers. at verò num. 1.* † & Canonicus sine præbenda dicitur Canonicus in herba *Io. Andr. in*
3 *cap. dilectus. 19. de præbend.* † potest enim esse Canonicus, sine præbenda, *tex. in c. cum M. Fer-*
4 *rarien. 9. de Constit.* † imò potest esse

esse Canonicatus sine iure Canoniæ *Hoyeda d.c.12. n.4. & 5.* opportunum proinde duxi subijcere hic Præludiũ de præbendis, vt quid sit præbenda facilè innotescat.

5 Dicamus igitur cum Card. *in d. Clement. fi.q.16. de præb. & DD. in c. cum M. 9. de Constit.* quod *Præbenda est ius percipiendi fructus in Ecclesia, cui præbendatus seruit, competens ex officio diuino tanquam vni de Collegio;* Hoyéda *d. cap. 12. n. 1. p. 1.*

6 Porrò Præbenda duplex est, vna temporalis, altera spiritualis; temporalis dicitur annexa Canonicatui, seu Beneficio Ecclesiastico, sed solummodo cõsistit in mera temporalitate; vt in tertio, & subsequentibus modis, quibus capitur præbenda, vt infrà; spiritualis verò dicitur annexa Canonicatui, seu alij beneficio Ecclesiastico, *tex. in c. dilecto. 25. de præb.* vt capitur primo, & secundo modo, vt infrà *Ripa in d. c. cum M. 9. de constit. n. 170. verf. & in istis terminis.* & post eum Hoyeda *d. cap. 12. n. 2. p. 1.* vbi plures alios DD. congerit,

7 † dicens *n. 3.* quod præbenda sumitur quinque modis: Primo propriè, & strictè, pro iure percipiendi certos prouentus in Ecclesia ratione Officij diuini, cui insistit aliquis tanquàm vnus de Capitulo, & sic tanquàm Canonicus; & istud ius, inquit, oritur ex Ca-

8 nonia; † nã ex quo aliquis est Canonicus, per consequens, & Præbendam habere debet, *c. relatum. 9. de præb. c. cum super 8. de con-*

9 *cess. præb.* † Secundo modo sumitur largè, pro omni iure percipiendi certos prouentus in Ecclesia, ratione diuini Officij, cui aliquis insistit, non tanquàm Canonicus, sed tanquàm seruiens in diuinis, *c. cũ in Ecclesia 25. de præb.*

10 *in 6.* † Tertio modo capitur largius, pro iure percipiendi certos redditus, nõ ratione Officij diuini, sed ratione alicuius laboris temporalis, vtpotè, quia est Aduocatus, & huiusmodi *c. fi. de magist.* & isto modo laicus potest esse

11 prębendatus: † Quarto modo potest capi largissimè, pro vna possessione, seu prędio assignato alicui in prębendam, *vt in c. sæpè. 12. q. 2. & c. possessiones. 16. q. 1.* & ita capitur quando Præbẽdæ sunt distinctæ in Ecclesia, & cuilibet est assignatum certum prædium, *Abb. in*

12 *d. c. dilectus. 19. de præb.* † Quinto, & vltimo modo sumi potest, pro fructibus, & obuentionibus, quę percipiuntur in Ecclesia, quę vędi possunt, *vt in c. 2. de locat. Hoyeda latè d. c. 12. n. 100. par. 1. & latius Rip. d. c. cum M. n. 170. verf. tu vero. 9. de constit.*

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Canonia, & Præbenda differunt, origine, & effectu.

Ex quo diximus prębendam tot modis sumi, oririq. ex

1 Canonia; Dubitatur, † an sit differentia inter Canoniam, & Pręben-dam Io. Franc. Ripa *n. 170. verf. istis sic in c. cum M. Ferrarien. 9. de Constitut.* postquam enumerauit modos, quibus sumitur Prę-

 benda,

2 benda,† dicit, quod si formatur Prębenda propriè; tunc differunt Ori-
3 gine, & effectu : † Origine quidē, quia præbenda nascitur ex Cano-
4 nia, & est quasi eius filia;† Effectu verò, quia ex iure Canoniæ consequitur Canonicus ea, quæ sunt Officij diuini, vt sedere in Choro, cantare, & alia huiusmodi præsta-
5 re : † Ex iure autem præbendæ consequitur Canonicus ius percipiendi fructus, pensiones, decimas, & alia debita ratione præbendæ.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Canonicus, ante adeptam præbendam, dicitur Canonicus in herba, siue in aere; recipit tamen distributiones quotidianas, & vocem habet in Capitulo, potestque eligere, & esse Delegatus Papæ.

DVbitatur secundò, An Canonicus, qui nondum est asse-
1 cutus præbendam,† & dicitur Canonicus in herba, vt vtar verbis Hoyedæ, *de incompatib. p.1.c.12.* vel secundum Rip. *in c. cū M. Ferrarien. 9. de Constit. vers. isto casu n. 189.* dicitur Canonicus in aere, habeat vocem in Capitulo, & consequi possit distribut. quotid. D. Ripa *in d. c. cum M. n. 186. & post eum Hoyeda d. c. 12. n. 6.* hoc quærunt, & postquàm Hoyeda recensuit sex opiniones relatas per Ripam; tandem constituit vnam
2 conclusionem;† nimirū, vt recepti extrà numerum habeant statim omnia iura Canoniæ, & consequēter stallum in Choro, & vocem in Capitulo, & possint eligere si Ecclesia vacet, & etiam esse delegati Papæ, & habere Dignitatem consuetā dari Canonicis, ad quod citat *Innoc. Hostien. & alios in d. cap. cum M. 9. de Constitut.*
3 Astruens † constanter, quod tales Canonici habebunt distributiones quotidianas, licet non habeant præbendam, *ex Bald. in l. fi. C. de Alluuion. & in Marg. verb. Canonicus. vers. secundò, iuncto Innoc. in c. dilectus. 19. de præb. & alijs quàm pluribus ibi adductis*
4 *n. 7.* † & ita dicit tenendum regulariter loquendo, quod Canonicus supranomerarius, ante adeptam præbendam, habet stallum in Choro, & vocem in Capitulo, ac distributiones quotidianas, & alia iura Canoniæ, *vt latè ibi num. 8. vers. & ita.*
5 Sed declarandum est, inquantum dixi Canonicum statim habere vocem in Capitulo, & distributiones quotidianas, posseq. esse delegatum Papæ; vt si Canonicus sit Ecclesiæ Collegiatæ, etiam insignis, quamuis aliàs esset Doctor, prout etiā si esset Canonicus Cathedralis, sed minor, licet dispensatus ad Canonicatum obtinendum in minori ætate, non posset esse delegatus, per ea, quæ, Deo dante, latè dicam *in tractatu de Synodo dubio. n. 11.* vbi hoc tan-
6 go. † Quo verò ad vocem in Capitulo, si non sit initiatus saltem Sacro Subdiaconatus Ordine, non habebit vocē in Capitulo. *Concil.*
7 *Trid. sess. 22. c. 4. de refor.* † & talis ordo suffragabitur ei quoad hoc, quam-

quamuis non sit in ætate xxij.ann.
8 quę † est ætas ad dictum ordinem requisita *Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 12.* dummodo fuerit dispensatus à Papa super ætate, *D. Ant. Ragut. de voce Canon. in Capit. p. 1. q. 5. n. 7.* quia id erat non defectu ætatis, sed ratione ordinis talem ætatem poscentis, citat Sanch. *disp. 1. lib. 8. n. 23. de diuort.*

9 Quo tandem ad distributiones, dicendum est concludenter, quod si ordo sacer sit annexus Canonicatui, tunc si Canonicus ordinem suscipiat intra annum, consequatur eo casu omnes distributiones, quamuis nondum assecutus sit nedum ordinem requisitum, sed nec
10 Minores; † at verò si non ordinetur intrà annum, tunc ammittit medietatem distributionum; ita consuluit D. Vinc. Grilenzon. *cons.* 153. *n.* 5. vbi agebatur de Canonico Ecclesiæ Collegiatæ insignis, qui, ex statuto Apostolica auctoritate firmato, tenebatur esse in sacris. Et hæc sufficiant.

PRÆLVDIVM Vigesimum.

De Præstimonijs.

ARGVMENTVM.

Præstimonia instituta sunt pro studentibus, & pro subsidio contra Infideles: & dicuntur Beneficia Ecclesiastica, quia vti talia enunciantur à Conc. Trid. & inducunt incompatibilitatem; ac possunt renunciari, & permutari.

1 RÆSTIMONIA, cum ab initio instituta fuerint pro studentibus, & pro subsidio contra infideles; fuit proinde dubitatum, an sint beneficia Ecclesiastica; nec defuerunt, qui negatiuam partem tenuerunt, quos refert Gonz. *de mens. & alter. glos. 5. §. 2. n. 2.* Hoyeda *de incompatib. p. 1. c. 8. n. 1. vsque ad 9.* & Garz. *de benef. p. 1. c. 2. n. 118. inter quos recens. Io. Andr. n. 3. & Dom. n. 9.*
2 *in c. 1. de rer. permut. in 6.* † Cęterum postquam nostris temporibus illorum prouisio fit nō nisi per Superiorem Ecclesiasticum, quãuis pręsentatio quandoque spectet ad
3 laicum, † neque potest illud sibi retinere is, qui debet illud con-
4 ferre, † & item non potest prouideri nisi clerico, & datur propter officium diuinum, estq. perpetuũ, quoad eum, cui confertur; conferturq. purè, & sine pacto, vel conditione, nec pro aliquo commodo temporali, quę sunt signa Eccle-
5 siastici beneficij; † ideo concludo pręstimonia esse Ecclesiastica be-
6 neficia, † ac propterea impetrantem teneri necessariò facere men-
7 tionem de illo, † & etiam esse incompatibilia, ita vt nequeat plura simul ab vno obtineri *Hoyeda*
8 *p. 2. c. 8. n. 8.* † & posse renunciari, *Paris. de resign. q. 1. n. 123. lib. 2.*
9 *Garz. & Gonzal. loc. cit.* † & in Concil. Trident. *sess. 14. de reform. cap. 9.* enunciantur beneficia ibi *Beneficia vnius Diœces. etiamsi Parochiales Ecclesiæ, Vicariæ, seu Præstimonia, aut Præstimoniales*

 por-

portiones fuerint, alterius Diœcess. Beneficio, aut Monasterio, vel Collegio, vel Loco etiam pio, non vniantur, & in c. 18. sess. 23. ibi *necnon beneficia aliquot simplicia cuiuscunque qualitatis, aut Dignitatis fuerint, vel etiam Præstimonia, vel Præstimoniales portiones nuncupat. &c.*

10 Vt autē huiusmodi opiniones ad concordiam ducantur, illud omnino sciendum est, quod pręstimonia aliqua dari consueuerunt in titulum, aliqua vero non; quapropter dicamus, quod illa pręstimonia, quę non dantur in titulum, nec habent annexum aliquod spirituale obsequium, non dicūtur beneficia,
11 iuxtà primam opinionem; † secundo verò modo sunt beneficia.

12 Porrò si dubitetur an dentur in titulum, habeantvè annexum onus spirituale, tunc attendenda est cōsuetudo, & si non apparet de longa consuetudine, attenditur vltimus status. Et secundum hanc distinctionem Io. Kochier. *de permut. benef. c.6.* dicit pręstimonia posse permutari cum beneficio. Et hęc sufficiant.

PRAELVDIVM Vigesimumprimum.

De Portionatu, & Mansionaria.

ARGVMENTVM.

Portiones non sunt nisi in Cathedralibus, & Collegiatis; & sic appellantur, quia sunt quasi cibaria: Mansionarij alio nomine nūcupantur; & in Iure Canonico dicuntur Assisij, eo quod assidui esse debeant in Ecclesia.

CONGRVENTER, pòst Pręludium *de Præstimonijs*, subinseritur Pręludiū *de Portionatu, de quo planè Concil. Trid. meminit. c. 12. de reform.*
1 *sess. 24.* † Porrò portiones sunt non nisi in Cathedral. & Colleg.
2 Ecclesi. sicut, & Canonicatus: † sunt autem Portiones, seu Portionatus
3 beneficia simplicia, sic dicta, † quia sunt quasi cibaria clericis in alimenta pręstari solita, qui hodie
4 dicuntur portionarij, † olim verò dicebatur Mãsionarij, prout etiam hodie aliqui hoc nomen retinent,
5 sic † dicti à mansione, quasi domestici, & familiares.
6 In iure autem Canonico dicuntur Assisij, eo quod semper debeāt esse assidui in Ecclesia *tex. in cap. penult. iuncta glos. in verb. assisios de Cler. non residentib.*
7 Hodie isti Mansionarij, siue Assisij tenentur ex officio ad Horas Canonicas in Choro, vnà cum Ca-
8 nonicis; † non habent vocem in Capitulo, vt Canonici: neque propriè constituunt vnum Collegium; quamuis alicubi aliter seruetur, ex contraria consuetudine notat Garz. *p.3.c.2.n.378. vbi testatur* in aliquibus Ecclesijs Hispaniæ Portionarios esse de Capitulo, & quod in tali casu iura procedunt in eis, sicut in Canonicis; at secus si tantum habeant vocem in Capitulo, vel etiam interueniāt in Capitulo, & actibus capitula-
9 ribus, † quia non sequitur, inquit, habent vocem, ergò sunt de Capitulo, vti iam decidit *Rota coram Bu-*

Bubalo 1. *Iunij* 1583. quam decis. refert idem Garz. *d.c.2.n.*387.vbi etiam *n.* 379. atteſtatur in Eccle-
10 ſia Abulen.† Portionarios, ex ſtatuto ipſius Eccleſiæ, poſſe aſſumi ab Epiſcopo in familiares, ſicut
11 Canonici, † & huiuſmodi Portionarij, qui tantum habent vocem in Capitulo, nec ſunt de Capitulo poſſunt corrigi, & puniri ab Epiſcopo, ſine Capitularibus adiunctis, vt obſeruat D. Barboſa *de poteſt. Epiſc. Alleg.* 73. *n.* 10. *p.*3.
12 Salua † tamen conſuetudine, vel ſtatutis, quibus caueatur, vt Epiſcopus procedat cũ Adiunctis, eo enim caſu non poſſet procedere
13 ſine Adiunctis; † imò etiam Portionarij ipſi poſſent licitè eligi in Adiunctos,& Coniudices,vti cenſuit Sac. Congregat. de menſe Aprilis,teſte D. Io.Aloyſ.Ricc. *in collect.*751.*ante fi. apud D. Barboſ. loc. cit.*

14 Illud aduertendum etiam duxi, quod decretum Sac. Concil. Trid. *ſeſſ.*25. *c.9. de reform.* in quo diſponitur de Adiunctis eligendis per Capitulum, locum non habet niſi in Eccleſijs exemptis, vt pluries declarauit Sac. Congregat. Conc. Trid. interpretationi præpoſita, teſte Garzia.

DVBIVM VNICVM.

ARGVMENTVM.

Laicis non licet tractare beneficia Eccleſiaſtica; ſed Eccleſiaſtici ſuperioris ſolius eſt Beneficia creare: quis verò ſit iſte Superior, an ſolus Papa, an etiam Epiſcopus, oſtenditur.

HActenus vidimus breuiter terminos Beneficiorum Eccleſiaſticorum; verumtamen quia inter ipſa beneficia, quædam ſunt Dignitates, & inter haſce, quædam ſunt ſublimes, vt vidimus *in*
1 *Prælud.* 7. *dub.* 5. *n.* 4. † videlicet Papatus,& Cardinalatus: quædam ſunt Superiores, vt Patriarchatus, Primitiatus, Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus; quędam tandem ſunt inferiores, vt Abbatia, & reliquę Prælaturæ,ac Dignitates infrà Epiſcopatum: alia ſunt beneficia ſine dignitate, inter quæ aliqua habent curam animarum; aliqua non, vt latius dictum eſt *in d.*
2 *Prælud.*7. *dub.* 14. † ideò hic congruenter occurrit dubitari, quis poſſit beneficia erigere.
3 Dicamus igitur breuiter, quod ſicuti diuerſa ſunt beneficia, vt vidimus,diuerſi etiam ſunt Superio-
4 res, qui illa poſſunt creare, † ſuppoſito ſẽper pro indubitato quod ad Eccleſiaſticum Superiorem dũtaxat eiuſmodi creatio ſpectet;
5 Nam † laici non poſſunt propria auctoritate tractare beneficia, *c.2. de iudic. c.omnes baſilicæ.* 16.
6 *q.7.c.Nemo de conſecr.diſt.*1.† & in primis Papatus alius creari non poteſt, quia vnus fuit iuſtitutus à Chriſto Domino, *c. in Nouo* . 21.
7 *diſt.*1.† nec capit duos ſimul,vno, & eodem tempore, & aliter ſentire hæreticum eſt, quia vnus eſt Paſtor, & vnum Ouile, *Abb. in*
8 *c.*1. *n.*3. *de Paroc.* † vnus eſt enim Vicarius Chriſti, & ſicut hæc Eccleſia dicitur corpus myſticum,
9 ita debet, † ad inſtar humani corporis benè ordinati, vnicum dumtaxat

taxat caput habere, & sic vnum Summum Pontificem; etenim Christus Dominus Noster dixit soli B. Petro *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, Matt. cap.* 16. imò reliqui Apostoli constituti fuerunt Episcopi ab ipso B. Petro *d. c.* 2. *dist.* 22.

11 Porrò citra Papatum, solus Pontifex Maximus potest sublimem Dignitatem Cardinalatus, prout, & superiorem Dignitatem, videlicet Patriarchatus, Primitiatus, Archiepiscopatus, & Episcopatus erigere, seu creare, iuncta etiam Dignitate Abbatiæ, *c.* 1. *dist.* 22. & hoc omnes admittunt sine controuersia.

12 De reliquis autem inferioribus Dignitatibus, DD. variè sentiũt; quidam etenim affirmant alij negant, Episcopum posse huiusmodi inferiores Dignitates creare; Primi sui fundamenti cementum inijciunt iuxta textum *c. cum accessissent.* 8. *de constit.* Secundi verò inijciunt propè *cap.* 1. *dist.* 22. qui textus sic habet; *Omnes, siue Patriarchij cuiuslibet apices, siue Metropoleon Primatus, aut Episcopatuum* Cathedras, *vel Ecclesiarum cuiuslibet ordinis Dignitates instituit Romana Ecclesia:* alij distinguunt, quod aut Dignitas, quę est erigenda, est omnino noua, quippequę aliàs non reperitur instituta per Eccl. Rom. & tũc non possit creari sine licentia Papę, & in hunc sensum capiendum est *d. c.* 1. *dist.* 22. ex Imol. *n.* 4. *in d. c. cum accessissent.* 8. *de constit.*

13 Aut † est iam instituta per Eccl. Rom. & hoc casu subdistinguunt; quod aut non fuit instituta communiter pro qualibet Ecclesia, sed solum pro Romana, qualis est Dignitas Cardinalatus, & tunc idem dicendum est, vt solus Papa possit creare, vel creandi, seu potius erigendi licentiam dare, vt contigit, & factum fuit in Ecclesijs Rauennaten. & Compostellana, *teste Imol. d. n.* 4. *vers. & sic intelligitur d. c. cum accessissent.* 8. *de constitut.* quibus ex priuilegio institutum fuit, vt Canonici appellarentur Cardinales, quę planè pręrogatiua, seu denominatione gaudebant etiam Canonici Aquileiẽses, Beneuentani, & Mediolanenses, iunctis Pisanis, ex testimonio Germon. *de immunit. Sac. lib.* 5.

14 *c.* 6. *n.* 14. *& seq.* † Aut fuit instituta communiter pro vniuersa Ecclesia, quales sunt Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Primiceriatus, & huiusmodi, & tunc notant quod sine licentia Papę, poterit, nedum Episcopus, sed etiam Capitulum cum cõsensu Episcopi, eiusmodi Dignitatẽ creare *Imol. loc. cit. vbi adducit pro hoc cap.* 1. *d.* 22. *c. præcipimus* 16. *q.* 1. *& c. sicut.* 8. *de excessib. Prælat. & respondet ad cap. cum olim* 6. *de consuet.* per quod videtur, quod in creatione nouę Dignitatis in Ecclesia requiratur auctoritas Papę, quia, inquit, responderi potest quod ibi ad cautelam, non de necessitate, fuit petita licentia à Papa, vel quod Episcopus volebat solus sine consensu Capituli inducere nouam Dignitatem in Ecclesia, ideo fuit necessaria licentia Papæ,

Papæ, & huius sententię videtur esse Gamb. *de potest. Legat. in rubr. de potest. crean. no. benef. citans Felinum, & Abb. in d.c.cum accessissent. 8. de constit. Archid.*
15 *in d.c.1.dist.22.* † & iam inoleuit consuetudo, vt Episcopi, nedum in Collegiatis, & Parochialibus simplicibus etiam Pagorum erigant
16 Rectorias in Dignitates, † verum etiã in Cathedralibus, quod accepi factũ fuisse in Cathedrali Aquẽsi Statellionum, in qua omnes Dignitates erectę fuerũt ab Episcopis, nec vllos habent redditus, nec prouentus, nec etiam pręebendam, & conferuntur Canonicis, qui ratione Dignitatis pręcedentiam obtinent; ratione verò Canonicatus vocem habent in Capitulo, qua alioqui vti Dignitates carerent.

17 Easdem Dignitates creare possunt Legati de latere, & ipse testis esse possum, qui vidi erectionem Prępositurę Collegiatę insignis S. Mariæ ad Niues Alexandrin. factam per S. Sedis Apost. Legatum; & cum ista affirmatiua residere videtur D. Io. Aloys. Ricc. *in praxi benef. siue in praxi rer. quotid. resol. 322. in 2. æditione,*
18 *siue* 382. *in* 1. † quod planè firmandum est fortius de simplicibus beneficijs, & Canonicatibus, *Ric. d. resolut.* 322. *n.* 2. Iam quiescat calamus circa hæc.

PRAELVDIVM Vigesimumsecundum.

De Ecclesia Litigiosa.

ARGVMENTVM.

Beneficium efficitur litigiosum, quando lis pendet super eius titulo, non autem fit per oppositiones, quæ fiunt à præsentatis, ne instituantur: satis discutitur hæc materia.

QVIA inter casus, quos recensui in Prelud. 3. Dub. 3. *in 6. casu. n.* 18. dixi Concursum omitti in Ecclesia litigiosa; non ab re putaui hic perquirere, quando Ecclesia dicatur li-
1 tigiosa. † Dicamus igitur breuiter cum Illustriss. bo. mem. Card. Lancell. *in suo celeberrimo tract. de attent. lit. pendent. p. 2. cap. 4. proœm. n.* 588. *&* 589. quod beneficium non efficitur litigiosum, nisi quando lis pendet super illius titulo, non autem per oppositiones, quę fiunt à pręsentatis, ne instituantur, *Glos. Pragm. Sanct. in verb. terminorum de pacif. possess. & post eum* Petr. Greg. Tholos.
2 *de benefic. c.*40. *n.* 3. † qui dicunt, quod antequam beneficium dicatur litigiosum, tria requiruntur: Primum quod emanauerit citatio executata: Secundum quod titulus agentis fuerit parti aduersę exhibitus in competenti iudicio: Tertium quod omnes dilationes ordinarię iuris, vel styli, quę dantur ad litem contestandam, sint elapsę ante finem triennij, *Tholosan.*
3 *n.* 9. *ibid.* dicit, † quod ferè omnis lis beneficij incipit à possessorio, in quo sequitur controuersia de proprietate, seu de iure tituli, quia,

quia, inquit, † in causis Beneficialibus oportet possessionem ali-
5 quo colore tituli defendi, † nam sine canonica institutione teneri nō possunt, *per c. Beneficium. 1. de reg. iur. in 6. c. ad decimas. 2. de restit. spoliat. li. eo.*

6 Agit tamen de sola possessione titularius, quando est prouisus de beneficio vacante ipso iure, & is, ex cuius persona vacat, de facto incumbit nihilominus possessioni, tunc enim non potest nouus titularius induci in huiusmodi possessionem, nisi vocet detentorem coram Iudice, & illum de occupata possessione detrudat *c. licet Episcopus. 18. de præb. in 6. latè de hoc dixi in Prælud. 7. dub. 2. n. 23. & seq. vbi etiam tradidi formam seruandam in huiusmodi expulsione, quæ vide ibi quia vtilia*;
7 nemo † enim quamuis iniusto titulo possidens, debet priuari sua possessione, sine causę cognitione *c. volumus. 16. q. 4. c. in literis. 5. de*
8 *restitut. spol.* † quæ quidem cognitio consistit in discussione collationis illius, qui petit, num sit canonica, & illius, qui detinet, num sit iusta, *Archid. in c. olim.*
9 *25. de rescrip.* † & adeò est necessaria huiusmodi causę cognitio, & possessionis adiudicatio, vt si prętermitteretur, & prouisus interim propria auctoritate possessionem illius beneficij sic detentam, vel etiam per intrusum occupatam nancisceretur, illicò ammitteret omne ius, quod haberet; quinimò quantumuis Canonicum titulum haberet ipse diceretur intrusus *per Capitulum eum, qui. 18. de præbend. in 6. cap. licet 28. tit. & lib. eod. D. Iac. Simoneta de reseruat.*
10 *benef. q. 56.* † & efficeretur violentus, & illegitimus possessor, *ad l. extat. 13. ff. eo quod met. caus. l. si quis in tantam sed. C. vnde*
11 *vi*, † atque aduersarius posset vti interdicto restitut. tanquam spoliatus, *per d. c. in lit 5. & tot. tit. de restit. spol. Rot. decis. 10. n. 2. vt lit. pend. in nou. & per d. c. eū, qui. 18.*
12 *de præb. in 6.* † est enim pręsumptio iustę detentionis pro possessore, donec contrarium appareat, *Tholos. loc. cit. per legem finalem. C. de rer. vendic. l. qui accusare. 4.*
13 *C. de edend.* † & ideò non debet amoueri sine citatione, *l. cum fundum. 18. de vi, & vi armat. Menoch. de adipisc. rem. 6. n. 22.*
14 *vbi etiam n. 24. habetur*, † quod fideicommissarius, cui data est facultas à testatore ingrediēdi possessionem sua auctoritate, non potest eā assequi sine auctoritate Prætoris, parteq. citata, quia
15 iam hęres directus possidet; † & proindo is, qui esset spoliatus beneficij possessione, esset ante om-
16 nia restituendus, *3. q. 1. cap. 1.* † & huiusmodi causa, siue agatur de possessorio, siue de petitorio, debet agitari coram Iudice Eccle-
17 siastico, *c. 3. de for. compet.* † si autem quęreretur de restitutione spolij, prius agendum esset de ea, quàm de titulo, vel proprietate,
18 *d. c. in literis. 5. de restit. spol.* † & sufficit in interdicto recuperandę ostendere agentem fuisse in possessione, tempore spoliationis *l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. 7.*
19 *de vi pub.* † quinimò aduertit

idem

idem Tholos. *ibi n.11. per c. Pastoralis. 5. de cau. possess.* quod si quis agit de proprietate beneficij, cum possit de spolio, & possessione agere, perseueretq; vsque ad litis cōclusionem, non poterit deinde ad possessionem redire. Post hos accedit D. Barbosa *de potest. Episco-*
20 *pi allegat. 19. n. 17. p. 2.* † qui dicit beneficium fieri litigiosum, & non pacificè possessum, ex citatione, si ipse iudex, & reus, facti sunt certi
31 de ipsa re, pro qua conuenitur; † si tamē citatio circumducta sit, non efficit litis pendentiam; prout etiā non inducit pendentiam litis, si lis ineatur cum falso procuratore, vel coram Iudice carente iurisdictione.

Hæc breuiter dicenda duxi de *Litigiosa Ecclesia* propter frequentiam casuum; & sic sufficiant.

PRÆLVDIVM Vigesimumtertium.

De Mensibus, & Alternatiuis.

ARGVMENTVM.

Papa in primordijs Ecclesiæ, ipse solus instituit Dignitates, & Beneficia, sed deinde concessit Episcopis ius conferendi beneficia sua Diœcesis, qua concessione stante habebant fundatam intentionem conferendi talia beneficia: sed superuenit 8. reg. quæ nunc est 9. per quam adimuntur 8. menses, nisi vti velint Alternatiua, per quam sibi conceduntur sex menses.

1 IN primordijs Oriētis Ecclesię solus Papa ordinauit, & instituit Dignitates, ac alia beneficia Ecclesiastica 22. *distinct. c. 1. & 2. Sel. de Beneficijs. p. 2. q. 22. n. 3.* & consequenter ad eū solum spectabat collatio *arg. c. admonet. 4. de renunc.* † omnis
2 enim iurisdictio, & potestas dispoñedi de beneficijs à principio non omnibus Apostolis, sed B. Petro eorum Principi à Christo data fuit *c. ita Dominus. §. hanc. 19. dist. Io. Andr. n. 13. in c. cum ex eo. 13. de pœnit. & remiss. Gas. de Perus. de reseru. Benef. à n. 12. vsq; ad 182.*
3 sed † deinde Papa concessit Episcopis huiusmodi potestatē, vt quilibet in sua Dięcesi possit conferre beneficia inibi existētia *c. decreto. 2. q. 6.* ibi *Vices nostras itatue credimus charitati. 3. q. 6. & ita Gas.*
4 *vbi sup. n. 2.* † quo fit vt Episcopi in sua dięcesi dicātur Vicarij Papę *Gonz. de mensib. §. 1. proœm. n. 6.*
5 quia † totus mundus dicitur Paro-
6 chia Papæ *Gonz. ibid. n. 8.* † & mediante huiusmodi concessione habebant de iure communi Episcopi fundatam intentionem in iure cōferendi omnia beneficia Ecclesiastica in suis Dięcesibus *c. regēda. 10. q. 1. c. nullus. 16. q. 7. c. ex frequentibus. 3. de instit. cum alijs ibi cumulatis per Gōz. d. §. 1. proœm.*
7 *n. 21.* † Vnde ante editionem Reg. Cancell. *de Mensibus*, quæ nunc *est IX.* Episcopi poterāt conferre in quolibet mēse *Comes. de expect. n. 20. Caputaq. decis. 214. n. 5. p. 2. Cassad. decis. 3. n. 4. & decis. 4. n. 1.* de

8 *de priuil.* † & rarò Papa faciebat
gratias beneficiales, & ideò in
Volumine Decretorum non tra-
ctatur de hac materia. *Io. Andr.*
in addit.ad Specul.in rub. tit. de
concess.præb. post princ. vers. *scien*
dũ est.Staphil.de lit.gra. in Præ-
lud n.2.Selu.de benef p.2.q.1.nu.
9 *24.* † tractu tamen temporis cœ-
pit huiusmodi gratias concedere,
ac propterea dabat tria paria lite-
rarum; Primò Monitorias,quibus
monebat Collatorem ordinariũ,
vt prouideret ei, pro quo scribe-
bat: Secundò Præceptorias,si mo-
nitorijs nõ obtemperabat: Tertiò
Executoriales, per quas deputa-
batur executor ad prouidendũ lo-
co Papæ, vel ad compellendum
Collatorem *Abb. in c. constitutus*
19.de rescrip. D. Aeneas de reser.
benef.Prælud.1.n.1. ita quod de-
inde Sum.Pont. faciebant frequen
ter reseruationes, & expectatiuas
10 concedebant; † hodie tamen Ex-
pectatiuę penitus sublatę sunt per
Conc. Trid. *sess.24. c. 19. de refor.*
nec non & mandata de prouiden-
do, ac etiam prohibitæ sunt con-
cessiones reseruationum menta-
lium, etiam ad fauorem S. R. E.
Card. prout etiã sublatæ sunt quæ-
cumque gratiæ ad vacatura, & in-
11 dulta ad alienas Ecclesias; † &
quamuis soleat Papa reseruare sibi
Beneficia *c.2.de præb.in 6.* quia est
naturaliter dominus Beneficiorũ,
Aeneas Prælud.2. n.2. de reseru.
12 ita † vt possit quemlibet, etiã sine
causa suo beneficio priuare *Simo-*
net.q.2.n.6.& Granut.ibi in ver-
bo præuenire nu.15. Tholos. c.24.
13 *n. 22. de Benef.* † neque propter
huiusmodi reseruationes conque-
ri possunt Episcopi de iniustitia;
14 † Nam qui dat illud ad quod non
tenetur, liberalitatem exercere vi-
detur, *Gomes.de expect.nu.14 per*
c.1.de donat.& Glos.in c.relatum
in verbo liberaliter 9. de praben.
15 † & si illud idem aufert sine ani-
mo nocendi, non facit iniuriam *l.*
Proculum ibi, Quia nõ debet vi-
deri is damnum facere, qui eo ve-
lit vti lucro, quo adhuc vtebatur,
prohibetur 26. ff. de damno infe-
cto l. si meo 21. ff. de aqu. plu. arc.
in verbo iniuriam in c. cum Ec-
16 *clesia V ulter an.31. de elect.* † ne-
que item possunt conqueri de in-
urbanitate, nam quamuis, vt di-
ximus Papa habeat plenissimam
potestatem in beneficialibus & ip-
se solus sit Dominus *c. 2. in prin-*
cipio de preb. in 6. c. proposuit 4.
de conc.præb.vers. licet: Paris.de
17 *resign.l.2.q.4.n.34.* † & Papæ po-
testas nullis legibus, aut regulis
coarctatur *Gonzal.§.1.proem.nu.*
18 24. † nihilominus per suas regu-
las Cancellariæ diuisit menses an-
ni, & concessit Episcopis, tam resi-
dentibus, quam non residentibus
quatuor menses videlicet *Martiũ*
Iunium, Septembrem, & Decem-
brem, & sibi reliquos octo, propter
suam maiorem potestatem, reser-
uauit, idest *Ianuarium, Februa-*
rium, Aprilem, Maium, Iulium,
Augustum, Octobrem, & Nouem-
19 *brem;* † quinimò, liberalius etiam
agẽdo, vt magis inuitaret Episco-
pos ad residendum, æqualiter di-
uisit menses anni cum Episcopis
verè, & continuè residentibus in
Ciuitate, vel Diœcesi, & sic sibi tã-
tum

tum reseruauit *Ianuarium, Martium, Maium, Iuliū, Septembrē,*
20 *& Nouembrem* † dummodo Episcopi prius petant, & acceptent
21 Alternatiuam,† qua de re erit videndus *Gonzal.d.tract.*

¶ [Reseruatio mensium Apostolicorum,& Alternatiua pro Episcopis residentibus.

ITem cupiens idem D.N. Papa pauperibus clericis, & alijs benemeritis personis prouidere, omnia beneficia Ecclesiastica cū cura, & sine cura, secularia, & quorumuis Ordinum regularia, qualitercunque qualificata, & vbicunque existentia, in singulis Ianuarij,Februarij, Aprilis, Maij, Iulij,Augusti, Octobris, & Nouēbris mensibus,vsque ad sua volūtatis beneplacitum, extra Romanam Curiam, aliàs quàm per resignationem,quocunque modo vacatura, ad collationem, prouisionem,præsentationem,electionem, & quamuis aliam dispositionem quorumcunque collatorū, & collatricum,secularium,& quorumuis Ordinum regularium (nō tamen S. R.E.Cardinaliū,aut aliorum sub Concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscūque alios initis, & per eos, qui illa acceptare,& obseruare debuerant, acceptatis, & obseruatis, qua lædere non intendit, comprehēsorū) quomodolibet pertinentia, dispositioni suæ generaliter reseruauit.Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum,quæ de dictis beneficijs tunc vacantibus, etiam Motu proprio fient,de mense,in quo vacauerint dispositiuè mentionem fieri,alioquin gratias nullas esse.

22 Ac consuetudines etiam immemorabiles,optandi maiores,& pinguiores præbendas, necnon priuilegia, etiam in limine erectionis concessa, & indulta Apostolica circa ea, ac etiam disponendi de huiusmodi beneficijs, aut quod illa sub huiusmodi reseruationibus nunquam comprehendantur, etiā cū quibusuis derogatoriarū derogatorijs, & fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis; necnō irritantibus,& alijs decretis, quorum tenores pro expressis haberi, & latissimè extendi voluit, quibusuis personis, & collegijs cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, quomodolibet cōcessa,aduersus reseruationem huiusmodi minime suffragari.

23 Insuper Sanctitas Sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis,& Episcopis intenta,ipsis, quamdiu apud Ecclesias, aut diœceses suas verè,ac personaliter resederint dumtaxat, de omnibus, & quibuscunque beneficijs ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus, & regularibus (ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem,seu præsentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interuentu Capitulorum, vel aliorum, aut aliàs pertinentibus) quæ in antea in mensibus Februarij, Aprilis, Iunij,Augusti, Octobris, & Decembris, extra curiam ipsam vacare contigerit,(dummodo aliàs dispo-

sitioni

sitioni Apostolicæ reseruata, vel affecta non fuerint) liberè disponendi facultatem concessit. Ac etiã voluit, vt si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorum in alijs sex mensibus, videlicet Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris, *vacaturorũ, (qua etiam dispositioni suæ, vt præfertur, reseruauit; seu etiam aliorum, dispositioni suæ, & dictæ Sedis aliàs quomodolibet reseruatorum, vel affectorum, sese intromiserint, aut quominus prouisiones, & gratiæ Sanctitatis Suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquo modo præstiterint, vsu, & beneficio prædictæ facultatis eo ipso priuati existant, ac collationes, & aliæ dispositiones de beneficijs, illius prætextu deinceps faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti.*

24 *Illi verò, qui gratiã alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationẽ huiusmodi per patẽtes literis manu propria subscriptas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque ciuitate, vel diœcesi datas, declarare, & literas ipsas huc ad Datarium Sanctitatis Suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea vti incipiãt gratia supradicta. Decernens sic in præmissis omnibus per quoscũque, &c. iudicari debere, ac irritum, &c.*]

Ex his vt arbitror clarè colligit quinam dicantur Menses Ordinarij, quiuè Papales.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Mensis habet XXX. dies, & incipit à media nocte antecedentis Mensis, sed computatur secundum Calendarium.

1 Vidimus, qui menses sint Papales, quiuè Episcopales; nunc dubitatur 1. quando incipiat mensis. Concludamus cum Garz. *de benef. p.2.c.1.n.523.* quod incipit à media nocte antecedente primam diem mensis, *per l. more Romano 8. ff. de fer.* & XXX. dies
2 continere deberet,† quia Luna tot diebus remoratur in circuitu Solis, & ad suas vices redit, cursumq; conficit, vt benè obseruat D. Barbosa *de potest. Epis. p.2. alleg. 58.*
3 *n.8.*† sic enim accipiendi sunt mẽses, vbi absolutè sit mentio de
4 mẽse;† dicamus nihilominus quod erit computandus Mensis secundũ Calendarium, & prout occurrunt, & iacent per circulum anni *Barbosa ibid. num.9.*

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Alternatiua acceptata in aliquo mense alternato Apostolico, nõ intrat, nisi toto mense finito; secus si in mense ordinario, quales semper sunt Iunius, & December, *& dicũtur menses fixi: latissimè traditur materia* Alternatiuæ.

1 Dubitatur secundò an si Episcopus acceptet Alternatiuam

vam in aliquo Mense Alternato. Verbi gratia 2. *Februarij*, gaudeat Alternatiua. in Beneficijs, quæ cõtingant vacare in eo mẽse, in quo acceptauit Alternatiuã. Pulchrum est dubium, & practicabile; quo circa non pigebit, quæ magis practicabilia, & necessaria vidi *de Alternatiuis*, huc etiam de verbo, referre, remittendo in reliquis pium lectorem ad doctissimum, & vberrimum tractatum D. Hier. Gonz. super Reg. 8. tanquam ad perennẽ fontẽ pro qua D. August. Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 53. *n.* 38. constituit regulam, nimirum, vt alternatiua recepta in Dataria in aliquo mense alternato Apostolico, nõ incipiat illius vsus,

2 nisi toto peracto mẽse; † secus tamen si in mense ordinario, quales semper sunt *Iunius*, *& December*, & ratio secundum illum *n.* 4. est quia Papæ preiudicari non potest;

3 quippè qui † facultatem habet ordinarius ex concessione Papę quãdocumque petere alternatiuam, & se declarare, velle ea vti, ac proinde potest anticipare mensem.

4 Verumtamen postquam habemus elegantissimas, & elaboratissimas Sac. Rot. decis. vnam videlicet *in vna Papien. Beneficij.* 10. *April.* 1617. *corã R.P.D. Martino Andr. apud ipsum D. Barbosam d. alleg.* 53. *n.* 45. aliam *in vna Salamant. Beneficij de Almenara.* 26. *Iun.* 1605. *corã R.P.D. Mãzaned.* ideò huc operæpretiũ duxi huiusmodi decis. ambas de verbo referre, siquidẽ adducũt plenissimè omnia, quæ in hac materia desiderari possunt, miroq. modo ea discutiũt.

Decisio itaque in d. Papien. est.

5 P*Ræsupposito, quod Episcopus Papien. esset in possessione conferendi beneficia sua Diœcesis vigore alternatiuæ acceptatæ, & quod fuerit absens à sua Diœcesi, per aliquot mẽses, & in principio mensis* Aprilis; *quodq. ad eã rediuerit die* 10. *vel* 11. *d. Mensis* 1615. *& quod* 14. *eiusdem* Aprilis *extr. Rom. Cur. vacauerit beneficium simplex Canonicatus nuncupat. Plebis Cairi Papien. Diœc. Episcopo iã residente: & præsupposita prouisione Apostolica d. Beneficij vigore* Reg. 8. *facta in personam Io. Bapt. Naldini: & præsupposita Prouisione ordinarij eiusdem Beneficij facta vigore dictæ Alternatiuæ in personam Ludouici Somasci.*

Fuit, me proponente, dubitatum, An collatio huiusmodi beneficij spectauerit ad Papam, vel ad Episcopum? *Quo dubio sæpius proposito, & maturè discusso, tandem* sub die 10. Aprilis 1617. Rota *censuit collationem spectasse ad Papam.*

6 *Ratio decisionis fuit, quia licet beneficium vacauerit in mense* Aprilis, *Episcopo tunc residente, qui mensis vigore Alternatiuæ spectat ad Ordinarium, Attamen, cum Episcopus in principio mensis fuerit absens, cessauit commodum alternatiuæ ad eius fauorem, & fuit acquisitum ius Papæ, ita vt totus mensis fuerit ei reseruatus, vt per bonas rationes fuit firmatum* in decisione Fauentina Canonicatus. 16. Decembris 1585. coram bo. me. Card.

N Blan-

Blanchetto, quam Rota *sequuta fuit inconcusse in pluribus causis, & signanter in* Eluen. beneficij, 22. Maij 1599. coram Illustriss. Mellino. & in eadem 30. Octobris 1601. coram Illustriss. Ludouisio, & Segobien. beneficij 26. Martij 1604. coram bo. me. Iusto, *prout latius, ac plenius examinato articulo eandem decisionem approbauit* in Salamantina beneficiorum de Almenara 20. Iunij 1605. corã R.P.D. meo Manzanedo, *& ab ea non recessit, immò expresse confirmauit* in Sulmonen. Alternatiuæ 14. Maij 1610. coram Illustriss. Lãcillotto, *quicquid in hac vltima tota vis tormentorum ad euertendam illam primam tot propugnaculis septam, ac munitam, per informantes pro Somasco fuerit constituta.*

7 *Quod autem mensis Aprilis fuerit reseruatus ab initio, visum fuit, non posse dubitari. Quia regula 8. habet duas partes: In prima Papa reseruat sibi octo menses, quorum vnus est Aprilis ad effectum conferendi beneficia in eis vacantia vt patet ex rubrica, quæ sic cantat,* Reseruatio mensiũ Apostolicorum, *& cũ habeat orationem perfectam, etiamsi non incipiat per VT, vel per NE, dicitur continere ius commune, & potest allegari ad decisionẽ causarum*, Felin. in princ. rubr. vt lit. non cõtest. Euerard. in loco à rub. num. 3. vers. immo quod plus est,

8 † *adeo quod Papa licet in nigro reseruet sua dispositioni omnia beneficia in singulis dd. octo mensium, vacatura, atque ita reseruet beneficia, & non menses, attamen, ex quo rubrum est generalius nigro, debet illũ ampliare, vt sic nõ solum beneficia, sed etiam menses Papa reseruare voluerit*, glos. in l. 1. & ibi Bar. C. de c. ciuex. lib. 11. *cũ alijs per* Euerar. *vbi supr.* n. 11. vers. quid autem è contra, *& in nostris terminis quod regula de octo sit reseruatoria mensiũ, tradit* Put. dec. 53. lib. 2. idem dec. 149. nu. 3. & decis. 507. per tot. eodẽ lib. Achill. decis. 1. super reg. reser. 8. mens. *& pro indubitato tenuit* Rot. in illa Fauentina, *& alijs vbi*

9 *supra.* † *In secunda vero parte* in vers. insuper, *Papa concedit Episcopis facultatẽ conferendi in sex mensibus alternatis,* quandiu apud suas ecclesias, aut diœceses resederint, *nõ obstãte reseruatione, quæ reseruatio nõ tollitur per concessionem alternatiuæ, sed alternatiua operatur, vt Ordinarius possit conferre in mẽse reseruato, remanente natura ipsius reseruationis, quæ propterea non cessat, iuxta* dec. Cassad. 8. n. 10. de præb. *quã in istis terminis sequuta fuit* Rot. in Tuden. Canonicatus 21. Aprilis 1570. *coram* bo. mem. Card. Lancellotto Seniore, & in Oueten. beneficij 30. Iulij 1610. *coram* Reuerendiss. D. mẽo Decano. *Et quod reseruatio non tollatur per alternatiuam Episcopo cõcessam, & ab eo acceptatam, fuit sine difficultate resolutum* in Eluen. beneficij S. Saluatoris 30. Octobris 1602. *coram* Illustriss. Ludouisio.

10 *Hinc Domini inferebãt,† quod non residente Episcopo in aliquo ex quatuor mensibus sibi à Papa mutua-*

mutuatis, si contingat casus vacationis, Papa non confert iure devoluto, sed ex titulo primæuo reseruationis. Quia cũ dicta alternatiua non tollat reseruationem, sed illa remanente aperiat viam prouidendi de reseruatis, sub illa tamen cõditione, & qualitate residendi, cessante residentia, cessat effectus alternatiuæ, & consequẽter nõ intrat deuolutio, sed reser-
11 *uatio. † Quia semel reseruatum semper durat reseruatum, vt in puncto arguit* Cassad. *vbi supra,*
12 *&* Rota in illa Oueten. † *Quod etiam comprobatur ex stylo Cancellariæ, quæ in casu isto dat expeditionem tanquam de reseruato vigore reseruationis octo mensiũ, vt in fide Reuerendiss. DD. Abbreuiatorũ de Parco maiori, qui stylus in hac materia attendendus est, cum declaret mentem Papæ,* Cassad. decis. 2. nu. 4. vers. & iste stylus, & decis. 3. nu. 3. ad fin. vers. pro qua interpretatione, de reser. Mandos. in prohem. reg. quæst. 2. n. 3. *& fuit dictum* in Iuuenecen. Archipresbyteratus. 26. Iunij 1591 *coram* bo. me. Card. Pamphilio *vbi quod stante cõmuni cursu, & stylo Cancellariæ cessat omnis difficultas, & in proposito etiam fuit consideratũ* in Paduana Prior. 18. Maij 1611. cor. R. P. D. meo Pirou.
13 *Nec placuit responsio ad* decis. Cassad. & Rot. in illa Tuden. *quod loquantur retenta opinione antiqua, nempè quod alternatiua esset simplex remotio obstaculi, non secundum opinionem modernam, quod excedat simplices terminos remotionis obstaculi, & per eam dicatur initus quidam permutationis contractus inter Papam, & Episcopum, de qua latè* in d. Sulmonen. alternatiuæ coram Illustriss. Lancellotto, *Quia, antiquo tempore vigebat eadem opinio, quod alternatiua non esset mera & simplex remotio obstaculi, sed quasi contractus, eo quod tunc, prout hodie, fiebat hæc mensium permutatio inter Papam, & Episcopum,* Mohed. decis. 3. n. 1. de rescript. Achill. decis. 2. super reg. modif. indul. Put. decis. 88. l. 3. *per quas decis. debent declarari, & cũ eis concordari aliæ, quæ dicunt gratiam alternatiuæ esse remotionem obstaculi causati per reseruationem octo mensium* ad tex. in l nõ est nouum cum duabus seqq. ff. de legib, & c. cum expediat. de elect. in 6. *& in terminis fuit dictum* in eadem Sulmonen.

14 *Præterea aliqui ex DD. censebant multum referre quid veniat in huiusmodi contractu permutationis, quia licet Papa ex octo mẽsibus reseruatis concedat Episcopo quatuor, & vice versa Episcopus de suis quatuor dimittat Papæ duos, illa tamen concessio de reseruatis non fit quoad proprietatem; sed solum (vt ita dixerim) quo ad vsumfructum, proprietate scilicet remanente penes Papam, ita ut illi quatuor menses propriè dicantur ipsius Papæ,* l. rectè dicimus. ff. de verb. sign. *vbi Iurisconsultus ait, rectè dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiam cuius vsusfructus alienus est,* l. Mæuius, §. penult. ff. de leg. 2. glos. in l. 4. ff. de vsufruct. Bart. & Doct. in l.

 qui

qui vſumfructum, ff.de verb.oblig. Pinel.in l.1.p.3.nu.4. verſ.atq; ita,
15 C.de bon. mater.†*Et vt proprius loquamur, Papa non concedit menſes Epiſcopo, ſed facultatem conferendi in menſibus, & hæc dicitur alternatiua, quæ quoad proprietatem ſpectat ad Epiſcopū, quoad vſum verò*, quandiu reſederit, *vt ſunt verba expreſſa regulæ, & diſtinxit* Rot.in illa Sulm.

16 *Quãuis igitur* in d.dec. Mohed. 3.de reſcript. *& in aliquibus tam antiquis, quàm modernis* deciſ. *& in ipſa eadē* Sulmon. *dicatur fieri hanc menſium permutationem, & vulgo menſes alternati pro Epiſcopo dicantur Ordinarij, hoc tamen nō propriè, & reſtrictiuè, ſed largè, & demonſtratiuè accipiendum eſt, quod non mirum videri debet, cum ipſæ etiam leges, & antiqui Iuriſconſulti proprietatis amatores impropriè, & abuſiuè, hac vt Græci dicunt καταχρηστικῶς aliquando fuerint locuti* Vlpian. in l.2.§.2.ff.quemad.teſtam. aper. Teſtamentum (*inquit*) propriè illud dicitur quod iure perfectum eſt, ſed abuſiuè teſtamenta quoque appellamus ea, quę falſa ſunt, vel iniuſta, vel irrita, vel rupta, Iulian. in l fideiuſſor obligati §.fideiuſſor. ff.de fideiuſſor. *Nam licet minus propriè debere dicantur naturales debitores, per abuſionem intelligi poſſunt debitores, &c.* Papin. in l. inter liberas, ff.ad l.Iul.de adult. *vt in Florentino rectius, quam in Norico. Lex ſtuprum, & adulterium promiſcuè, & καταχρηστικώ-*
17 *τερον appellat,* †*ſed propriè adulterium in nupta, ſtuprum verò in virginem, viduamuè cõmittitur*, Caius in l.licet 58.ff.de verb. ſign. *licet inter geſta, & facta videatur eſſe quædam ſubtilis differentia. Attamē καταχρηστικῶς, id eſt abuſiuè nihil inter factum, & geſtū intereſt, vbi rectè declarant* Alciat.& Rebuff. *idem* Alciat. lib. 1. diſpunct.c.16. Budæ, & Cuiac.in
18 d.l.inter liberas, ff.de adult.† *ergo non oportet ſyllabas aucupari, neque deciſionū verba captare, ſed qua mente quid dicatur in eis animaduertere*, l.penult.ff.ad exhib.l.ſcire leges. ff. de legib. c. in-
19 telligentia, de verb.ſignif.† *Mens itaque & ſenſus illarum deciſ. & vſus loquendi eſt, quod menſes quatuor alternati, quos accipit Epiſcopus, ſunt & remanent Papæ quoad proprietatem, nō quoad vſum durante reſidentia Epiſcopi, non tamen vſus menſium eſt Epiſcopi, ſed vſus alternatiuæ, id eſt facultatis conferendi limitatiuè*, quãdiu reſederit, *proprietate alternatiuæ in abſentia penes ipſum remanente.*

20 *Hinc facilè videbatur poſſe euitari alia omnia, quæ tanquam deciſa allegabantur in* d. deciſ. Sulmon. *nempè quod à reſeruatione octo menſium fuit receſſum per acceptationem alternatiuæ, neque ad eam ſit reditus ob non reſidentiā, quia nō diſſoluitur permutatio facta in acceptatione alternatiuæ, ſed tantū ſuſpenditur illius vſus, abſentia durante, illa enim deciſio non negat, quin ſtante acceptatione alternatiuæ duret reſeruatio 8.menſiū* vt in d.dec. Caſſ. 8.de præb.& ind. Tuden. & Oueten.

ſed

sed tantum dicit, quod per absentiam Episcopi nõ dissoluitur permutatio, quid autem fuerit permutatum, & quomodo hoc intelligatur, patet ex prædictis.

21 *Non obstat* eadem decis. Sulmon. *dum in ea dicitur, quod durante absentia Episcopi suspenditur vsus alternatiuæ, quasi quod reuertente Episcopo, statim vsus recuperetur, ex illa dictione,* quãdiu, *& alijs allegatis hic per informãtes. Quia principalis articulus in ea decisus fuit, an Episcopus amittat alternatiuam per discessum à sua Diœcesi ita quod redeat ad suos quatuor menses, & possit conferre beneficia vacantia in* Martij, & Septembris, *& fuit decisum, quod non, in hoc recedendo* à decis. bo. me. Cantuc. *sed an rediens in aliquo ex dictis mẽsibus, & alijs alternatis, postquam ille mensis inceperat spectare ad Papam vigore* reg. 8. *possit conferre beneficia post eius reditum vacãtia in dicto mense, hoc ibi non discutitur, imò nec tangitur. Et licet ratio, de qua supra inferat, quod redeunte Episcopo, & sic cessante causa suspensionis vsus alternatiuæ, cesset effectus suspensionis,* ad reg. cessante causa, *cum tamen ex deductis* in illa Fauent. *& alijs supra allegatis fuerit ab initio acquisitum ius Papæ in illo mense integraliter, & nõ per dies mẽsis, intrat limitatio, quod cessãte causa, non cessat illius effectus, vbi ius tã fuit quæsitum alteri ex causa existentiæ. Nã licet illa postea deficiat, ius tamẽ illud quæsitũ retinetur,* Io. And. in reg. decet, n. 5. ad fin. vers. & idem in similibus, de reg. iur. in 6. Tiraquel. in tractat. cessan. caus. limit. 11. n. 1. & 2.

22 *Nec obstat, quod hoc modo Episcopus ageret noua acceptatione alternatiuæ, quod esset contra eãdem Sulmon. Quia cũ per absentiã, Episcopus nõ amittat proprietatẽ alternatiuæ, sed solum suspẽdatur illius vsus,* vt in eadem decis. *& Papa habet ius quæsitũ in illo mẽse, resultat quod finito mẽse absq; alia noua acceptatione intret vsus alternatiuæ, vt in simili, qui habet indultũ percipiendi fructus beneficiorũ primi anni vacãtium vsq; ad quinquenniũ, si alicui de speciali priuilegio fructus d. primi anni debeantur, licet nõ possit gaudere fructibus primi anni, in quibus alteri est ius quæsitũ, non propterea amittit indultũ, sed eo vti poterit in fruct. anni sequẽtis* gl. fi. in c. si propter, in 2. intellectu, vers. alij dicunt. & ibidẽ. Butr. n. 4. & 11. vers. ista ratio, de rescr. in 6.

23 *Hinc cessare dicebãt aliud obiectũ, quod si Episcopus non gauderet vsu alternatiuæ statim eius post reditum, contractus diceretur claudicare, atq; ita, vel standum esset alternatiuæ in totũ, vel ab ea recedendum,* l. Iulianus. §. si quis colludẽte, ibi, aut stetur emptioni, aut discedatur. ff. de act. empt. Quia hoc obiectũ fuit sublatum in d. decis. Sulmonen. *vbi traditur ratio diuersitatis inter reseruationem in octo mensium, quæ est pura, & inter eius limitationem ad fauorem Ordinariorum, cum qualitate residendi, qua stante diuersitate, & quod propter absentiam*

Episcopi fuit acquisitum ius Papa in illo mense integrali statim à principio, vt dictum fuit, contractus non dicitur claudicare, nec Episcopus ab eo potest recedere, vt fuit firmatum in d. decis. vltrà quod non est inconueniens, vt contractus possit claudicare, vbi adest ratio diuersitatis, glos. & Castrens. in d. §. si quis colludente, Cagnol. in l singularia, nu. 160. & seq. ff. si cert. pet. Sur. decis. 187. nu. 11. vers. propterea.

24 *Non etiam obstare videbatur, quod secunda reseruatio sex mensium, de qua in regula, sit superflua si prima non tollitur per alternatiuam. Quia haec secūda fuit apposita ad reseruandum expressè duos menses, scilicet* Martij, & Septēbris, *quos Papa ex quatuor Ordinarijs capit ad tollendā difficultatem, quæ posset oriri, An sine dicta secunda reseruatione illi dici possent reseruati, vt constat* ex decis. Put. 492. & 507. lib. 2. & decis. 4. p. 3. lib. 1. diuers. & dec. 21. ead. par. 3. lib. 2. *ibi enim alternatiua fuerat concessa Episcopo pro solitis sex mensibus, & dubitabatur, an in alijs sex Papa censeretur reseruasse collationem beneficiorum, & fuit dictum, quod sic, eo quod tunc aderat regula reseruatoria octo mensium ex quo apparebat, quod ex illis sex mensibus Episcopo cōcessis, Papa voluit impedimentum remouere, & licet* Martius, & September *non essent de illis octo; nihilominus quia in alternatiua dicebatur* (ita tamen vt facultate Ordinarij concessa non vtaris) *hinc apparebat mens Pōtificis, quod Episcopus in quatuor mensibus Ordinarijs concessis non conferret, atque ita quod* Martius, & September *essent reseruati.; illa igitur verba regulæ* (quæ etiam dispositioni suæ, vt præfertur, reseruauit) *non inducūt nouam reseruationē respectu quatuor mensium, quos Papa sibi retinet in cōcessione alternatiua, & sunt reseruati in prima parte regulæ, vt ostendunt illa verba* (etiā vt præfertur) *secundum vnū intellectum, vt referantur ad primam partem, sed bene eam inducunt respectu duorum mensium, quos capit ex quatuor Ordinarijs, & non erant in prima parte comprehensi, & idem secundum aliū intellectum, quem tenet.* Modern. ibi glos. 54. n. 1. & 5. vers. hinc sunt apposita, *nēpe quod illa verba* (vt præfertur reseruauit) *præsupponant anteriorem reseruationem sex mensiū, quæ expressa non fuerat, sed dumtaxat tacita, eo ipso quod alij sex menses fuerunt Ordinarijs concessi. Qui tamen secūdus intellectus potest procedere quoad* Martiū, & Septembrē, *qui non fuerāt expressi in prima parte regulæ, sed nō quoad alios quatuor in dicta prima parte expressè reseruatos, & quorum respectu non fuit sublatum impedimentū, vt sunt expressa illa decis.* Put. *& alia, quæ se fundant in ista expressa reseruatione, priore, denique sensum tenuit. Rot. in d. dec.* Sulmonen. in fine, *dum dixit, quod Papa in secunda parte concessionis alternatiuæ reseruat sibi alios sex menses, vt præfertur, scilicet*

modo

modo, quo supra in regula sibi purè reseruauit.

25 *Nec etiam mouit Dominos illa ratio quod si verum esset, quod alternatiua sit remotio obstaculi in hunc sensum, vt aperiat facultatē de reseruatis, firma remanente proprietate reseruationis, vt supradictum fuit, sequeretur, quod cum ex mensibus alternatis ad fauorem Episcopi aliqui sint de Apostolicis effecti Ordinarij, vt* Februarius, Aprilis, Augustus, & October, *alij verò duo nempè* Iunius & December *sint ipsius Ordinarij vigore regula de octo, quos fixos appellamus, alternatiua esset remotio obstaculi præfato modo quantum ad menses ex Apostolicis effectos Ordinarios, quo verò ad menses fixos, non esset remotio & tamē sub eadem forma, & ijsdē verbis conceditur facultas conferendi Ordinarijs, in fixis atque in Apostolicis Ordinarijs effectis, sicque vna, & eadem forma verborum concepta diuerso iure censeretur, & eadem concessio alternatiua, & acceptatio quoad duos menses, quos Papa capit erit contractus,* vt in dec. Sulmon. *Quoad duos alios autem fixos, non erit. Quia primò fuit responsum, quod cum principalis intētio contrahētium fuerit, remouere obstacula modo, quo supra, & inuicem permutare menses, & si non omnes permutentur, & obstacula ex omnibus nō remoueātur; nihilomin. alternatiua in omnibus sex mēsibus erit remotio obstaculi, & contractus permutationis, vt declarat* Bart. in l. Arist. n. 2. ff. de donat. Abb. in c. quæstiones, nu. 4. de rer. permut. Tiraq. de retr. lign. §. 30. gl. 1. n. 2. Couar. l. 2. variar. c. 4. n. 8. Pinell. in l. 2. p. 2. rub. n. 1. Cod. de resc. vend. *& in terminis quod alternatiua sit remotio impedimēti quoad illos sex menses Ordinarij tradit* Put. dec. 507. n. 1. in fi. lib. 2. *aliàs* decis. 495. in princ. vers. nam

26 præsupponebantur in nou. † *Secūdò fuit dictum, quod licet Episcopus dimittat Papæ tantum duos menses, & retineat duos ex suis Ordinarijs, attamen recipit quatuor ex Apostolicis, & sic propter illum maiorē numerū tota alternatiua dicitur remotio obstaculi,* & *permutatio,* arg. tex. in l. quæritur, ff. de stat. homin. & in c. quod in dubijs, de consec. Eccl. vel Alt. *sicq; tradunt* Butr. Abb. & *cæteri vbi supra.*

27 † *Tertiò fuit responsū quoad istos duos menses fixos, nullā posse considerari reseruationem ex quo neque in prima parte regulæ, neque in secunda Papa eos reseruat.*

28 *Nec transit sine dubio an Episcopus absens possit conferre in dd. duobus mensibus, & negatiuā late defendit* Gonzal. in reg. 8. gl. 43. n. 121. vers. ex aduerso, *& licet ab ea recedat* Garz. de benef. 5. p. c. 1. n. 506. in fin. *vbi subdit ita videri communi sensu, & praxi receptū, quod etiam innuere videtur illa* dec. Sulmonen. *quidquid tamen sit de hoc articulo, nō est incōueniēs, quod diuersis respectibus vna, & eadem res diuerso iure censeatur* gl. in c. cū Capella, *vbi alij scriben. & in specie* Butr. n. 7. Anch. n. 3. in 4. not. Abb. n. 5. in fin. de priuil. Tiraq. de nobilit. c. 28. n. 12.

29 *Nec obstat, quod in dicta* Fauentina, *ideo* Rota *censuerit dictionē*, quamdiu *esse appositam mensi integrali, ne fiat fraus Papæ in duobus mensibus permutatis, quod cū hodie cesset propter d.* Sulmonen. *sequitur cessare quoque prædictā resolutionem. Quia, vt apparet ex* dict. decis. Fauentin. *ea non tā fundatur in præsumpta fraude, quā in eo, quod dictio,* quamdiu *est apposita mensi integraliter, quod fūdamentum late fuit comprobatū in illa* Salamantina beneficij *corā* R.P.D. meo Manzanedo, *in qua nulla cadebat fraus, neque illius præsumptio, vltra quod hodie etiā potest habere locum fraus, possent enim Episcopi cōtinue extra diœcesim vagari, nempe in mensibus Apostolicis, eo quod in eis beneficia conferre non possunt; in suis vero mensibus redire, dumtaxat quando imminet vacatio alicuius beneficij, propter instantem infirmitatem beneficiati, illa verò sequuta, & collatione facta, statim à diœcesi recedere, & iterum ad eā redire, instante aliqua alia simili vacatione, & denuo se absentare, & sic residentiam facere momentaneam contra omnem iuris intellectum, & mentem Papæ, qui concessit alternatiuam Episcopis, vt eos ad residendum inuitaret, ita vt contrarium operaretur, vt fuit consideratum in* dicta Fauentina, *& post eam in* dicta Sulmonen. *Et quando hæc ratio cessaret, quæ tamen non cessat, aliæ etiam concurrunt, scilicet distributio mensium integraliter, & non per dies, neque per horas, ac momenta, ad euitandam confusionem, quæ daretur in computatione momentorum & ne ius Sedis Apostolicæ sit in incerto, vt fuit quoque animaduersum in causa* Vicen. Præceptoriæ 4. Decembris 1592. coram bon. mem. Card. Blanchetto, & in eadem Sulmonen. *ac propterea non debet cessare dicta resolutio in causa* Fauentina iuxta regulam §. affinitatis, vbi not. Doct. instit. de nupt. cum alijs per Tiraquell. in tract. cessan. caus. limit. 22.

30 *Non obstat responsio ad eandē decisionem in causa* Fauentina, *quod ibi ageretur de vacatione in mense Septembris, qui erat alternatus ad fauorem Papæ, & eodem modo in* d. Salamātin. de Almenara, *acceptatio alternatiuæ erat recepta, & recognita in Dataria incapto mēse Augusti, qui erat Apostolicus, & sic bene intrabat ratio in vtraque decisione, quod quia mēsis à principio erat captus Apostolicus vsque ad finem durauit talis, at in nostro casu mēsis Aprilis est alternatus pro Episcopo, & sic non fuit captus Apostolicus, vnde non potest durare talis, hæc enim diuersitas non tollit fundamētum illarum decis. & manifestum continet æquiuocum. Illæ enim decis. eam rationem habent, quod menses sunt integrales, & propterea cū ab initio mensis fuerit acquisitum ius Papæ, semper ille mensis remanet reseruatus sicuti beneficium, semel affectum. Quæ ratio æq; militat in mense* Aprilis, *qui, vt supra dixi etiam stante alternatiua remanet Apostolicus,*

stolicus, & reseruatus, sed illius tamen vsus impeditus, quamdiu Episcopus resederit. Vnde cum per absentiam Episcopi ab intio Papa acquisierit ius in illo mense, & ille sit integralis, etiamsi in medio redierit Episcopus non propterea desinit esse reseruatus, & quidem ad istum effectum parum interest, in quo mense absentia Episcopi contigerit, dummodo in principio mēsis illa fiat, quia siue ille mensis sit de illis, quos Papa sibi retinet, siue de alijs, quos Ordinario dat, & in principio Ordinarius recedit, semper ille mensis intrat Apostolicus.

31. *Vnde etiam cessat, quod si vacatio contingeret de mense* Martij, vel Septēbris *Episcopo non residente Papa cōferret, sed non vigore regulæ, quia isti duo menses non sunt ex octo reseruatis, & sic dici non potest, quod mensis effectus Apostolicus duret Apostolicus. Quia licet dd. duo menses non sint reseruati per primā partem reg. tamē sūt reseruati per secūdā, vt præfertur, idest eodem modo, quo in prima. Et ideo in rubr. non dicitur restrictiuè* reseruatio octo mensium Apostolicorum, *sed absolutè, & indefinite,* reseruatio mēsium Apostolicorum, *vt indicet, & designet omnes menses Apostolicos in ea reseruatos: indefinita enim æquipollēt vniuersali,* c. quia circa, de priuileg. *Vnde sequitur necessario, quod acceptata alternatiua, siue Episcopus resideat in istis duobus mensibus Papa cōfert vigore regulæ, vt fuit etiam dictum in* eadem Sulmonen.

32 *Postremo non obstat quod articulum hunc ex professo disputāt & resoluunt pro Episcopo,* Gonz. d.reg.8.gl.43.n.142. & seq. Garz. de benef. par.5.c.1.§.12. à n. 692. vsque ad 699. *Quia si auctoritatē spectemus, Rotæ auctoritas se ipsam ostendit, si verò rationem, sine qua illa nihil dijudicare solet, in* eadem Fauetina, & Salamantina *expressæ rationes è medio iuris prudentia deriuantur, & adductis in contrarium præponderant, solū superest ad omissa, & ex eisdē auctorib. mō repetita, satisfacere.*

32 *Non igitur obstat inconueniēs, quod si esset necessaria integra residentia totius mensis sequeretur, quod omnes collationes factæ in mense Ordinario in principio, & in medio per Episcopum residentē in illo, postea in fine recedētē, corruerent. Quia cum prouisio fuerit de tempore habili, & sic legitimè facta, ex eo quod postea Episcopus discesserit à diœcesi, non corruit ēt quod cesset qualitas residentiæ requisitæ iuxta regulam* factum legitimè, de reg. iur. in 6. l. in ambigulis. §. non est nouum, ff. eod. Tiraq. in tract. cess. caus. lim. 4. & 12.

33 *Nec obstat aliud inconueniēs, quod si principium mēsis esset attendendū, itaut talis duret, qualis cœpit esse, resultaret, quod posset Episcopus in principio residere, & postea recedere, & absēs gaudere alternatiua in reliqua parte mēsis, ne partim esset Ordinar. partim* Apost. *Quia Episcopū nō sufficit habere alternatiuā, sed vlterius requiritur, quod resideat, vt ea vti possit. Et ideo cū tempore vacationis cesset*

cesset qualitas residentia, cessare quoq; debet priuilegiũ alternatiua, l. athletæ, §. 1. & l. idẽ Vlpianus, ff. de excus. tut. l. Titia Seio. §. vsuras, *vbi* gl. & Doct. ff. de leg. 2. cum alijs per Tiraq. *vbi supra* in 1. par. num. 203. *Ex quibus ita conclusum fuit collationem spectasse ad Papam*.

35 Altera decis. coram Reuerendiss. Manzanedo, quam scriptis exaratam reliquit Farin. inter decis. à se collectas *decis.* 144. *p.* 2. *nouiss.* est talis.

Acceptata Alternatiua Salamãtica à D. Episcopo. 6. Iulij 1605. quoad Diœcesim, non verò quoad Ecclesiam, & recepta, recognitaq. in Dateria d. acceptatione die 18. Augusti eiusdem anni, euenit obitùs q. Didaci. 19. eiusdem mensis Augusti, per quem vacauit beneficium, de quo agitur, & de illo D. Rodericus à Papa 7. Octobris, & D. Franciscus ab Episcopo. 29. Septembris illiusmet anni fuerunt prouisi, vndè ortum fuit dubium, An collatio huius beneficij spectauerit ad Papam, vel ad Episcopum.

36 *Et DD. censuere, ad Papam prædictam collationem spectasse, moti illo potissimum fundamento quod d. Mensis Augusti, in sui principio per regulam 8. fuerit Apost. & reseruatus, & ita debuerit reputari, vsque ad illius finẽ; & gratiã Alternatiua loquutam de mense integrali, non verò de singulis illius diebus, vt tenuit Rota* in vna Fauent. Canonicatus. 16. Decembris 1585. coram Illustrissimo Blanchetto, arg. text. in l. eum, qui ædes. ff. de vsucap.

37 *Tum etiam quia d. reg. 8. reseruans 8. menses dispositioni Apostolica, illos proprio nomine designat quo casu quilibet eorum debet cõputari à media nocte vltima mẽsis proximè præcedentis, vsque ad mediam noctem vltimam mensis, de quo agitur*, ad tex. in l. more Romano. ff. de fer. not. Bal in l. eos. §. fin autẽ. n. 7. vers. dixi superius. ff. de appell. & melius Rebuff. de Collat. §. præfatiq. Ordinarij ver. subsequentibus mensibus, & tract.

38 de nominat. q. 161. n. 2. † *quod secus esset in mensibus hoc nomine appellatiuo* Mensis *nominatis, quo casu à die termini fieret computatio, ita vt si terminus vnius mensis die* 20. *Aprilis, finiretur* 20. *Maij*, ad glos. notab. in c. quam sit. de elect. in 6. & not. Bald. vbi supra, & latè Card. in c. licet. de sup. neg. præl. Rebuff. vbi supra de collat. d. verbo sequẽt. mensibus, & in tit. de form. mand. apostol. ver. post mensem vers. quomodo computetur hic mensis, vbi plures DD. allegat, tradit Guil. Mandagot. in tract. de elect. c. 5. per tot. & ibi in addit. latissimè Boer. recitans quàm plures huius sententiæ Doctores de hac materia differentes. *Vnde* cum d. Reg. 8. *disponat de mensibus proprio nomine designatis, necessariò computandi erunt ab initio vniuscuiusque mensis, vsque ad illius finem.*

39 *Vlterius, quia prout domus dicitur totum integrale constans ex fundamentis parietibus, & tectis*, ad not. per Bart. in l. qui vsumfructum. num. 3. ff. de verb. obligat. *ita*

ita hic mensis proprio nomine designatus dicitur quoddam totum integrale, ex suis partibus, nempè diebus constans; potissimè ex Conan. commentar. iur. ciuil. lib. 8. c.4. n.1. ver. totum autem; *illud dicitur totum, quod vnum, & continuum est*, & vt not. Chassanæus in consuetud. Burgund. §. 1. vers. aduerte; totum dicitur prout est vnum integrale & ex partibus integralibus consistens, *& Rebuff.* in l. nominis. 6. de verb. signif. vers. totum autem illud dicitur totum integrum quod vnam respicit rem: *ita hic mensis Augusti dicit vnum tantum mensem, & continuum, & sic vnum totum integrum ex suis integralibus partibus, nempè diebus consistens*, † *sic*

40 *est, quod qui loquitur de domo, aut de Insula, & sic de vno toto integrali, locutus intelligitur de toto, non verò de partibus illius*, vt not. Alciat. in l. appellatione rei vers. quare si quis de domo loquatur. ff. de verb. signif. & facit tex. in d. l. eum, qui ædes de vsucap. & in l. qui vniuersas. ff. de acq possess. *quibus disponitur, quod qui Corpus integrum possidet veluti domum, non dicitur possidere partes singulas illius corporis, & ibidem redditur ratio, quia si separatim quis illas partes possideret iam totum non esset, quod intelligitur de possessione particulari singularum partium domus, vel cuiusuis totius, cuius singulas partes non dicitur singulariter possidere, sed in cōcreto, qui totũ integrale possidet* ad not. per Ang. & Scrib. in d. l. qui vniuersas.

41 *Ex quibus sequitur, quod* reg. 8. *quæ locuta est de mense* Augusti, *& sic de toto integrali, quidquid disposuit circa reseruationem literarum vacantium in illo mense, concernit, & respicit totum illum mensem integralem, cũ suis partibus in concreto, non autem concernit illius partes, nempè singulos dies, & separatim ab illo, toto, aliàs hoc totum, nēpè d. mensis cessaret, quoad dispositionem de dicto mense locutam, & intraret dispositio de singulis diebus, quod nec iura, ex supradictis, admittunt, nec* d. reg. 8. *quicquam tale dictat; quin totum contrarium.*

42 *Facit pro hac resolutione singulare responsum Vulpiani* in l.4. ff. de verb. signif. *vbi si in itinere faciendo si viginti millia passuum in singulos dies sint peragenda, ita debent accipi, ac si passus non contingant dictum numerum viginti millium; nihilominus diem integrum occupat; quod si d. passus d. numerum viginti millium, vtcumq; excedant, licet in vno tantum milliari, nihilominus integrum biduum tali itineri attribuetur; vnde licet Vulpianus videret tam milliaria passuum, quam horas diei posse diuidi, & respectu horarũ, & milliarium passuum posset respectiuè cōputatio fieri, quod magis æquũ videbatur, nihilominus prout* ibi not. Rebuff. *quia in d. computatione interdum daretur plus, interdum minus, & multa controuersiæ nascerentur, ad illas vitandas Vulpianus non admisit diuisionem diei per horas, quin voluit*

quod

quod etiamsi vnum tantum milliare passuum superesset, illud occuparet integrum diem :
43 † *& licet hac ratio decidendi adducta à Rebuff. satis conueniat responso Vulpiani; quin & nostra resolutioni, nihilominus Vulpianus* in d. l. 4. *altius cogitauit, considerauit namque initium diei, quod si dies capit occupari in itinere etiã vnico passuum milliari, ex solo illo initio diei sic occupato, voluit totum diem integrum in eodem itinere occupatum censeri, & sic non considerauit Vulpianus partes diei, nempè horas proportionales ad partes itineris per milliaria passuum diuisibiles; quin considerauit initium diei, ex quo integrum diem vocauit, & attribuit tali itineri faciendo; ita in nostra* reg. 8. *ad instar Vulpiani, Papa non considerauit partes mẽsis, ita vt si in sui initio esset Apostolicus, & reseruatus, ita integer vsque ad finem permaneret, vt etiam hac via discordiæ, & differentiæ, quæ aliàs in computatione dierum possent oriri, cessarent.*

44 *Item cum in initio* d. mensis Augusti *ius Papæ esset acquisitũ, semper ille mensis remanet reseruatus, prout fuit dictum* in d. Fauentin. *sicuti beneficium semel affectũ semper remanet affectum* ex Rot. in nou. de præb. decis. 10. & in Extrau. Pauli II. incip. Ad Rom. de præb. tradit Simoneta de reseru. q. 64. num. 7. & 8. 45 &
45 Mandos. Reg. 1. q. 5. n. 9. † *quin & si reseruatio cesset, remanet tamen affectio, quæ difficilius remouetur, ex auctoritatibus supra adductis; ex quibus infertur quod cum d. mensis in sui initio fuerit dispositioni Apostolicæ reseruatus, erunt & reseruata & affecta beneficia in eodem mense vacatura, ita vt licet gratia alternatiua fuerit acceptata ab Episcopo, quin & recognita in Dataria* 8. Augusti *nihilominus beneficia post dictam recognitionem in eodem mense vacantia, sunt, & remanent Papæ reseruata, & affecta, & non comprehenduntur sub dicta gratia alternatiua ex supradictis, & verbis eiusdem gratiæ ibi* dummodo aliàs dispositioni Apost. reseruata, vel affecta non fuerint *expressè Pontifex declarauit suam mentem nullatenus esse concedere Episcopis sub dicta gratia alternatiua beneficia semel Apostolicæ dispositioni reseruata, aut affecta.*

46 *Non obstant verba eiusdem* reg. 8. ibi quibus receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea, vt incipiant gratia supradicta, *quasi illis detur intelligi à die recognitionis facta, ex vi dictionis* tunc *denotantis temporis extremitatem* ad text. in l. 4. §. fi. de cond. & demonstr.

47 *Quia respondetur dictionem* tunc *non semper extremitatem temporis significare; quin diuersimodè in iure accipi*, vt not. Cassador. decis. 1. num. 3. de testam. *& latè Rebuff.* in l. mulieris appellatione. §. detinere, à vers. tunc *idest* eo casu cum seq. ff. de verb. signif. & Mandos. cons. 51. n. 19. cum seq. *& cum ex tot iuribus, & rationibus supra relatis, & ex* gra-

*grauissima Rotæ auctoritate, quin, & ex mente Pontificis cognita, ex verbis eiusdem reg. 8. constet, in ea de mẽsibus integralibus, nõ verò de singulis illorum diebus dispositũ fuisse, non est rationi consonũ, vt ex vnica hac dictione,*tunc, *quæ ita variè assumi potest, prædictum verum huius regulæ intellectum destruere vellimus, potissimè cũ dictio* tũc *significet temporis extremitatẽ, solummodo quando ad tempus refertur* prout in d. l. 4. §. fi. ff. de condit. & demonstr. *vbi cum ad extremum quinquennij referatur significat extremitatem d. quinquennij*, vt tenet Rebuff. vbi supra ver. aliquando refertur ver. seq.

48 *Tũ etiã quia dictio* tũc *in reg. 8. non ad tempus, sed ad casum refertur, semper ad casum. quo recognitio in Dataria fuerit facta, quod etiam est de illius dictionis natura, vt docet* Rebuff. ibid *vers.* tunc, *idest eo casu, quæ comprobãtur ex eo quod regula non simpliciter vtitur hac dictione* tunc,

49 *quia* † *dicit* tunc demum *quæ dictiones simul iunctæ referũtur ad casum, quasi dictum sit* tunc demum, *idest*, hoc facto, per tex. in l. licet. ff. depositi *ibi*, nam tunc demum sequester possidet *notat Rebuff. vbi supra vers.* tunc demum, *& sic sensus huius dictionis in hac regula talis est* tunc demum, & non antea, *idest*, facta d. recognitione, *incipiat Episcopus vti alternatiua, non verò antea, ita vt respiciat omnimodã exclusionem vsus alternatiuæ, ante dictã recognitionẽ, illa verò facta non negamus aliquam extremitatem temporis esse dandam, à qua inci-*

50 *piat vsus alternatiuæ,* † *quæ incipiet ab initio primi mensis, ad Episcopum, ex d. gratia, competentis, qualis in hoc casu esset* mensis Octobris, *in cuius initio, & non antea potest reperiri tẽpus habile in Episcopo ad vsum alternatiuæ, cum regula non de diebus, sed de mensibus integralibus loquuta fuerit, ex supra adductis, Et quia ad cognoscendum extremitatem temporis per d. dictionem* tunc *denotatam reuertendum est ad præcedentia, & ad subiectam materiam* ex Cassad. d. decis. 1. num. 7. de testam. & Mandos. vbi supra num. 20.

51 *Minus obstat dicere, quod si Papa obierit in medio mẽsis Apostolici, ille mensis in reliqua sui parte desinit esse Apostolicus, & efficitur* **Ordin.** *vnde eodem modo per alternatiuam cõcessam & recognitam in medio mensis Apostolici, ille mensis in reliquo ipsius desinet esse Apostolicus, & spectabit ad Episcopũ, cui obiectioni sic respondeatur, morte Pontificis, ex eo mensem desinere esse Apostolicum, quia cessant reseruationes regulæ* Cancellariæ, *& intrat dispositio iuris communis, qua collatio beneficiorum ad ordinarium spectat, tunc enim instat fundamentum contrarium, quia sicut mors Pontificis aufert Ordinario obstaculum reseruationum regulæ* Cancellariæ, *quæ iuris communis cursum, & Ordinarij pro-*

52 *uisionem impediebant,* † *ita etiam cum gratia alternatiuæ sit remotio*

motio obstaculi causari per reseruationem 8. *mensium* ex Put. decis.488. num.5. & decis.492.n.2. lib.2 & decis.93. n.2. lib.3. Cassad. decis.4.num.1. de priuil. Crescent. eod. tit. decis.11. Mandos. reg.11. num.3. *videtur quod talis remotio obstaculi, sicq. gratia alternatiua incipiat à die ipsius acceptationis, & recognitionis in Dataria.*

53 *Sed respondetur morte Pontificis reseruationes regularũ Cancellariæ cessare, sed concessione alternatiuæ non cessare reseruationes, vel affectiones, quibus beneficia antea reseruata, vel affecta erant, ex verbis* d. reg. 8. *supra relatis ibi* dummodo aliàs dispositioni Apostolicę reseruata, vel affecta non fuerint; *Vnde cum, ex supradictis, mensis* Augusti, *qui semel capit esse Apostolicus, & reseruatus, & per consequens omnia beneficia, vsque in finem illius mensis vacatura, sint reseruata; sequitur quod ad illa non extenditur dicta gratia alternatiua.*

54 *Secundò eidem abiectioni respondetur, quod cum, vt supra probauimus, vsus gratiæ alternatiuæ incipiat ab initio mensis habilis, prout in nostro casu, esset Octobris, amotio obstaculi causata per alternatiuam etiam incipiet ab initio mensis Octobris, & ex tunc verum erit dicere dictam gratiam remanere obstaculum reseruationis* 8. *mensium, antea verò nullatenus.*

¶ [Post hæc, cum iam diuina fauente clementia Praxim hanc ipsam denuo recudendam in hac Alma Vrbe Typographo relaxare statuerim, occurrit mihi libellus inscriptus *Notæ, seu* Indices breues ad Regulas Cancellariæ Apostolicæ S. D. N. Gregor. XV. cuiusdam moderni Hispani, qui in materia alternatiuę Episcoporum constituit quatuor Regulas dum explicare conatur Reg. Cancel. ix. quarum regularum.

55 Prima est, quod alternatiuæ acceptatione recepta in Dataria in aliquo mense Apostolico non incipit illius vsus nisi toto mense peracto; aliud si in mẽse ordinarij.

56 Secunda est, quod menses *Aprilis, & Octobris* semel facti Apostolici propter absentiam ordinarij semper remanent Apostolici, quãuis Episcopus reuertatur de nouo.

57 Tertia est, quod menses *Februarij, & Augusti*, licet semel per absentiam ordinarij facti sint Apostolici, desinũt esse Apostolici reuertente ordinario ad suum Episcopatum.

58 Quarta est, quod menses *Iunij, & Decembris* nũquam sunt Apostolici, quamuis ordinarius nunquam resideat: pro confirmatione tamen huiusmodi Regularum nullas adducit *leg. vel can. siue Sac. Rot. decis.* sed dumtaxat quasdam suas considerationes, quas infrà tangam.

59 Licet itaque prima, secunda, & quarta Reg. constitutæ, vt supra transeant sine difficultate, ex allegatis *decis. in d. Papien. & Salamantina*: Tertia nihilominus nedum patitur difficultatem; imò erronea penitus redditur ex *d. Papien.* vbi pro absoluto habetur, quod

quod mensis semel effectus Apostolicus propter absentiam Episcopi semper durat talis, nec ibi fit distinctio inter ipsos menses alternatos; quinimò ratio per Rotam ibi allata quam maximè vrget; tum ad tollendas lites, quæ facilè orirentur propter incertitudinem residentiæ; tum ad obuiandum cautelis, quæ possent adhiberi per ordinarios contra piam mentem Papæ illos ad residendum enixè inuitantis, quippequi possent per totum mensem abesse à Diœcesi, & in puncto vacationis certiorati de instanti morte beneficiatorum illicò reuerti, & intrà diœcesim se recipere, & postea iterum recedere.

60 Ratio verò allata per dictum *Modern. d. 3. Reg.* non videtur quidquam releuare; nam non militat maior ratio in mensibus *Februarij, & Augusti,* vt hi menses censeantur permutati, quod putat dictus Hispanus, quam *Aprilis, & October*, ad quod probandum nullam rationem affert. Sed si licet hoc discutere, pace sua dicerem, quod imò potius videntur permutari *Aprilis, & October:* Nam cum Summus Pontifex ædiderit nonam Reg. Cancell. in quantum cōcernit alternatiuam Episcoporum, ad gratificandum ipsis Episcopis, atque adeò intendat Papa liberalitatem exercere erga Episcopos; vtique dicendum est, quod Papa velit initium etiam sumere ab ipsa gratificatione, & liberalitatis exercitio, ac proinde incipiat ipse donare Episcopis priusquam ab eis quidpiam accipiat acciperevè intendat: quo planè supposito, cum *Februarius* antecedat *Martium, Augustus item Septembrem*, hosceq. menses Papa concedat Episcopis, fatendum propterea est eosdem mēses, nempè *Februarium, & Augustum*, per Summum Pontificem esse Episcopis gratuitò, nulla prorsus præmeditata mensium permutatione concessos, alioquin iam Papa non diceretur liberalitatem exercere, sed quandam æquitatem, ni dicam iustitiam.

61 Alia ratio ad id reddi potest nimirum, quod si Papa daret *Februarium, pro Martio*, vtique ipse diceretur potius ditari, quam Episcopis gratificare; enim verò daret *Februarium xxviij.* diebus constātem pro *Martio xxxi.* dies habentem, & sic minus gratificaret ordinarijs, quando etiam verum esset, quod redeunte ordinario in dicto mense, cessaret reseruatio mensis, vt supponitur *in d. 3. reg.*

62 Nec releuat dicere, quod si dat *Februarium* diebus minorem, dat deinde *Augustum xxxi.* diebus constantem pro *Septembri* tantum xxx. habente, & sic maiorem ipso mense *Septembris;* quia respondetur, quod adhuc apparet inæqualitas dierum, nam in Papalibus desunt adhuc duo dies ad æquandum ordinarijs; & nihilominus permutatio, vt æqua dicatur, debet esse de re æquali.

63 Ex his igitur rationibus concludendum videtur, quod potius debeant dici permutati *Aprilis, & October*, nedum habita ratione

tione

tione liberalitatis Papæ in Episcopo, verum etiam ex æqualitate dierum: etenim si æqua lance librentur menses prętacti, illicò apparebit *Aprilem*, qui est naturaliter Papalis, præponderare *Septembri*, qui originaliter est ordinarius, *Martius item Octobri*, ita vt duo Papales tot constent diebus, quod ordinarij videlicet lxj. & sic dicentur permutati *Aprilis*, *& October*.

64 Sed re vera non est recedendum ab ipsis *decis. Sac. Rota*, quia fallax omninò est nota *d. Moder.* quinimò si liceret consulere, consultius arbitrarer facturos Reuerendissimos DD. Episcopos, si cōtenti suis quatuor mensibus, alternatiuam nullatenus petāt: dum enim putant per alternatiuam plures menses sibi acquirere, quis non videt, vel propriosmet ammittere? alternatiua etenim, vt clarè decisum vidimus, cū sit conditionaliter concessa, *quamdiu verè resederint apud suas Ecclesias*, cessat quoad vsumfructus vbi Episcopus desinit esse apud Ecclesiam suam per quantumuis modicum tempus absit.

65 Et nedum residentia Episcoporum requiritur necessariò in initio mensis ad hoc, vt totus ille mensis cedat ordinarius, sed debet esse continua, ita vt si ex quauis causa etiam recreationis gratia discedant, statim intrat ius Papæ, & consolidatur ipsum ius conferendi cū Sede Apostolica, vt etiam reuertente Episcopo in eodem mense non desinat esse Apostolicus, vt accerrimè defendit in suis subtilissimis, & vndiq; doctissimis

66 informationibus † D. meus Felix Contilorius Sac. Theol. ac I. V. Doctor Aduocatus in Alma Vrbe celeberrimus, & apud DD. de Rota propter eius profundam doctrinam, & vitæ integritatem maximæ auctoritatis, qui fuit alumnus summi illius Pythagoræ, & I. V. Lucernæ nostri huiusce temporis, Illustrissimi inquam ac Reuerendissimi P. D. Ioan. Baptistæ Coccini Sacræ Rotæ Decani meritissimi, cuius præclaræ virtutes iam per vniuersum quasi stellæ in firmamento vndiq; rutilantes notum faciunt, & ex cuius Bibliotheca, in quam pro sua summa humanitate aditum mihi fecit, quam plures decisiones desumpsi.

D. autem Contilorij Informatio sequitur.

67 Sub die 16. *Augusti* discessit à diœcesi Episcopus, & vt dicitur tribus, vel quatuor diebus commoratus est extra diœcesim, postea sub die 22. eiusdem mensis vacauit Canonicatus, vnde dubitatur ad quem spectet collatio. Et credo spectare ad Papam, non autem ad Episcopum, quia Canonicatus vacauit in mense *Augusti*, qui est vnus de octo mensibus Papæ reseruatis, vt sunt clara verba Regulæ 8. hodie 9. in princ.

68 Non obstat, quod Episcopus gauderet alternatiua, & ideò cum sub dicta die 22. *Augusti* verè, & personaliter resideret in diœcesi, collatio Canonicatus spectat ad Episcopum, cum propter alternatiuam sit data facultas Episcopo conferendi Canonicatus in dicto mense

mense *Augusti* aliàs Papæ reseruato vacantes, vt in d. Regul. 9. vers. *insuper sanctitas sua*, Quia cum plenè probata fuerit absentia
69 Episcopi à diœcesi, † spectat ad illum, qui se fundat in residentia, etiam quod sit reus, & possessor, probare quod Episcopus sub dicta die 22. resideret in diœcesi, vt fuit dictum *in causa Illerden. Portionis. 2. Iun. 1606. coram Penia. n. 4. relata per Marchesanum de Commission. p. 1. fol. 355.*
70 Secundò supposito etiam quod d. die 22. *Augusti* Episcopus resideret in diœcesi, respondetur quod cum Episcopus antea discessisset à diœcesi, statim amisit beneficium alternatiuæ totius mẽsis *Augusti*, à die non residentiæ; nam propter non residentiam etiam modicã, & ex causa recreationis, reliqua pars mensis, seu ipse mẽsis quoad vsumfructus iterum sit Apostolicus,
71 mensis † autem semel factus Apostolicus semper durat Apostolicus vsque ad finem mensis, vt in his terminis pluries Rota resoluit *in causa Fauẽtina Canonicatus. 16. Decembris 1586. coram Cardin. Blanchetto. in Vicentina præcentoria. 14. Decembris 1592. eodem. in Eluen. Beneficij. 22. Maij 1599. coram Illustriss. Card. Millino*, in cuius casu Episcopus resederat toto mense *Aprilis*, in quo vacauit beneficium, & quia residentia non erat animo permanendi, sed recedẽdi post functiones Episcopales, resoluitur mensem esse reseruatum *& in eadem 30. Octobris 1602. coram Greg. XV. quæ est decis. 70. in impr. in Segobien. Beneficij. 26. Martij 1604. coram Iusto*: vbi quod statim atque Episcopus recedit, ius conferendi consolidatur cum Sede Apostolica, Episcopus autem recesserat 13. *Aprilis*, vt Regem inuiseret, & eodem die beneficium vacauit, & abfuit per 39. horas in circa *in Salamant. Beneficij. 26. Iunij 1605. coram Reuerendiss. Manzanedo Patriarcha Hierosolymitano*, in cuius casu Episcopus acceptauerat alternatiuam 18. *Augusti*, & postea semper resedit, & nihilominus Rota respondit mensem *Augusti* integrum esse reseruatum *in Papien. Beneficij. 10. Aprilis 1617. coram Andrea*, in cuius casu Episcopus non resederat in principio mensis, sed die 10. incæperat residere, & die 14. vacauit Canonicatus.
72 Et sæpius Rota respondit, quod Episcopus eo ipso quod abest amittit beneficium alternatiuæ in sui præiudicium *vt in Salamant. Canonicatus. 20. Iun. 1572. corã Oradino, quæ est decis. 49. in eius manuscr. in Sulm. Canonicatus. 3. Mart. 1593. corã Cantuc. in Maioricen Canonicat. 15. Nouẽb. 1593. coram Illustriss. Card Millino, confirmata corã Seraph. vt in eius decis. 1218. in prin. in Sulm. alternat. 14. Maij 1592. corã Card. Lãcell.* quę omnes loquuntur de mẽse *Sept. in Eluen. Benef. S. Saluatoris 13. Nou. 1602. corã Penia confirmata. 16. Decemb. 1602. coram eod.*
73 Facit simile de beneficio reseruato ratione familiaritatis, vel officij, vel alterius qualitatis, quod cum fuerit semel reseruatum semper durat reseruatum, etiam

O quod

quod ante obitum cesset familiaritas, vel officium *Rota decis.* 10. *de praben.in nou.& in d. Fauentina Canonicatus coram* Cardin. *Blanchetto & in d. Salamantina Beneficij*, *Simonett. de reseruat. q.*64. *n.*7. *&* 8. *& in* Comen. *Capella*. 7. *Februarij* 1620. *coram R. P. D. Remboldo*.

74 Et alterum simile de vassallo, & emphyteota, qui si alienāt, statim jus omne acquiritur domino, & tamen si res alienata statim recuperetur, vassallus,seu emphyteota ius non recuperat *Clar. in §.emphyteosis q.*13. *vers. sed quid,Ias. in l. fin.q.*10.*num.*135. *C.de iure emphyt.Tiraq. de retract.conuen. §.*1.*glos.* 1. *n.* 155. *quos sequitur Rot. in Segobien. beneficij*. 26. *Martij* 1604.*coram Iusto*.

75 Nō obstat, quod supradictæ decisiones loquantur in casu, in quo Episcopus nō resedit in principio mensis,nos autē versemur in casu, in quo Episcopus resedit in principio mensis, sed absuit in medio mensis, ideoq; cū Episcopo fuerit ius quęsitū,si in medio mensis non residet alternatiua suspenditur pro illis diebus,pro quibus nō residet, non autē pro toto reliquo mēse si

76 in principio mensis resedit;†quia cum Rota pluries dixerit mēsem semel effectum Apostolicū ex quo in eius initio Episcopus non resedit semper durare Apostolicum, multò magis dicendum est mensem,in cuius medio,vel altera parte Episcopus nō resedit, postquam semel effectus est Apostolicus, sem per durare Apostolicum ;in primò enim casu Episcopus totum mensem amittit, etiam si postea resideat, in secundo autem casu partem mensis amittit, & ideo valet argumentum à maioritate rationis *cap. licet de testib. c. si ergo.* 8. *q.*1. *Euerard. in locis communib. in loco à maiori. n.*1. *& seq.*

Nec valet ponderatio,quod Episcopo fuerit ius quæsitū in mensis initio; quia licet hoc sit verum,tamen ius illud amisit statim atque discessit à diœcesi,& statim ius cōferendi fuit consolidatum cū Sede Apostolica, & mensis fuit effectus Apostolicus, & sic semper durauit

77 Apostolicus,† nā Papa non reseruat dies in mense,sed ipsos mēses, & partē mensis vsq;ad finem à die, quo Episcopus personaliter nō resedit, vt patet ex inscriptione Regulæ ibi *Reseruatio mensiū Apostolicorum* Put. *decis.*53. *& decis.* 492.*n.*3.*& decis.*507.*lib.*2.& ponderauit Rot. *in d. Papien. coram Audrea,& in d.Salamant. Beneficij coram Reuerendiss. P. D. Patriarcha Māzanedo*; nec Papa in Reg.considerat vacationem in singulis diebus alternatim,sed in mēsibus,vt in corpore Reg.ibi *In singulis Ianuarij &c. mensibus &c.* & ibi *de mense in quo vacauerint &c.* & ibi *quæ in antea mensibus &c.* & ibi *alijs sex mensibus &c.* mēsis autem appellatione venit non solū mensis integer 30. dierū, sed etiam pars mensis dierū

78 continuorū vsq, ad finem, † sicuti appellatione diei venit dies integer,ac etiā eius pars, vt in Euangelio S.Mathæi *c.*12. *n.*40. ibi *tribus diebus,& tribus noctibus*,docent interpretes optimè Tostat. *q.*42.

q. 42. verf. *item quia computant*, *Carth.ibid.art.24.verf.quẽadmodũ Christus & cæteri cõmuniter*.

79 Et ratio eſt,quia ſi non requireretur perſonalis reſidentia in toto mẽſe,& in qualibet eius parte ſufficeret Epiſcopo in menſis initio reſidere in diœceſi, & poſtea abire, & imminente aliqua vacatione redire, & ſic poſſet eludere intentio-

80 nem Papæ,† qui voluit Epiſcopos beneficio alternatiuæ ad reſidentiã inuitare,vt conſideratur in Reg.*9.* & dixit Rot.*in d.Sulmonen.Alternatiua* 14. *Maij* 1610.*coram Lancell. & in d. Papien. coram Andr. & in d.Eluen. corã* Card.*Milino, & in d.Fauent. coram Blãchetto, & in Paduana Prioratus.* 5. *Decẽbr.*1614.*corã R.P.D.Pirouano.*

81 vbi † quod etiam in caſu modicæ abſentiæ poteſt conſiderari fraus.

82 Non obſtat dictio(quãdiu)poſita in Reg. quæ eſt apta diſtribuere tẽpus in dies,horas,& momẽta.& ideo ſumenda eſt ea interpetratio, vt ſolum in diebus abſentiæ ceſſet vſus alternatiuæ *ex Gõz.ad reg.8. gloſ.* 43. *n.* 144. Quia hæc doctrina procedit niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat, & ideò cũ in reg.*9.* referuentur integri mẽſes,vel reliquum menſis,à die quo Epiſcopus abſuit cõputandum, vſq; ad finem menſis, dictio *quãdiu* eſt adiecta toti menſi,vel eius parti continuãdæ vſq; ad finẽ,& qualificat totum menſem integralẽ, vel partẽ menſis vſq; ad finem,non autẽ ſingulos dies,vel horas,& momẽta, vt probatur *in l.à vobis.ff.de ann. legat. & dixit Rot. in d. Fauent.Canonicatus.*16. *Decembr.*1586.*coram Blanchet.& in d.Segõb.Beneficij*

83 *corã Iuſto.*†in qua cauſa cũ Gõz. aduocati officio fungeretur,& idẽ ſcripſiſſet, & ſuccubuiſſet, nihilominus ſuam opinionem contra Rotæ reſolutionẽm prælo mandauit, & cum fuerit ſemel reprobatus,debet etiam hodie reprobari.]

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus abſens à diœceſi, etiam cum cauſa approbata, vel alias pro exercitio ſui officij, non gaudet alternatiua.

Dvbitatur 3.An Epiſcopus abſens ex cauſa à Conc. approbata,vel aliàs ratione alicuius Officij ſibi incumbentis frui debeat

1 alternatiua. Videtur quod ſic;† veluti Canonicus abſens à Choro ratione alicuius officij ſuæ Prębẽdæ iniuncti,vti eſt de Pęnitentiario,& Theologo,lucratur diſtributiones, ac ſi verè,& perſonaliter in Choro eſſet, vt per M*onetam, & alios,de diſtribut.* & in terminis alternatiuæ tenet Pariſ. *de reſign. lib.* 1.

2 *q.*10. *n.*58. *&* 59. † vbi dicit Sac. Congr.9.Iulij 1573. cenſuiſſe,Epiſcopum, qui abſens eſt ex iuſta cauſa,nõ dici abeſſe, *per c.ex parte.8.de cler.nõ reſid.c.1.& 2.d.tit. in 6.* & proinde habere alternati-

3 uam;† nihilominus in contrarium eſt veritas,teſte D. Barboſa *alleg. 53.p.3.de poteſt.Epiſ.poſt Gonz.in gl.43.n.84.* vbi quod cum quidam Epiſcopus abeſſet à propria Diœceſi pro exercitio ſui Officij generalis Inquiſitionis, & inſtãter ſupplicaſſet fel.rec.Clem.VIII. vt ſibi

concederet indultum speciale, quo posset gaudere beneficio alternatiuæ, quamuis non resideret in proprio Episcopatu, illud obtinere non potuit.

4 Nec obstat allegata declaratio per Par is.nã respondetur, quod illa emanauit attento tenore Reg. fęl. rec. Greg. XIII. in qua tũc nõ ade-
5 rat dictio *verè*; † prout nunc adest in moderna reg. quæ requirit prę-
6 cisè veram residentiã : † Idem dicẽdum est de Episcopo absente ex causa approbata à Concil. nempè vt non debeat frui alternatiua & ita refert Garz. *c.*1.*n.*467. *p.*5. respondisse Sanctissimum superinde consultum, idem sentit *n.*468. de absente breui reuersuro. *Kocbier. glos.*15. *n.*15. *& dixi hic d.*2.

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Episcopus absens à diœcesi in 4. mensibus aliàs sibi competentibus, quæ vacarunt Beneficia non confert; sed tantum, quæ fortè vacarunt in mense Iunio, & Decembri, *qui semper sunt Ordinarij.*

1 Dubitatur 4. An Episcopus absens à sua Dięcesi post acceptatam alternatiuam posit conferre beneficia vacãtia in 4. mensibus sibi de iure citrà alternatiuam competentibus. *In Martio, & Septembre* iam absolutum est,
2 quod non potest, † quoniam, eò ipso, quod Episcopus acceptat alternatiuam, vt vidimus, *in d. decis. Papien.* fit quoddam pactum, &
3 permutatio mensium, † ac proinde *Martius, & September*, ita manet Papæ, vt non posit Episcopus retrocedere, cum acceptatio sit cõtractus, *Mandos. cons.*18. *num.* 8. *Garz. p.*5. *c.*1. *n.*506. est regula tradita *per D. Barbosam p.*3. *allegat.* 53. *n.*38. quæ est secunda; vt *Martius*, videlicet, & *September* semel facti Apostolici per acceptationẽ alternatiuę semper remaneãt Apo-
4 stolici, † id quod de *Iunio* etiam, & *Decembre* ex identitate rationis concludit Gonzal. *d. glos.*43.
5 *n.*116. videlicet, vt non posit; † attamẽ *Garz. vbi supra circa finem* improbat hanc opinionem *Gonz.* & concludit pro affirmatiua, circa *Iunium, & Decembrem*, allegans communem vsum, & praxim pro
6 hoc. † Nouissimè D. Barbosa loco cit. formauit quartam regulam, nimirum, quod menses *Iunij, &*
7 *Decembris*, sunt Ordinarij; † ac proindè, Rota vt vidimus, eos appellat fixos, quia nunquam sunt Apostolici, quamuis Ordinarius nullatenus resideat, prout tradens tertiam regulam, asserit *Februarium, & Augustum*, licet semel per absentiam Ordinarij facti sint Apostolici, reuertente tamen, & residente in sua Diœcesi, effici Ordinarios, & non perseuerare Apostolicos, sed secus *ex dub.* 2. *n.*70.

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Media nox incipit à primo pulsu Horologij illius horæ mediæ noctis.

Du-

1 Dvbitatur 5. ex his, quæ dixi *in 1. dub. huius Prælud. n. 1.* vbi asserui mẽsem incipere in media nocte, & absolui ad mediã noctem, à quonam instanti sumẽdum sit initiũ; nimirũ an à primo pulsu horologij, an verò in vltimo illius horæ mediæ noctis. Garzia *de benef. p. 5. c. 1. n. 527.* hoc quærit & resoluit, vt qui expiraret, simulatq. cępit sonare hora mediæ noctis, etiam antequam desinat sonare horologium, siuè ante finitos pulsus illius horæ; imò etiam solum post primum pulsum, dicatur ex-
2 pirasse in mense sequenti, † quo fit vt sequens mensis incipiat in instanti primi pulsus horæ mediæ noctis, ibiq. etiam desinat, siue absoluatur mensis *Garz. loco cit.*

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Standum est horologio Parochiæ, seu Viciniæ, in qua beneficiarius obijt, vel illi, per quod omnes communiter regulantur.

1 ANtecedens Dubiũ aliud ciat, quid, inquam, dicendum vbi plura sunt horologia, & dũ vnum sonat, vel sonauit, alterum incipit, cui nam standum? Hoc examinat Garzia *de benefic. par. 5. cap. 1. num. 526.* & concludit standum esse horologio Parochiæ, seu Viciniæ, in qua beneficiarius obiuit, aut certè illi, per quòd omnes communiter reguntur: & hoc vltimum, est tutius.

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Horologium vbi nullum est, media nox accipitur iuxta cursum noctis, ac iudicium hominum habentium de hoc experientiam, & à communiter accidentibus, velutì à cursu stellarum, gallicinijs, & huiusmodi: Deciditur casus vbi ignoratur quando aliquis obierit.

1 DVbitatur 7. quomodo se gerere debeat Episcopus si vacatio cõtingat in loco, vbi nullum est horologium, vel si est, probatur tamen nõ fuisse benè ordinatũ, aut quod audiri non potuit, auditũvè de facto nõ fuit. Garz. *p. 5. c. 1. n. 28. de benef.* dicit, quod in hoc casu accipienda est media nox iuxta cursum noctis, & secundum arbitrium, & iudiciũ hominum habentium de hoc experientiam, & co-
2 gnitionem: † & etiam à cõmuniter accidentibus, & verosimilibus, veluti à cursu Stellarũ, vel Lunæ, vel
3 eiusdem ortu: † item a Galicinijs, prout iam resolutũ fuisse testatur Garz. Gali cantu beneficium vacasse post mediam noctẽ; nam quãuis leuis sit prẹsumptio, quæ desumitur ex Galicinio, quippequi solent Gali cantare diu, noctu-
4 que; † nihilominus quia frequentius cantant circa auroram; ideò relinquitur arbitrio Iudicis, qui pensatis circumstantijs, & testium rationibus, alijsq. verosimilitudinibus, iudicabit quod sibi vi-
5 debitur iustius; † etsi Episcopus habeat prę sumptionẽ Galicinij, non debebit retardare suam collatio-

O 3 nem,

nem, & eam factam poterit susti-
6 nere; † nam quando, facta inda-
gine, non potest constare, in quo
mense vacauerit beneficium, præ-
sumptio est pro Ordinario; & sic
poterit Episcopus illud conferre,
7 quia† habet assistentiam iuris pro
se, potest enim conferre omnia
beneficia suæ Diœcesis, cessantibus
reseruationibus *per c. omnes basi-
lica. c. nullus.* 16. *quæst.* 1. *Garz.
d. p.* 5. *c.* 1. *n.* 12. *vbi plura iura, &
8 Doctores ad hoc cumulat*; † & in
dubio facienda est fauorabilis in-
9 terpretatio; † ea autem est fauo-
rabilis, per quam fit redditus ad
ius commune, *l. si vnus. §. pactus
10 ne peteret.* 28. *ff. de pact.* † & spe-
cificè facienda est interpretatio
pro exclusione reseruationis *Sta-
phil. in lit. grat. in præfat. n.* 16.
per gloss. quam ibi citat. in cap. 1.
verb. *processus ad finem. de rescr.
in* 6. *& in Clem.* 2. *de officio ordi-
narij*, quam in hoc dicit esse no-
tabilem *Abb. in c. si quis contra
11 Clericum.* 4. *de for. compet.* † Et ex
his resolutum remanet aliud du-
bium, quod posset excitari, vbi,
quid si constare non posset, an va-
cauerit ante, vel post mediam no-
ctē, & sic, an fuerit finitus, vel cæ-
ptus mensis, vel quādo vacauit be-
neficium per obitum alicuius, qui,
quo die obierit, vel quo mense,
ignoratur, vtpotè, quia inuentum
fuit Cadauer in nemore, vel fluuio,
vel aliàs quis repertus fuit in lecto
mortuus, nec scitur qua hora
obierit, in quibus casibus, illud
planè consilij capiendum erit Or-
12 dinarijs, vt conferant, † Nam me-
lior semper erit conditio confe-
13 rentis & prouisi, † neque erit lon-
gius differenda apprehensio pos-
sessionis, quia, vt ait, *Gonzal. in
gloss.* 11. *n.* 26. Actor in tali casu
succumbet, siuè fuerit prouisus
Apostolicus, siue Ordinarius &
possessor absoluetur, *ex Puteo de-
14 cis.* 207. *&* 266. *lib.* 3. † Enimverò,
quādo partium iura sunt obscura,
iudicādum est contra petitorem,
allegat *§. retinendum. vers. com-
modum. Instit. de interd. c.* 2. *de
probat. Mascard. de probat. con-
15 clus.* 1200. † si verò neuter possi-
deret, tunc deberet obtinere pro-
uisus ordinarius, data tamen an-
terioritate prouisionis Ordinarij
prouisioni Papæ; nam, vt diximus,
ordinarius habet assistentiā iuris,
& hæc est doctrina Gonzales loco
citato, quam tamen non approbat
Gatz. *d. p.* 5. *c. c.* 1. *n.* 534. quatenus
dicit Gonzales, quod prouisus or-
dinarius succumbet, si Apostoli-
cus possidet, ipse enim absolutè
tenet, quod adhuc ordinarius ob-
tinebit, quando dubium est, nec
potest clarificari in quo mense
vacauerit, propter præsumptionē,
quæ, vt dixi, in dubio vacationis
est pro ordinario, nam inquit, ha-
bet intentionem fundaram in iure
& transfert onus probandi in ad-
uersarium etiam existentem in
possessione *Alciat. de præsumpt.
p.* 3. *n.* 2. *cit. ibi per Garziam.*
16 Intellige tamen hoc si collatio
ordinarij sit anterior, aliàs secus,
propter concurrentiam, quam for-
17 tasse fecisset Papa; † potest enim
Papa concurrere cum ordinario;
¶ [*gloss. prag. Sanct. de collat. §. ne-
que. & verb. præuentionem.*

Porrè

Porrò Papæ intentio præueniendi, vel concurrendi detegitur ex clausula *dummodo à die data præsentium non sit alicui ius quæsitum*; & clausula, *seu alio veriori mense* Beltramin. *ad decis.* 324. *n.6. Greg. XV.*]

18 Debet itaque ordinarius festinare ad prouisionem & prouisus celeriter capere possessionem.

Animaduertendum etiam est summopere omnibus Episcopis, & quibusuis collatoribus, vt in huiusmodi casibus, faciant apponere horã, & non adhibeant testes, qui sibi, vel prouisis sint consanguinei,
19 vel familiares, seu domestici; † quia si daretur cõcurrentia cum Papa, proculdubio præferretur prouisio, quæ haberet certam horã, etenim præsumeretur anterior *Pe. Greg. Tholos. de benef. c.* 38. *vers. habet, & Sum. Pont. vbi latè de hoc, per plura iura.*

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Episcopus morans extra Diœcesim propter aliquod Officium, si fortè sit reuersurus in Diœcesim, dum vacat aliquod beneficium in Mẽse *alternato, in cuius initio ipse resedit, potest tuto conferre, cessante fraude considerata per Rotam coram R.P.D. Martino Andrea.*

1 POstquam agimus de mẽsibus, quamuis superius *in hoc Præludio dub.* 2. satis dixerim de Alternatiuis Episcoporũ; nihilominus quia occurrunt nonnulla dubia, quæ, vt arbitror, non erunt inutilia si discutiantur, proinde subijcio hoc 8. loco dubium: An Episcopus, qui propter aliquod Officium, aut Nunciaturam consueuit morari extrà Diœcesim, si fortè sit residens in Diœcesi dum vacat aliquod beneficium in Mẽse alternato, in cuius initio ipse resedit, possit illud tutò conferre, quãdo habet nihilominus animum recedendi. D.Hier.Gonz. *super* 8. *Reg. glos.* 43. *n.* 161. *vers. sextò quæro*, excitat hoc dubium & adducit plures, & pulchras rationes, & fundamenta pro affirmatiua, ex quibus ait quod libenter, & intrepidè amplecteretur ipsam sententiam, nisi vidisset quod Rota sæpè decidit casum in contrariũ, & ipsasmet Decis. refert de verbo, ex quibus concluditur, quod ad effectum fruendi Alternatiua requiritur animus permanendi, quod etiã tentum fuit *in vna Eluuen. benef. coram fel. rec. Greg. XV. tunc Rot.*
2 *Audit. & est decis.* 70. † in qua etiã dictum fuit, quod Episcopus non habetur pro residente, licet de tẽpore vacationis residens fortè reperiatur, quando consueuit alibi commorari, & ad eum locũ breui reuertitur *l.* 1. *§. habitare. ff. de his*
3 *qui deic. vel effud.* † nec statur assertioni Episcopi, quod intẽdebat residere in sua Ecclesia, & quod
4 hoc animo discesserat; † nam præsentia Episcopi, etiam per mẽsem integrum debet esse cũ animo ibi permanendi, alioquin alternatiua non gaudet, sic *in d. decis.* 70. *n.6.*
5 qui † planè animus residendi, vel recedendi satis declaratur, & cognoscitur ex præcedentibus, & se-

quentibus *l. sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. l. si seruus*
6 *plurium. §. fi. ff. de legat.* 1. † & quia dd. decis. propter auctoritatē tanti Tribunalis, intēdit, vt par est, deferre, non audet ipsam sententiā impugnare, sed expectat, inquit, vt mutetur per Rotam, prout annuit cœpisse in contrarium inclinare. Ipsas decisiones huc non refero, ne volumen crassius euadat, quàm par sit; Garz. tamen *de Benef. p. 5. c. 1. §. 12. n. 702. vers. quare.* persistit in affirmatiua.

DVBIVM NONVM.

ARGVMENTVM.

Episcopus existens in loco exempto suæ Diœcesis potest conferre Beneficia, quæ vacant in mense alternato, in quo sic resedit.

1 QVia necessarium est, vt Episcopus resideat in propria Diœcesi ad hoc vt possit vti Alternatiua, occurrit proindè 9. dubitare; An si Episcopus, de tempore vacationis, sit in loco exempto suæ Diœcesis, poteritnè conferre vigore Alternatiuę. D. Gonzal. *super 8. Reg. in glos. 43. n. 180.* mouet hoc dubium, & vltrò, citròque rationes adducit; attamen affirmatiuam arbitratur veram;
2 nam † locus exemptus consistens in Diœcesi, dicitur de Diœcesi *c. cum Episcopus. de off. Ord. in 6.*
3 *& quāplures doctrinas;* † & Episcopus plus habet in locū, & personas exēptas suæ Diœcesis, quam in prorsus extraneas, *per text. in*
4 *c. 1. de priuil. in 6.* † vndè concludit quod cum locus exemptus sit in Diœcesi, si Episcopus reperiatur tempore vacationis in huiusmodi loco exempto, dicetur esse, & residere in propria Diœcesi, & per consequens poterit cōferre vigore alternatiuæ; quidquid dicat Garz. *de benef. p. 5. §. 12. n. 704.* qui sententiam Gonz. non probat, ex rationibus ibi adductis, quibus tamē Gonz. *d. gl. 43. n. 191.* respondit, & apprimè satisfecit, ideo sequenda.

DVBIVM DECIMVM.

ARGVMENTVM.

Episcopus, qui nequit residere in sua Diœcesi propter proteruiam impiorum, confert beneficia vacantia in mensibus alternatis.

1 DVbitatur 10. numquid Episcopus gaudebit Alternatiuę vsu, si propter proteruiam impiorum non possit ingredi suam Diœcesim, & eò minus residere in ea. D. Gonzal. *super reg. 8. glos. 43. n. 200.* putat esse concludendum affirmatiuè per *text. in Clem. 1. de*
2 *for. compet.* † vbi statuitur, quòd in hoc casu Episcopus possit exercere omnem iurisdictionem extra suā Diœcesim in aliena Diœcesi, idest, in Ciuitate, vel aliàs in Loco Insigni viciniori suæ Ecclesiæ, in
3 quo securè morari poterit; † & quāuis teneatur petere licentiā à Diœcesano illius loci, si tamen ipse Diœcesanus renuat illā concedere, poterit nihilominus huiusmodi renitentia non obstante procedere; & sic à pari ratione concludit Gōzales in casu præmisso affirmatiuè.

DV-

DVBIVM XI.

ARGVMENTVM.

Appellatione Diœcesis, in materia odiosa, non venit ciuitas, vbi dispositio sit ab homine, secus si à lege, prout etiam venit in fauorabili.

1 DVbitatur 11. An appellatione Diœcesis veniat Ciuitas Breuiter respondit Gonzales *super reg. 8. glos. 43. n. 193. & seq.* cũ distinctione, aut enim sumus in materia odiosa; & tunc subdistinguit quod aut verbũ *Diœcesis* profertur à lege, & venit Ciuitas *c. 1. de rer. permut. in 6.* aut profertur in rescriptis, seu dispositionib. particularibus, & tunc non comprehenditur *c. quamuis de præb. in 6.* Aut principaliter sumus in materia fauorabili, & eo casũ venit etiã Ciuitas *c. sacrorum 63. dist. cum alijs alleg. per Gonzales d. glos. 43. n. 194. & seq. glos. pragm. sanctionis de coll. §. statuit verb. diœcesi.*

DVBIVM XII.

ARGVMENTVM.

Episcopus confert vigore Alternatiuæ Beneficia etiam existentia extrà suam Diœcesim, si ad ipsum spectet collatio tanquam ad Episcopum, secus non.

1 DVbitatur 12. An Episcopus valeat vti Alternatiua in beneficijs spectãtibus ad eius prouisionem si extent in aliena Diœ-
2 cesi. † Dubium hoc est valde proficuum, & potest facilè contingere; quo circa libenter refero quæ de hoc tradit Garzia, qui illud citat *p. 5. c. 1. §. 12. n. 705.* & affirmatiuè resoluit; per votum D. Robusterij Rot. Audit. & per dec. coram Illustriss. bo. mem. Plato *in vna Cæsaraugust. beneficij. 14. Nouembr. 1586. quam de verbo*
3 *ibi affert n. 706.* † nam D. Robusterius de hoc dubio consultus, Votum suum dedit, in hæc verba *Ratione noua erectionis Episcopatus Iacent. Episcopus gaudet alternatiua quoad prouisionem, seu collationem beneficiorum parochialium loci de Taustéluna, & Erla Cesaraugustana Diœc. & pari ratione dicendum est quoad alia quæcũque iura, quæ olim habebat Abbas S. Io. della penna in*
4 *locis prædictis.* † Rota verò coram Plato resoluit *gratiam Alternatiuæ concessam Episcopis residentibus capere omnia beneficia spectantia ab eorum collationem* quocirca decidit *beneficia, quæ spectabant ad collationem Abbatis, loci de Tauste Diœc. Cæsaraugust. cuius Abbatia vnita fuit Episcopatui Iacent. tunc erecto spectare ad liberam collationẽ Episcopi Iacent. ac proinde necessariò sequi vt alternatiua in eis locum habeat, nõ obstãte quod ante vnionem Abbas nõ posset conferre nisi in 4. mensibus, quia inquit, hoc proueniebat propter impedimen-*
5 *tum* † *reg. reseruatoriæ, quo sublato etiam ipse potuisset conferre in alijs.*

6 Sed distinguendum arbitror, vel enim beneficia conferẽda spectant ad Episcopum vti Episcopum, & tunc, vbicumque consistãt Beneficia, potest illa cõferre, vt vidimus

dimus: Aut spectant ad aliquem, qui quamuis sit Episcopus non tamen spectat collatio ad eum ratione sui Episcopatus, sed fortasse ratione alicuius dignitatis, quam vltra Episcopalem sustinet, vtpotè, alicuius Abbatiæ, quam obtinet in commendam, vel ex dis-
7 pensatione, & huiusmodi; † & hoc casu quia habet se tamquam inferiorem, in quem non potest cade-
8 re gratia alternatiuæ; † quippequè alternatiua conceditur dumtaxat Archiepiscopis, & Episcopis non autem inferioribus collatoribus *Gonazles, super reg. 8. glos.*
9 *42. n. 1. & 2.* † ideò non posset talis Episcopus conferre huiusmodi Beneficia vigore Alternatiuæ, nedum si essent in aliena Diœcesi; quinimò etsi essent in suamet
10 Diœcesi; † nam Regula 8. concedit Alternatiuam Episcopis dumtaxat in beneficijs ad eorum collationem principaliter, & non accidentaliter spectantibus, secus esset in Episcopo commēdatario.

DVBIVM XIII.

ARGVMENTVM.

Episcopus intromittens se in prouisione beneficij vacantis in mense reseruato, vel alias quod sit reseruatum, vel affectum, amittit ipso facto alternatiuam.

1 Dvbitatur 13. An ex eo, quod Episcopus intromittat se in prouisione beneficij vacantis in mense reseruato, vel alias illius beneficij, quod esset quomodolibet reseruatum, vel affectum: aut aliò qui præstat impedimentum, quo minus prouisiones Papæ suum cōsequantur effectum, statim, & eò ipso priuatus sit vsu, & beneficio alternatiuæ, ita vt prouisiones ex inde factæ, vel in posterum faciendæ illius prætextu sint nullæ? D. Nic. Garzia *de benef. p. 5. c. 1. §. 12. nu. 738. hoc dubium excitatū per Gonzales in reg. 8. glos. 56.* vbi vterque latè de hoc agit, tenent vt Episcopus eò ipso quod fuerit abusus Alternatiua, priuatus illa existat, & ait Garzia *ibid. n. 747.* quod numquam visum, nec auditum est declarationem fuisse aliter factam, & adducit Rot. decis. *ibid nu. 749. & 740. quas omitto breuitatis causa.*

DVBIVM XIV.

ARGVMENTVM.

Episcopus, qui propter abusum alternatiuæ, illam amisit, redit ad 4. menses Ordinarios, si tamen abfuit dolus, secus amittit Martium & Septembrem.

1 Dvbitatur 14. An Episcopus, qui amisit Alternatiuam ob illius abusum, possit saltem gaudere 4. mensibus ordinarijs, & maximè *Martio, & Septēbri, qui iuxta alternatiuam sunt Papæ.* Gar-
2 zia *de benef. p. 5. c. 1. §. 12. n. 49* † dicit quod oportet facere certiorē Papam, seu Datarium de ammissione alternatiuæ, vel illi corā eis renūciasse, prout requiritur in acceptatione *cap. omnis res. de reg.*
3 *iur. in antiq.* † nisi Papa expressè, & dispositiuè acceptasset ammissionem,

sionem, vel renunciationem; sed non sufficeret, inquit, pro certioratione, quod Papa vsus esset ammissione, prouidendo ex narratiua
4 impetrantis; † Gonzales autem *in reg. 8. glos. 56. n. 147. limit. 4.* apertè dicit quod quamuis Episcopus priuetur alternatiua ratione d. cõtrauentionis, non propterea priuatur suis 4. mensibus Ordinarijs, ad quos, inquit, Episcopus statim restituitur; & in terminis tradit Ant. Aug. *in repert. ver. alternati-*
5 *ua*; † etenim de natura rescissorum est, vt quando rescinditur ius quæsitum facto legis, vel iudicis, semper reuertatur ad ius antiquum *text. in l. 1. & 2. c. si aduers. transac Gonz. il. d. glos. 56. n. 148.*
6 Sed hoc posset habere locum, vbi Episcopus contrauenirect citrà dolum, secus verò si violaret in fraudem, quia fortasse se pœniteret acceptasse alternatiuam, concludit Garzia *d. c. 1. §. 12. nu. 750. p. 5.* quod Episcopus ammiserat alternatiuam in sui damnum, & non in dãnum Papæ, quasi dicat quod sit priuatus *Martio, & Septembri.* Et dat remediũ vt Episcopus, qui ammisit alternatiuam, si velit eã iterum habere, recurrat ad Papã narrãdo qualiter cum haberet alternatiuam acceptatam, illam ammisit per contrauentionem, & petendo eam iterum sibi concedi de gratia speciali.

D V B I V M XV.

ARGVMENTVM.

Ignorantia facti excusat Episcopũ ab ammissione alternatiua, si cõferat beneficia reseruata, quæ ignorabat de facto esse reseruata, secus si ignorantia iuris erraret, quia tunc non excusaretur, nisi ius esset dubium, vel obscurum.

1 Dubitatur 15. An Episcopus, qui se intromisit in prouisione beneficiorum Papæ reseruatorum propter ignorãtiam reseruationis amittat ex eo alternatiuam; & quid si conferat beneficia non quidem reseruata, sed tamen per Papam iure præuentionis prouisa siuè validè, siuè inualidè.
2 D. Nic. Garzia *de benef. p. 5. c. 1. §. 12. n. 752.* mouet hoc dubiũ & libenter refero quia vtile est, & respondet distinguendo, inquiens quod aut ignorantia reseruationis prouenit ex errore facti probabili, vt esset si ignorasset defunctum, per quem vacauit beneficium, fuisse officialem Papæ; & huiusmodi, vel quia verisimiliter crediderit esse defunctum in suo mense, aut de tẽpore vacationis Apostolicæ Sedis, & tunc, inquit, non amittet alternatiuam, nam ignorantia facti semper excusat à culpa, & consequenter à pœna, glos. in verbo *si culpa* vbì Gemin. & alij *in c. si beneficia. de præb. in 6.* vbi loquuntur in terminis collationis de benefi-
3 cio reseruato † & idem esset si reseruatio esset secreta, & particularis, cuius datur iusta ignorantia *Peder. de perm. benef. q. 3. n. 6. & 7.*
4 Aut ignorantia reseruationis prouenit ex ignorantia iuris, & tunc ammittit alternatiuam, quia ignorantia iuris non excusat *Put. decis. 361. n. 3. & 373. lib. 2.* nisi sit igno-

ignorantia iuris dubij, & obscuri, cuius error est probabilis, & iustus, & æquiparatur errori *Bellamera de permut. benef. p. 11. quæst. 4. Garzia vbi supra n. 753.*

5 Quoad secūdum membrum dubij respondet etiam idem Garzia *ibid. n. 761.* quod Episcopus, qui scienter se intromisit in prouisione beneficiorum non reseruatorū, quæ tamen sunt per Papam prouisa iure præuentionis siue validè, siue inualidè, ammisit alternatiuā;

6 nam † licet non fuerint reseruata, per appositionem tamen manus Papæ manet affecta, vt dicam infra in Præludi. de affectione.

DVBIVM XVI.

ARGVMENTVM.

Episcopus vbi dubitat probabiliter quod alternatiua sit acceptata per eius procuratorem, non potest licitè prouidere de vacantibus.

1 Dubitatur vltimò. An Episcopus, qui probabiliter dubitat quod acceptata sit alternatiua per eius procuratorem possit licitè prouidere de vacantibus in mē-

2 sibus *Martij, & Septembris.* † D. Garzia in cap. sæpius citato 1. §. 12. n. 778. p. 5. adducens dec. Rot. in vna Salamantina fructuum, dicit quod non poterit prouidere, nisi sub conditione quatenus alterna-

3 tiua non sit acceptata † & quod prouisus non debet capere possessionem donec de acceptatione alternatiuæ certitudo habeatur, & id debebit cauere Episcopus dicēdo in literis prouisionis quod ei detur possessio cum constiterit de verificatione conditionis, ad euitandum intrusionem.

PRAELVDIVM Vigesimumquartum.

De reseruatione beneficiorum.

ARGVMENTVM.

Beneficia reseruata Ordinarius, seu inferior quiuis collator conferre nequit; non reseruata verò potest cōferre quocumque die semestris sibi à iure concessi, licet mensis sit reseruatus, dummodo non vacauerint in mense reseruato.

VIDIMVS, qui menses fuerint concessi Ordinarijs ad consequēdum plenè ius conferēdi beneficia in eis vacantia;

1 quandoquidem † potest Episcopus & quiuis alius Inferior Collator, quocumque die semestris sibi ad conferendum à iure concessi *per c. 2. de concess. preben. c. licet 3. de*

2 *suppl. negl.* † ac de momento in momentum currenti à die vacationis beneficij, siue illius vacationis notitiæ, vel à tempore, quo vacatio sciri potuit *gl. in d. c. licet* in verb. *à notitia,* siue à die iusti cessantis impedimenti, *c. quia diuersitatem. §. de concess. prab.* beneficia, quæ in aliquo ipsorum mensium sibi concessorum vacauerint, liberè conferre. † Verum-

3 tamen, quia indistinctè nequit Ordinarius omnia beneficia in ijsdē mensibus sibi à iure concessis, vel alias

aliàs vigore alternatiuę mutuatis vacantia conferre, reseruatione, vel aliàs affectione sibi obsistente; ideò, vt illæso, quod aiunt, pede praxim percurrêdo Ordinarij, omni ambiguitate procul, vbi aliquod beneficium vacare côtingat, sciant quid consilij capere debeãt, breuiter nonnulla magis scitu digna, ac necessaria huc referre non pigebit, de reseruatione, & affectione beneficiorum.

4 Sed † quia omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re, Institutio debet à diffinitione proficisci, vt intelligatur quid sit id, de quo agitur *Cic. de off. lib. 1. vers placet*; Ideò operepretium duxi, imprimis, quid sit reseruatio prēmittere. Dicamus igitur *cum Paulo Granutio in 1. quæst. eius libri, qui tractatus beneficiorum reseruatorum Iacobi Simonatæ inscribitur*, quod reseruatio est Ecclesiasticæ beneficialis collationis, electionisuè ab Ordinario, per potestatem habentem ad tertij etiã fauorem facta, ante vacationem, auocatio, & hæc descriptio videtur

5 complecti omnes casus; † Hic enim comprehenditur casus *c. si eo tempore 45. de elect. in 6.* nimirum quando Papa reseruat certum beneficium, puta Decanatum Alexãdrinum sine nominatione certæ

6 personæ: † comprenditur etiã casus *cap. ex parte 11. de off. deleg.* qui sanè contingit dupliciter: Vno modo quando Papa in indiuiduo nominando reseruat, puta Cantoriam Alexãdrin. datis certis Exequutoribus, vt quamprimum illã vacare contigerit, côferant P. Altero modo, quando confert Canonicatum in certa Ecclesia, & mandat prouideri de prima Præbenda vacatura, per *cap. dudum 13. de preb. in 6.*

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Reseruatio alia est generalis, alia specialis, & inducitur tam à iure, quam ab homine & semper est seruanda.

Diximus in definitione, seu descriptione reseruationis, quod ipsa reseruatio est auuocatio Collationis, vel electionis ante vacationẽ facta; sed dubitatur, an ista auuocatio fieri debeat specialiter, an generaliter. Dicamus quod reseruatio duplex est, gene-

2 ralis, & specialis; † generalis itaque est ea, quæ à iure communi est introducta, vti de vacantibus in Curia, *per text. in c. 2. de prebend. in 6.* vel per obitum eorum, qui vadunt ad Curiã *per c. præsenti 34. tit. & lib. eod. extrauag. ad regimen. 13. tit. eod. inter. com.* aut est ab homine introducta ratione loci, vt si vnius Prouinciæ, vel Diœcesis concessa sit omnium beneficiorum reseruatio, *Simoneta de reseruat. quæst. 4. num. 3.*

3 Specialis † verò dicitur multipliciter, nam aliquando est specialissima, vti quando exprimitur certum beneficium cum nomine Ecclesiæ, in qua extat, nec non & personę illud possidẽtis, & eius, cui prouidetur; aliquando est personalis

lis ratione beneficij, loci, & personæ, cui prouidetur; sed non ratione eius, qui obtinet, vtpotè, si fiat reseruatio præpositura primò vacaturæ in Ciuitate Alexandriæ, pro P. Alio modo dicitur specialis, nimirum quando est introducta per *Reg. Cancellariæ*, vltra reseruationem, quam continet de iure communi, vel per dictam extrau. *ad regimen*, in quantum disponit vltra ius commune *Simoneta d. quæst.* 4. vers. *alio modo*; Nec refert quod reg. Cancellariæ videantur aliud cantare, dum intonant *gene-*
4 *raliter reseruauit*; † Nam regulæ huiusmodi cũ non sint perpetuæ, necgenerales pro tempore omniũ Pontificum, sed tantũm declaratoriæ, & testificatoriæ voluntatis
5 Papæ illas ędentis; † Ideo non dicuntur Constitutiones generales
6 *Ancharan. cons.* 297. *n.* 1: † Cum itaq; Constitutio sit specialis, talis etiam erit illius effectus, *Simoneta d. quæst.* 4. *num.* 13.
7 De mentali nihil opus est hic verba facere, quippequæ, vt aliàs diximus iam penitus est sublata per Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 19. *vers. sed nec*.
8 Hæc autem specialis reseruatio *vt bene obseruat*, *& admonet Simoneta d. n.* 13. potentior est
9 generali; † nam dicitur certa, & approbata, ac propterea obstat
10 agenti spolio; † generalis verò est incerta, & propterea erit omnino probanda.
11 His sic præmissis concludamus quod quocũque modo reperiatur facta reseruatio, siue à iure, siue ab homine, & siue generaliter, siue specialiter, semper est seruanda,
12 quia † semel reseruatum semper remanet reseruatum, donec fuerit reseruatio sortita suum plenarium effectum, *Philipp. Franc. in c. statutum de præb. in* 6. *Cassad. decis.* 23. *n.* 2. *de præb. Simonet. de reser.*
13 *q.* 33. *n.* 5. *& q.* 58. *n.* 7. † nam vt ait Gonz. *glo.* 53. *n.* 42. vbi reseruatio semel radices fixerit semper reliquias relinquit, etiam quamuis caueatur indulto.
14 Hoc tamen intelligendum est, quando reseruatio non est perpetua ratione ipsius beneficij, sed tantum ratione obtinentis, puta quia Curialis, Prothonotarius Apostol. & huiusmodi; nam si esset perpetua respectu beneficij, qualis est de primis Dignitatibus post Pontificalem, vel principalibus in Collegiatis, aut certe, ex speciali
15 reseruatione; † qualis est in hac Ciuitate Alexandriæ reseruatio Præpositura S. Ioannis aliàs fratrũ Humiliatorum, quam fæl. rec. Greg. XV. ex irregulari ad Secularitatem reduxit, & perpetuò dispositioni Sanctitatis suæ, & S. Sedis reseruauit, donata Ecclesia ex Apostolico indulto, & gratia RR. Fratribus Ordinis Minimorum, verè humilib. & Humiliatis, ne dũ nomine, sed potius re, successoribus; tunc, inquã semper huiusmodi beneficium remanet reseruatum, nec vllum tempus, etiam si vacet Apostolica Sedes, tollit, expurgatuè talem reseruationem.

D V-

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Notitia vacationis præsumitur in Prælato, & quomodo fama probet.

1 Dvbitatur 2.quandonam præsumatur notitia vacationis in Prælato. D. Augustinus Barbosa mouet hoc dubium in suo tractatu de potest. Episcop.*p.3.alleg.*58.
2 *n.6.* † & dicit quod licet præsumatur scientia in Episcopo, quia tenetur visitare Diœcesim singulis annis *per c.Ordinarij.3.de off.Or-*
3 *din. in 6.* † attamen consideranda erit per Iudicē qualitas beneficij, vacationis modus, temporis longitudo,& locorum distantia,vt dictum fuit *in vna Tolet. beneficij coram bo.me.Card.Seraph. & est*
4 *decis.*380.*n.*4.† & fama,quę potest conuincere Episcopum de sciētia, debet esse certa, & clara, & ita probari; alioqui non afficeret,
5 prout † non affecit illa,quæ habuit ortum à duobus, qui dicebant se audiuisse talem esse mortuum, cuius ipsi erant affines, & nihilominus nullum fecerant luctum de illius morte; hoc docet Garzia *de benef.p.*10.*c.*2.*n.*53.*post Mascar. de probat. concl.*626.*n.*11. *quibus aditur Cæsar de Graffis dec.* 1.*de suppl.negl.Prælat.*

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Reseruatio simpliciter facta de beneficijs certæ Diœcesis, vel alias per verba respicientia substantiam,& accidentalia,includit beneficia de nouo creata, secus non.

1 Dvbitatur 3.An reseruatio includat beneficia creata post publicationem reseruationis. Hāc dubitationem excitat D. Simoneta *de reseru.q.*12. *& Rot. dec.*32. *n.*7. *in antiq. quam sequitur etiā D.Io.à Kerbier. in scholijs ad primar.preces Augustiss.Ferdinandi Imperat. vers.*11. *nec beneficia fol.*35.breuiter resoluūt negatiuè; Sed D. Gaspar. *de reseru. §. qua autem n.*8.*vers.Lapus contra, & Aeneas q.*3.*n.*8. *tenent contrariū.*
2 Verumtamen vt omnis ambiguitas de medio tollatur, distinguendum videtur cū Aenea, quòd: Aut Papa reseruauit simpliciter omnia beneficia talis Diœcesis, per litteras particulares, & tunc quia indiffinitè reseruauit, & lex semper reseruat, & loquitur, ideò, sine dubio beneficia de nouo creata comprehendūtur in reseruatione; Aut reseruauit habendo respectum dumtaxat ad vacationē beneficiorū, & placet distinctio Gemin. *in consf.*69. *& Butr.in Clem.*
3 *litteras* 5.*de rescript.*† nimirum,vt si verba reseruationis extendātur ad futurū, quoad accidentalia, includantur beneficia nouiter crea-
4 ta;† exempli gratia si Papa reseruat.2.Canonicatus in Eccl.Alexādrina, cū ibi se facultas obtulerit, comprehenduntur etiam creata post æditam reseruationem; nam illud verbum *cum facultas* aptum est comprehendere etiam creata
5 ex post: † si verò verba reseruationis extēdātur in futurū, quoad qualitatem tantū,idest, quoad vacationem, quia in eo consideratur tempus vacationis, non venit nouiter

niter creatum; idem afferendum est de suppresso, nouiter ad esse re-
6 ducto, *hac Aeneas vbi sup.* † *Garz.* nihilominus, *p. 5. c. 1. n. 520.* putat indistinctè beneficia de nouo creata, pro prima vice, non comprendi sub reseruatione 8. regulæ, & videndus est, quia latè ibi de hoc differit.

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Reseruatio, quæ potest adaptari etiã ad vacatura comprehendit beneficia erecta ante reseruationem sed dotata post.

ANtecedens dubium aliud sibi germanum excitat, an, inquam, si Ecclesia sit erecta ante reseruationem, sed dotata post,
1 cadat sub reseruatione; † ratio huius dubij esse potest, quia Ecclesia nondum dotata nõ potest dici beneficium, *Aeneas q. 3. vers. beneficia n. 9.* qui mouet hoc dubiũ, sed nè immoremur diutius, placet di-
2 stinctio ibi allata; † nimirum vt nõ comprehendantur, quando reseruatio est ad primum vacaturum;
3 Atsi † verba reseruationis possent adaptari etiam ad vacatura; tunc comprehenderentur sub reseruatione huiusmodi beneficia erecta ante reseruationẽ, & dotata post;
4 quia Ecclesia erecta, † etiam ante dotationem dicitur Ecclesia *per text. in c. cũ sicut 8. de consecr. Ec-*
5 *clef.* Et ad illam dotandum potest compelli constructor, *Secundum Baldum, in tractatu dotium in principio contra Io. de Anan. in cons. 24.* quem citat Aeneas vbi supra dicens, quod isti duo casus supra relati sunt admodum difficiles, & dubij, propter discrepantiã doctorum, *quos refert Imol. in*
6 *Clem. literas 5. de rescript.* † Et quòd propterea vellet potius discere, quàm docere.

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Ecclesia erecta, & dotata ante reseruationem, sed confirmata post, non comprehenditur in reseruatione.

PRæmissum dubium aliud ciat ab eodem Aenea tactum *q. 3. n. 26.* videlicet, An Ecclesia erecta, & dotata ante reseruationẽ; Sed, post ipsam reseruationem, confirmata, & approbata per superiorẽ comprehendatur sub reseruatione. Soluit dubium negatiuè idem Aeneas. Nam, inquit, non possunt dici beneficia, ad quæ Papa habuerit cõsiderationem, pro quo citat *Felin. in c. cum adeò in* principio 17. *de rescriptis.*

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Regula de mensibus nõ ligat illum, qui conferendi ius habet ad modicum, seu limitatum tempus.

DVbitatur 6. an reseruatio regulæ de mensibus comprehendat eos, qui tantum ad tẽpus ius habent conferendi, veluti ad tres annos, vel ad vitam. Io. à Ko-

chier.

chier. *in cōmentario huius regulæ glos.*10.*n.*3. & ante eum Gonz. *glos.*21. *n.* 19. ficuti Simoneta *de reseru.quæst.*68.*n.*4 decidunt,hāc regulam nullatenus ligare illum, qui non perenne, sed tantum ad tempus limitatum conferendi ius habeat, innixi auctoritati glos. in verbo *perpetuæ,in c.fin.de rescrip. in 6.* sed non placet Garziæ *de be-*
2 *nef.p.5.c.1.§.11.n.619.* † nam inquit Indultum de conferendo beneficia non comprehendit reseruata. *Aeneas hoc tract. q.4.effectu 6.n.9.idem Simoneta q.81.*

PRÆLVDIVM Vigesimumquintum.

De affectione beneficiorum.

ARGVMENTVM.

Affectio nascitur ex appositione manus Papæ, cui datum est in prærogatiuam, vt vbi manum apposuit, inferiores non se intromittant.

1
VPERIVS diximus de reseruatione; verum quia reseruatio aliquos effectus parit, quos recenset *Aeneas in tractatu de reseru.q.*4. vbi ponit 41. *effectus*, inter quos primus est affectio, propter manuum Papæ appositionem, *Seraph. decis.* 1251. congrue proinde sequitur agere de beneficijs affectis, siue *de affe-*
2 *ctione*, † attamen, vt innotescat differentia, quæ est inter beneficia reseruata,& affecta, sciendum est,
3 *vt tradit Simon. q.64.n.2.* † quod affectio nascitur ex appositione manus Papæ, cui datū est, in prærogatiuam supremę potestatis, vt, in quibus manū apposuerit, alij se
4 non intromittāt, † quo fit, vt si Papa alicui beneficium contulerit, & opus sit dispensatione, quam regulariter impartiri posset Ordinarius; nō tamē poterit in illo beneficio, pro tunc, dispensare, propter appositionem manus Papæ; Exēpli gratia, si aliquis illegitimus, qui posset dispensari ad simplex beneficium per Episcopum,& etiam ad canonicatū collegiatæ, Bellet. *rub. de disciplina clericali p.1. §.3. n. 25,indisquis. Cleric. per iura, & Doct. ibi cumulat.* huiusmodi beneficium obtineret à Papa, nequiret Episcopus cum illo dispensare super huiusmodi illegitimitate, propter appositionē manus Papæ, *Simoneta q.64. n.6. glos.in c. at si clerici verb.dispensare. 4.de Iudi-*
5 *cijs.* Verum quia Papa, dum manū apponit in beneficijs, vt de eis prouideat, quādoque hoc facit per reseruationē,& quandoq; simpliciter sine reseruatione; Ideo nōnullos casus *ex Simoneta, & alijs, de reser. agētibus*, collectos huc referre nō inutile duxi; verūtamē, antequā ad
6 illos descendamus, † cōcludamus quod inter reseruationem, & affectionē, quādo reseruatio pręcessit, ea est differētia, quæ est inter cau-
7 sam,& causatum; † quando autem nulla intercessit expressa reseruatio, tunc ea est differentia, quæ est
8 inter expressum, & tacitū, † & sic, quādo interuenit expressa reseruatio, dicamus, quod affectio est effe-

ctus reseruationis; quando verò nulla præcessit reseruatio, dicamus quod est quædam tacita reseruatio, *ita Simoneta d. q. 64. nu.* 10. vel dicamus *cum Gonzal. glos.*
9 *52. n. 4.* † quod reseruatio respicit actum verbalem, & expressum; affectio verò respicit actum realem, ex quo tacita reseruatio oritur.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Affectio non cessat sublata reseruatione, quia per appositionem manus Papæ statim inducitur, & perficitur affectio, quo fit vt non intret regula cessante causa, *quia in actis consumatis non cessat effectus.*

Dubitatur 1. an sublata reseruatione, cesset affectio. Videtur quod sic; nam si affectio, vt vidimus, est effectus reseruatio-
1 nis; † ideò cessante causa, cessare etiam debet effectus *l. adigere. §. quamuis. 6. ff. de iurepatr. c. cum cessante. 60. de appellat.* nam omne ius est potentius in causa, quàm in causato. *l. digna 4. C. de leg.* & vidimus quod *per c. statutum, & c.*
2 *si Apostolica. de præb. in 6.* † si Papa non confert intra mensem beneficium vacans in Curia, Ordinarius libere conferre potest, quia reser-
3 uatio cessat, † ita etiam est de mẽse reseruato in Diœcesi, in qua erat collator Cardinalis habẽs indultum, vt possit eius successor illud conferre, quamuis non sit Cardinalis, vti videbimus in sequenti Præludio dubio 37. nihilominus concludit *Simoneta q. 58. n. fin.*
4 quod † durat affectio, nam per appositionem manus Papæ statim inducitur, & perficitur affectio,
5 nec † obstant *cap. statutum, & c. Apostolica*, quia ibi hoc expresse cautum est, & est speciale, alioquin non posset Ordinarius se in-
6 tromittere, † nec etiam reuelat quod cessante causa cessare debeat effectus, *d. c. cum cessante. 60. de appell.* quia id locum non habet, vbi effectus est iam cõsumatus *vt per Bald. in l. 2. §. fin. ff. de donat.* quem allegat *Simoneta vbi supra* & copiosè obseruat Tiraq. *tract. cess. caus. limit. 12. per totum* & habemus text. clar. *in extrau. ad Roman. §. Romani. 14. de præb. inter com. in hæc verba.*
7 *Romani Põtificis manus appositionem tanta efficaciæ, tantæque virtutis existere, vt & si literæ Apostolicæ super prouisionibus beneficiorum ex aliqua causa suum debitum non fortiãtur effectum, facultatem tamen prouidendi de beneficijs taliter reseruatis, quibuscunque alijs fuisse ademptam, & remanere semper affecta, nullique de illis præter Romanum Pontificem ea vice disponere potuisse, neque posse, harum serie decernimus, & declaramus*: latè de hoc differit *Tholossanus de beneficijs. c. 24. n. 17.*

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Affectio inducitur ex collatione facta à Papa etiam inutiliter, vel etiam

etiam ex falsa causa quando, falsitas non concernit pertinentiam collationis, vtpotè si conferret beneficium tamquam reseruatum cum non sit, vel non sit circa ipsã vacationem principaliter narratam, quæ non adsit, vel tandem eueniat diuersa, ad quam non extendatur manus appositio; at verò si vacatio, ex qua apponitur manus, sit necessaria, & subsequatur, vt in Coadiutorijs cum futura successione, inducitur affectio.

1 DVbitatur secundò, an si Papa conferat beneficium tamquam reseruatum, cum non sit reseruatum, inducatur affectio ex huiusmodi prouisione. Hoc dubium mouet *Aeneas in quæst.* 4.
2 *effectu* 16. *& ibidem* dicit, † quod si Papa conferat beneficium, aliàs non reseruatum, & collatio non valeat, Ordinarij non impediuntur, quia semper præsupponit reseruationem præcessisse, & in effectu, 19. in fine, dicit, quod collatio facta de beneficio tamquam reseruato, cum non sit reseruatum,
3 est nulla; † Imò ait quod Anchar. in cons. 398. tenet quod in hoc casu declaratio ipsius Papæ, quod sit reseruatum, si sequeretur nihil efficeret, sed iam est decisum coram *Seraphin. dec.* 1498. *n.* 5. *quod standum est assertioni Papæ dicentis beneficium esse reseruatum donec de contrario doceatur*, ergo multo magis standum erit declarationi;
4 quocirca potuit iure merito de vltimo dicto Ancar. valde dubitare Aeneas, qui idem sentit de beneficio, certo modo vacaturo, super quo Papa apponeret manũ, si ex alia causa vacaret, & pro hoc
5 allegat Gemin. *in cons.* 13 6. † In beneficio autem reseruato, vel aliàs collato per præuentionem, tenet quod inducitur affectio, quod etiam firmat Dec. *in c. vt nostram.* 56. *de appel.* Tholos. *in c.* 24.
6 *n.* 17. *de benef.* † qui tamen, ibidem *n.* 18. dicit, quòd ex collatione Papæ cessat reseruatio, quamuis collatio esset inutilis, & quod tunc Episcopus potest conferre, sed hoc non admittit Garzia *p.* 5. *c.* 1.
7 *n.* 145. † Simoneta *d. q.* 58. multa dicit, & inter cœtera, quod si mãdatum de prouidendo esset in fauorem certæ personæ, nec adesset decretum, tunc reseruatio non induceret affectionem impedietem
8 Ordinarium; † dicit tamen quòd Papa hoc non admitteret, ac propterea, quamuis collatio euanesceret, affectio nihilominus impediens Ordinarium remaneret.

9 Hodie habemus Decis. Rot. in vna Oxim. Archid. Lunæ 10. Maij 1614. coram R.P.D. Buratto relat. per Farinac. in nou *p.* 1. *decis.* 570. per quam satis clarè demonstratur casus, in quibus viget, vel cesset affectio, quam hic inserere opportunum duxi, & sequitur.

10 M*Aior pars DD. censuit Petro Briones dandam esse immissionem, quæ clerico gratiosè subrogato conceditur in possessionem defuncti non controuersam, vt hic, non solum data lite, vel reseruatione, sed etiam vbi concurrit sola affectio, vt resolutum fuit in* Barchinonen. Canonicatus 9. Martij 1598. coram Card. Millino;

11 no; † *etiam si subrogatio desumpta sit ex clausulis generalibus supplicationis, vt tenuit Rota* in Miranden. Parochialis 13. Martij 1600. & 2. Aprilis 1602. coram Penia, in Astoricen. Archid. 6. Nouembris 1602. & in Montisfalisci Capell. 30. Ianuarij 1602. coram Card. Lancell.

12 *Affectio visa fuit manifesta, ex gratia Sanctiss. Coadiutoria, & futura successionis eidem P. etiam specialiter in hunc casum, in quo coadiuuatus decessit, antequam ipsa literas intimasset, vel coadiutoris officium exercere cœpisset,*

13 *concesso;* † *ex qua manus appositione beneficium ita remansit affectum, vt nullus inferior se circa illud potuerit amplius intromittere* ad text. in c. 1. & 2. de confir. vtil. vel inutil. & in cap. vt nostrum 56. de appell. & tradunt Aeneas de referu. benef. Prælud. 3. num. 4. Paris. cons. 47. num. 30. & 31. lib. 4. Rebuff. in prax. benef. p. 1. de referu. n. 24. & alij congesti per Moder. glosat. reg. 8. gl. 52. n. 4. & 7.

14 *Non obstat prætensa Coadiutoria subreptio veluti obtenta sub narratiua, quod Io. ob corporis imbecillitatem, & aeris Ciuitatis Oxomen. intemperiem, Ecclesia de cætero deseruire posse non speraret, quia non solum non iustificatur, sed contrarium prætenditur ex aduerso probatum;*

15 *tum* † *quia testes ad subreptionis probationem inducti, tamquam recepti ab Ordinario, pendente lite coram executore literarum, de qua fuerat illi facta intimatio, & protestatio, & sic absque iurisdictione, nulliter, & attentatè nihil valent.*

16 *Tum quia non excluditur affectio, sed inducitur etiam vbi prouisio Papæ est subreptitia, vel nulla.* Innoc. in c. inter dilectos. col. 2. vers. sed nobis videtur de

17 excess. Præl. † *& etiã quando prouisio est ad fauorem certæ personæ, cum Papa non tam personæ, quàm beneficio prouidere cen-*

18 *seatur,* † *& indignum sit collationem, super qua Summus Pont. manum apposuit, ad inferiorem reuerti* Anchar. cons. 58. in princ. ibi pro certa persona, & sub n. 3. Rom. cons. 335. n. 6. & seq. Dec. in c. vt nostrum. n. 3. de appell. & in c. 1. n. 10. vbi addentes de confir. vtil. vel inutil. & cons. 137. n. 4. vers. & in simili casu, & cons. 293. ante n. 10. vers. & ideò si Papa, & cons. 699. n. 13. vers. & adhuc facit, addentes ad Rot. decis. 10. de præb. in nou. in 2. ad literam, Couar. in c. alma mater. p. 1. §. 7. n. 8. circa fin. quem Gutier. alleg. 1. num. 27. Suar. tom. 5. de cens. disputat. 13. sect. 1. num. 34. vers. quapropter si Pontifex, & hanc opinionem tenuisse Card. Viuar. refert Aegid. cons. 34. num. 11. vers. caue, qui idem tenere videtur, dum postquam dixit, contrarium probabiliter dici posse, cauendum subdit, & Anchar. & Roman. indistinctè secuti sunt Ias. cons. 98. sub n. 1. vers. similiter quando collatio. lib. 4. Paris. cons. 118. num. 7. lib. 4. Aym. cons. 137. num. 8. in fin. Gomes. in c. 1. sub num. 126. vers. sic etiam manus appositio de constit. in 6. Rebuff. in praxi p. 2. de refer. n. 30.

n.30. Bellen. Rot.audit.de charit. subsid. q.penul. n.10. & seq. Mandos.in reg.4.q.4.n.4. & cons.9.sub n.12.vers.amplio etiam, & in add. ad Lap. alleg.32. in ver. reuocat, qui ita se obtinuisse coram Cotta testatur, add. ad Rom. cons. 335. litt. C. Caputaq. decis.230. lib.1. in manuscript. Simoneta de reser. q.58.Moder.super reg.8.d.glos.52. num. 15. *ex quibus sequitur hanc opinionem esse hodie receptiorem contra Abb.* in d. c. inter dilectos num. 10. quem sequitur Socin. ibi n.18.& Felin. in c.fi. n.40. de præsumpt. *volentem cessare affectionem, vbi prouisio subreptitia, vel nulla est, etiam ad fauorem certæ personæ, quem reprobat in specie Couar. supra relatus.*

19 *Et præsertim attenta extrauag. ad Romani §.* Romani. de præb. inter communes *disponente beneficia remanere affecta ex prouisionibus, & mandatis de prouidendo etiam si ex aliqua causa non sortiantur effectum, ex qua cessare dubitationem putauit Aeneas de falc.* de reser. benef. q.4. princ. effectu 16. vers.ista tamen dubitatio.

20 *Sed cessare videtur difficultas ex decreto irritante, atque inhibitione, ex quibus etiam in prouisione ad fauorem certæ personæ & subreptitia adiectis resultat futuræ vacationis affectio, perinde ac si Papa expresse reseruasset.* Hostien. in eod. c. inter dilectos. n. 14. vers. potest dici quod numquam vbi Io.Andr.n 16. post Med. vers.potest dici, Anchar.n.1.circa finem vers. Io.Andr. & Butr. n.19. dicens dicto Compostel.in cap.capitulum. n.5.de rescriptis addenda esse tradita per Io.And.Rot. decis. 25.n.3.& 4.de concess.præb.in antiq.repetita apud Bisignet.decis.6. eod.tit.Papazon.in addit.2. ad decis.10.de præb.in nou. Simonet.d. q.58.n.9.vers.ad secundum,& n.11. & q.60.n.4.bene Hostien. in c.cum dilectus.28.n.3.vers.alijs videtur, vt forte melius.de iurepatr. & Io. Andr.ibi num.6.

21 *Nec dicatur decretum, aliasq. clausulas necessarias nihil operari non subsistente gratia principali.* Gem.in c.præsertim in princ. vers.nota quod eo ipso, vbi Franc. in 3.not. de off.leg.in 6.Cassa.dec. 10.n.4.super reg. Put.decis.108.in nou.impress.lib.3. *quia vltra quod non iustificabitur subreptio, nec falsitas causæ, vt in casu decisionis Putei, adhuc id procederet respectu impetrãtis, cuius gratia canonizari nõ posset, in quibus terminis intelligendus est Put. nõ autẽ respectu Papæ, cuius mens afficiẽdi vacationẽ declarata fuit ex in-*

22 *hibitione, & decreto;† cum etiam clausulæ accessoriæ gratiã non augentes declarent concedentis intẽtionem* Bald.in l.eam, quam n.36. C.de fideic.in c.nonnulli.n.27.in 15. concl.de rescr. † *numquam enim*

23 *poterit Ordinarius se intromittere, nisi restituta sibi potestate per decretum, & inhibitionem ablata* Rot.d.dec.10.de præb.in nou.*quod ex decreto, & inhibitione, in his terminis, tenent Doctores omnes supra relati.*

24 *Minus obstare visæ sunt auctoritates adductæ ad probandum*

cessare affectionem, vbi prouisio Papæ fuit ex falsa causa, nã procedunt quando falsitas causæ, est circa pertinentiã collationis, quia Papa conferat beneficium vti reseruatum cum non sit Roman. d. cons.335.n.11.& ita cons. Gemin. intelligit. Aenas de Falcon. de reseruat.benef.quæst.4.princ.effectu
25 19. n. 12. † vel circa ipsam vacationem principaliter narratam, quæ non adsit Gemin. in c. si tibi n.18. vbi Franc. n.14. vers. aliàs si
26 post de præb. in 6.† vel diuersa eueniat, ad quam non extenditur manus appositio Rota decis. 488. alias 14.n.2.vt lit.pend.in nouiss.& decis.419.n.2. p.1. diuers. Gemin.
27 cons.136.† contrarium tenens, si vacatio, ex qua sit apposita manus sit necessaria, & subsequatur, vt hic, & Rota in illa Barchinonẽ. præcedẽtiæ 23. Ianuarij 1602.co-
28 ram R.D. meo Damasceno, † *ibi enim conclusum fuit non resultare affectionem ex vnione nulla, quia Papa limitatè voluit solum*
29 *beneficium vnire, imo † admittitur affectio vbi idem prouidet licet nulliter, specialiter esset in casu, qui post accidit, vt hic: vel si adsit expectans Apostolicus, qui poterat acceptare, cum Papamet prouidere censeatur* Rota dec.39. aliàs 12. de concess. præb.in antiquis, *quæ sentit cum Innoc. non posse Ordinarium iure proprio prouidere, concludens hanc opinionem veram, quod ab alio conferri non possit* Romanus in sæpè cit. cons.335. n.11. & 12. Prob. ad Monac. in c. tibi, qui, ante n.20. vers. præterea de rescript. in 6.
30 *quam † distinctionem vt ligētur manus Ordinariorum, non autē expectantium auctoritate Apostolica venientium probat* Bellenc. de clarit.subsid.quæst.penult.n.12. *secus quando vt in hoc casu Papa prouidendo non errauit circa pertinentiam collationis. Imò*
31 *voluit † concedere futuram successionem etiam in mensibus* Ordinarijs, *& sic gratiam præuentiuam, afficiendo futuram vacationem, & ligando manus inferiorum per decretum, & inhibitionem, & cum clausulis adeò prægnantibus, vt licet dici posset, quod Papa sic non prouidisset, nõ tamen absolutè quod non prouidisset, & quod inferiorum manus non ligasset, ex Ancaran.* eod. cons.58.n.4. vers. si igitur Papa,& alij, Moder. super reg.8.d.glos.52. n.15. & 48.vers.licet secus, & hãc distinctionem probauit Rota in vna Tolet. Capell. 1. Decembris 1606. coram eod. R. D. meo Damasceno, Put.decis.225.præsertim n.18.vers. sed posito in vltima impress. lib. 3. *volens per coadiutoriam cum futura successione non impediri Ordinarios, quin illa cessante conferant, loquitur stantibus concordatis Germaniæ remouentibus reseruationes, & quascumque dispositiones* Ordinariorum *collationes in sex mensibus impedientes; aliud est in terminis* reg. 8. *in qua concessio alternatiuæ habet in ventre clausulam* dummodo beneficia aliàs reseruata, vel affecta non fuerint, *nec loquitur quando Papa prouidere voluit, etiam si tempore gratia*

tiæ

tia beneficium vacaret, cum decreto irritanti, & inhibitione, imò contrarium sentit hoc casu, dum num. 18. *vult hac ratione ex commenda affectionem induci. Ex quibus pro subrogati immissione fuit pro maiori parte resolutum.*

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Affectio inducitur ex coadiutoria cum futura successione, quando moritur, vel cedit Coadiutor *antequam consequatur plenum titulum in beneficio, in quo suffectus est; nimirum ante mortem Coadiuti, secus cessat, si aliquando consecutus fuit titulum.*

1 VIdimus in antecedēti decisione per coadiutoriam affici beneficium; sed dubitatur, an mortuo coadiutore, siue cessante coadiutoria, puta, quia Coadiutor aliud consequitur beneficium incompatibile cum eo, cui datus fuit in coadiutorem, cesset affe-
2 ctio. † Ratio dubitationis est, quia mortuo Commendatario nō cessat affectio *Simonet. de reseru. quæst.* 59. *& ibi, Granutius, qui*
3 *plures Dd. allegat*; † Breuiter resoluitur dubium cum distinctione; Aut enim Coadiutor habuit aliquando in titulum beneficium, in cuius coadiutoriam datus fuit Coadiutor, & sic decessit titularius; vel decessit, vel cessit dum esset tantum Coadiutor: Si primo modo, nulla prorsus erit affectio, quia iam collatio Papæ habuit effectum, & sic intelligenda videtur decis. *Put.* 226. *n.* 14. *lib.* 3. In secundo verò casu, nempe quando decessit Coadiutor, beneficium remanebit affectum, vt vidimus in dec. Oxomen. & latè probat Garzia *p.* 5. *c.* 1. *n.* 174.

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Decretum appositum iuxta gratiam conditionalem non prius afficit, quam existat conditio, sub qua gratia facta fuit, nam conditio suspendit effectum decreti tamquam accessorij ad gratiam, cuius naturam sequitur.

1 DVbitatur quartò, an expiret reseruatio, si collatio facta fuerit absenti vigore reseruationis, qui tamen antequam acciperet literas mortuus est. D. Gaspar de Perusio hoc tangit *in suo tractatu, de reseruatione q.* 3. *n.* 1. *& Aeneas quæst.* 3. *verf. quæro.* & inclinat in negatiuam, dicens quod
2 ideò remanet reseruatum, quia ad effectum perfectionis collationis, requiritur consensus prouisoris, & prouisi *per c. cum inter canonicos* 21. *de electione & c. si*
3 *tibi absenti* 17. *de præb. in* 6. † Cū autem de prouisi consensu non apparet, dicendum est, collationem
4 non habuisse effectum; † nam moriens habetur pro dissentiente, *c. si*
5 *gratiosè* 6. *de rescript. in* 6. † & dicit quod antequam absens consentiat beneficium habetur pro vacante, licet non sit libera eius dispositio, *latè Franc. in d. c. si tibi absenti* num. 4. verf. *nota* 17.

P 4 de

6 *de præb.in 6.* † & huiusmodi beneficium sic collatum dicitur vacās, & non liberum Io. Andr. ibi; sed Petrus de Anchar. *in Clem.1. n.6. de concess. præben.* in verbo *ac ex*
7 *tunc* † notat eleganter, quod decretum Papæ appositum iuxta gratiam conditionalem, non prius afficit quàm existat conditio, sub
8 qua gratia facta fuit, † nam *inquit*, conditio, quæ suspendit effectum decreti, tamquam accessorij ad gratiam, ipsius naturam sequitur *c. si super gratia. 9.* & ibi *glos. de off. deleg. in 6* nec releuat dictio *ex tunc*, quasi à tempore datæ incipiat afficere, secundum intentionem concedētis, quæ primū locū obtinet in dispositionibus sub cōditione cōceptis *vt in l. conditionibus primū locū.*
9 *19.ff.de condit.& demonst.* † quia, inquit, dictio *ex tunc* exponitur, quasi existente conditione afficiat, & non prius; facit quod notat Innocentius *n.5. in c.præterea 40.de appell.* Et ex his intelliget vnusquisque an in dubijs occurrentibus expirauerit reseruatio.

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Prouisus in absentia potest re integra acceptare post terminum præfixum.

1 Collatum fuit beneficium Petro absenti, & eidem etiam fuit præfixus terminus ad acceptandum, elapso termino, cum non fuerit notificata aliqua acceptatio collatori, ipse collator illud ipsum beneficium cōtulit Antonio Petrus autē post terminum elapsum acceptauit; sed nescitur vtra præcesserit; an scilicet collatio, an verò acceptatio, dubium hoc pulchrum est, & practicabi-
2 le, & duo tangit, † nimirum, an possit prouisus acceptare post terminum, & an sit notificanda acceptatio collatori. Vt igitur breuibus negotium expediamus, dicamus cum Frāc. *in c. si tibi absenti n.6* vers. *& potest*; & inferius vers. *& sic infertur.17. de præb.in 6.* quod talis prouisus potest re integra acceptare, & nō tenetur notificare acceptationem conferēti,
3 quāuis † è contra notificanda omnino venit collatio legitimè, vt possit per testes, vel publicum Instrumentum probari.

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Collationi standum est post lapsum termini, & asserenti se acceptasse ante collationem incumbit onus probandi.

1 Dubitatur sextò quid faciendum vbi de prioritate collationis, vel acceptationis non apparet. Conclusio sit quod, præsupposito lapsu termini, stabitur
2 pro collatione, † quia, ex quo facta fuit tempore habili, & quo fieri potuit, incumbet onus probandi illi, qui asseueraret se acceptasse ante ipsam collationem, *ita decidit Franc. in d.c. si tibi absenti. n.6. vers. concludit. 17. de præbend. in 6.*

DV-

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Dissentiens cum renunciatione impeditur si postea consentit, idem si dissensus fuit acceptatus.

1 DVbitatur septimò quid faciẽdum quando prouisus dissentit, & postmodum iterum vult cõsentire. Hinc dubitationem mouet Franc. *n.12. in cap. si tibi absenti. 17. de præb. in 6.* & illam sic resoluit cum distinctione; Aut, *inquit*, dissensus fuit simpliciter factus; aut iunctam etiam habuit renunciationem, vel certè, etiam renunciatione cessante, huiusmodi dissensum acceptauit collator; Si primo modo dissensit, vtpotè, dicendo tantum, *nolo consentire*, poterit, re integra, iterum consentire; & talis consensus impediet collationem, etiam post lapsum
2 præstitutum tempus: † In secundo autem, & tertio casu non valebit consensus, ac tenebit collatio facta alteri.

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Procurator generalis, vel coniuncta persona, non possunt acceptare beneficium pro absente sine illius speciali mandato, nam coniunctio sanguinis non supplet defectus speciales, ratificatio tamẽ supplet.

1 POstquam vidimus acceptationem prouisionis factæ absenti de beneficio esse tantæ necessitatis; oritur nunc dubium non contemnendum, an possit consanguineus, vel amicus, aut aliàs generalis procurator acceptare beneficium pro consanguineo, vel amico absente. Io. Staphil. *de lit. grat. & sign. iust.* in rubr. *de effectu claus. vers. sextò quæritur. num. 17. fol. mihi 176.* dicit quod procurator generalis, vel coniuncta persona non possunt acceptare, nisi super hoc habeant speciale mandatum, attestans hoc affirmare *decis. 323. quæ incipit Nota Paulus in antiq. & alia 297. incip. Purificatio in nou. allegans etiam ad hoc Innoc. & Abb. in c. accedens. 24. de*
2 *præb.* † ea ratione, quia coniunctio sanguinis nõ supplet speciales defectus *vt in l. pater. ff. de minor.* cui decis. adstipulatur Franc. *n. 17. in c. si tibi absent. 17. de præb. in 6.* vbi plus dicit, videlicet, quod, licet beneficium sit collatum absenti, & pro ipso illius consanguineus, vel generalis procurator fuerit de eo inuestitus; nihilominus illud beneficium non sit ipsius absentis, nec statim dicitur suum, sed est necessarium vt consentiat, seu
3 ratificet; † quæ planè, ratificatio, *secundum eumdem Staphil. vbi supra num. 19.* debet fieri intrà illud tempus, intrà quod tenebatur declarare animum suum, *per l. penult. ff. rem. rat. habe.* quamuis æquius sit adhærere sententiæ Franchi *vbi sup. vers. aduerte*, qui dicit, quod sufficit, vt huiusmodi ratificatio fiat re integra, quãuis esset elapsum tempus,
4 qui etiã, † quoad procuratorẽ generalẽ, distinguit; vel enim est constitutus ad omnia negotia, & non acquirit; vel est generalis ad acceptan-

ptandū,& impetrādum beneficia, & sic acquirit,& potest virtute huiusmodi generalis mandati acceptare beneficia,etiā cū dignitate, & cura animarum, licet de eis expressa mentio facta non fuisset in procura, quia, *inquit*, illud mandatum est fauorabille,ideò latè in-
5 terpretandum, † & tantum facit generale mādatum quoad omnia, quantum speciale quoad quædam, *arg. l. si duo pluresue.52.ff.de administr. & pericul. tut. Henric. Boicb.n.1. in d. c.accedens. 24. de*
6 *prab.vbi allegat d.l. si duo, † sed corruptè, nam dicit l. si duo pro socio.ff.de administr.tut.qua plane. l.nullibi.ff.*vel C.*aut Inst.Au-*
7 *thenticorumve,reperitur.*† Is autem procurator potest constitui etiam laicus, *Io. Andr.in c.ne captanda. 3. de conceß. prab. Boicb. num.5. & 7. in c. accedens.24. de prab. Anchar. n.2. in c.1. de procurat. in 6.Staphil.vbi sup. n.20.*
8 nam, † inquit, non auctorizat in hoc casu laicus, nec sibi aliquid acquiritur,sed transit illud ius spirituale in dominū, sicut aqua per canalem lapideum;aliam prçterea
9 assignat rationem,†quia,acceptatio nihil aliud est, quam voluntatis declaratio,& istud cadit in laicum, & quemlibet incapacem, prout est excommunicatus, qui potest acceptare, sed non facere sibi prouideri *per decis.126.incip. Nota quod excomunicatus in antiq.* nam exprimit nudum consen-
10 sum alterius,† vnde sicut quis potest contrahere tanquam procurator matrimonium carnale cum illa, cum quā non posset nomine proprio, vt putà clericus; ita,etiā dicendum est in matrimonio spi-
11 rituali, † nam valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, & è conuerso *c.2. de traslat. prælat.* hæc Staphil. Animaduertendum tamen est ad illud, quod Staphil. dixit superius, nempe *quod excommunicatus poßit ac-*
12 *ceptare*, † quia aliud velle videtur Anchar. *vbi supra*. & Imol. *n.26. in clem. Religiosus.3.de procurat. & est tex. in c.post cessionem. 7. de probat. vbi habetur, apud scribentes, casus decisus*.

13 Dubitauit prætereà Ancharan. *in d.c.1. de procur.in 6. post Cyn. in l. quòd quis. 8. C. de procurat.* vtrum possit constitui procurator inhabilis, putà frater minor ad substituēdum habilem,& se remittit *ad Cyn. in d. l. quod quis, & ad Clem. Religiosus.3. de procur. ad notata in d. c. accedens. 24. de praben.* qui deinde Anchar. *in d. clem. Religiosus.n.2. verſ. quartò nota*, ait,quod inhabilis,sicut non potest constitui procurator, ita nō potest constitui ad substituendū habilem; se tamen remittit ad distinct. quam facit glos. fin. quam ibi etiam recenset, sed diffusius Imol. *ibi n.24. & seq.* vbi distinguit triplicem speciem inhabilitatis; nam quidam sunt,inquit,om-
14 ninò inhabiles,† vt serui, qui non possunt esse in iudicio, *l.seruus.6. C. de iudic.* & tunc non tenebit substitutio à tale facta, sicut nec constitutio de ipsis facta tenet; ad hoc alleg. *c. iudex. in fi. 5. de off.*
15 *deleg. in 6.* † quidam sunt inhabiles ad suscipiendum officiū procu-

curatoris propter defectum auctoritatis superioris, qua interuenien-
16 te essent habiles, † & tunc non est necesse quod in substitutione interueniat auctoritas, sicut in assumptione procurationis, vt pro-
17 batur *in d. Clem. religiosus.* † quidam sunt inhabiles per exceptionis obiectum, qua non opposita, aliàs essent habiles, vt mulieres, & tunc possunt substituere, & tenebit substitutio, nec poterit exceptio aliqua obijci.

DVBIVM NONVM.

ARGVMENTVM.

Procurator generalis sine facultate ad quærendum possessionem non adipiscitur validè ipsam possessionem, nec per huiusmodi apprehensionem vacat primum incompatibile cum acceptato.

1 Vidimus procuratorem generalem posse acceptare beneficia vigore generalis mandati ad acceptandum beneficia; sed dubitatur, an valeat etiam illius vigore adipisci possessionem, saltem ad inducendum vacationem primi incompatibilis. D. Philip. Franc. *in c. si tibi Absenti. n. 8. vers. in ea. glos. 17. de præb. in 6.* dicit quod non valet vigore huiusmodi generalis mandati procurator generalis possessionem beneficij adipisci,
2 nisi † insit etiam facultas ad quærẽdum possessionem, alioquin per huiusmodi possessionem, quamuis pacificam, non vacaret primum incompatibile cum acceptato ab ipso procuratore, allegat ad hoc *c. de multa. 28. de præb.* facit quod tradit Io. Bapt. Ferret. *in cons. 29. n. 5. p. 1.* vbi dicit, quod possessio potest acquiri per amicum sine mandato, sed nihil valet nisi in tempore sequatur ratificatio *ad l. si ego. 25. ff. de negot. gest. c. accedens. 24. de præb. & glos. in verb. collato. in Clem. 1. vt lit. pend. & capella Tholos. decis. 486. Ioseph.*
3 *Ludou. conclus. 30. vers. 89.* † qui concludunt ad acquirendum possessionem beneficij requiri speciale mandatum.

DVBIVM DECIMVM.

ARGVMENTVM.

Dispensatio super retentione primi beneficij incompatibilis, quando suffragetur.

Sed dubitatur, quid dicendum in hoc casu. Aliquis habens beneficium curatum, aliud simile
1 consequitur; † & cum vacet primum, *per c. de multa. 28. de præb.* alteri absenti illud ipsum sic vacãs confertur, sed antequam iste acceptet, ille primus obtinet dispensationem, pro retinendo etiam primum; An valeat huiusmodi dispẽ-
2 satio? † Soluimus casum cum distinctione, vel enim is, qui obtinuit dispensationem, de primo retinendo, mentionem fecit de collatione facta huic absenti, vel certè, non fecit mentionem. In primo casu
3 valet dispensatio; † in secundo verò, non tenet, etiam si facta fuisset motu proprio ipsius Papæ; vel etiãsi impetrans ignorasset ipsam
4 collationem fuisse factam; † nam-

quam-

quamuis motus proprius præferuet à subreptione, *ex decis. 33. n. 6. & 8. de præb. in antiq.* non tamen præiudicat alteri in iure quæsito in re, nec ad rē *ad not. in c. quamuis. 8. de rescrip. in 6. Rot. d. de-*
5 *cis.* 33. † & adeo impeditur huiusmodi dispensatio facta sine mentione talis collationis, vt nullus reuiuiscat bonus effectus, quãuis prouisus deinde non acceptaret *per c. auditis. 29. de elect. & c. confirmatur. 19. de reg. iur. in 6. quæ iura allegat Franc. qui hoc tradit n.* 10. *in c. si tibi absenti.* 17. *de*
6 *præb. in 6.* † vbi etiam declarat, vt non reuiuiscat dispensatio, quãdo fuit subreptitia; secus tamen si facta fuisset motu proprio, vel ignorante eo, qui obtinebat primum beneficium, collationem factam fuisse secundo absenti.

DVBIVM XI.

ARGVMENTVM.

Ordinarius iterum confert beneficium, quod contulerat absenti, si taliter prouisus dissentiat; quamuis Papa ante acceptationem, vel dissensum huiusmodi contulisset cum clausula tamen dummodo tempore datæ &c. *quia gratia subreptitia non impedit Ordinarium, quin possit iterum conferre, si prouisus dissentiat.*

1 Aliud Dubium, & quidem pulcherrimum excitat Francus *n. 13. in d. cap. si tibi absenti.* 17. *de præb. in 6.* formans casum in hunc modum.

Ordinarius contulit beneficium T. & antequam acceptet, Papa contulit idemmet beneficium C. vel saltem conferri mãdauit, cum clausula, *dummodo à data præsentium non sit alteri ius quæsitum:* modò duplex oritur dubitatio; Prima, An possit T. consentire: Secunda; An dato quod dissentiat, possit Ordinarius illud ipsum beneficium iterum conferre, in præiudicium Papæ. Hunc eumdem casum format Lap. *n. 12. in cap. si tibi absenti. 17. de præb. in 6.* ad quem respondisse asserit, nec piget verba illius referre de verbo, & sunt sequentia.

2 *Huius quæstionis solutio colligi posse videtur* de rescrip. c. capitulum Sanctæ Crucis in magna glos. cart. vlt. ver. itē quid sit prouisio, & D. M. post Innoc. & Host. de elect. dudum 2. super ver. dispensatio, & de excess. Prælat. c. inter dilectos, & post addit. Innoc. de concess. præb. c. cum in vestris, super verb. assignauerit, eo. in Clem. eod. tit. cap. cum ei super verb. infrà mensem in fin. glos. *& hic per quæ videtur dicēdum, Ordinarium beneficiũ prædictum iterum non posse conferre, sed ipsius collationem spectare, hac vice, ad Papam, & hoc videtur tenere* in d. c. cum ei D. M. & Pau. *sed venia impetrata si expedit de iuris subtilitate, ac veritate perquirere, potius dicendum videtur contrarium, vt scilicet Ordinarius possit iterum beneficiũ ipsum conferre, & quod de iure valeat ipsa collatio, ratio, nam, vt rectè*
3 *intuentibus patet,* † *in agendis attenditur causa, modus, & finis agen-*

agendorum,& vltra quod agitur extendi non debet. 15. q.6. c. 1. in fi.23.quæst.8.c.accidit; *sed causa, modus, & finis in collatione, seu mandato papali sunt*, vt si alteri, non esset ius quæsitum in benefi-
4 cio, vel ad illud, † *quia sic videtur intelligendum,* illud alteri tẽpore datæ non esset ius quæsitum, vel esset de illo per Papam facta
5 collatio, † *hic autem erat alteri ius quæsitum saltem ad rem, per Ordinarij collationem, adeo quod etiam per Papam de hoc ipso tacitè facta collatio non valeret*, vt in isto c.& infrà eodem tit. si postquam & ibi not. *est ergo gratia specialis de illo beneficio facta subreptitia,& per consequens nulla, & non valitura impetranti, nec impeditura collationem fiendam per Ordinarium postremũ, etiam in prima,& ea vacatione;quia de hoc non agebatur: Secus si Papa Motu proprio beneficium reser-*
6 *uasset;* † *nam tunc licet collatio Ordinarij præcedẽs reseruationem Papalem valeret;non tamen posset ille prouisus collationi Ordinarij consentire, licet dissentire posset*, ad hoc. de elect. innotuit. & eod. tit. si eo tẽpore hoc libro, & quod
7 ibi not.& scripsi ibi & hic, † *& si dissentiret, non posset Ordinarius tunc de beneficio ipso disponere, alicui prouidendo, nisi primò de ipso disponeretur per Papam,* vt in d. c. si eo tempore. *& ita intelligantur iura, quæ in contrarium facere videntur; ratio quia isto casu non est subreptio, & quia Papa vult Ordinario potestatẽ de illo beneficio conferendo auferre, & ad se reuocare* glos. 1. non obstat, quia ibi nulla subreptio,& est beneficium affectum & tamen per Papam disponendum, & eius contrarium patet per c. prædictum si clericus,vt etiam ibi scripsi: facit ad hoc inf. de concess. præb. quia cunctis, & quod ibi not. & per D. M. post Innoc. & Host. facit etiam præd. cap. cum ei respon. & addit. Innoc. quam posuit D. M.
8 in d. cap. cum vestris, † *vbi dicit Innoc. quod quando facta est prouisio per rescriptum subreptitiũ, reuertitur potestas ad Ordinariũ;*
9 *debet* † *tamen super illa subreptione pronunciare:* quod hoc sit verum, probatur per d. cap. si clericus. eod. tit. & lib. & per ea, quæ ibi scripsi. *Hæc sunt verba formalia Lapi.*

10 Francus tamen *ibidem num.*13. *vers. sed certè*, inclinat vt huiusmodi reseruatio, etiãsi facta esset Motu proprio, non præiudicet;
11 nam † de facta ad instantiam tertij, non habet dubium quod non præiudicat, neque propterea impedit consensum, nisi habenda fuisset mentio de collatione non acceptata tempore impetrationis; tunc enim proculdubio, inquit, impediret consensum.

12 Et sic quo ad primum membrum, concludendum videtur pro validitate collationis quidem, sed de impotentia consentiendi secundum Lapum: de validitate autem collationis, & etiam de potentia consentiendi, quando de collatione non acceptata nulla facta fuit mentio, concludi potest cum Franco.

Quo

13 Quo verò ad ſecundum membrum quatuor concluſiones formari poſſunt, ex Lapo vbi ſuprà.

14 Prima igitur cõcluſio erit, quod ſi gratia facta à Papa de tali beneficio erat ſubreptitia, non impedit Ordinarium, quin iterum poſsit conferre ſi prouiſus diſſentiat, vel renunciet.

15 Secunda concluſio eſt, quod vbi nulla ſubeſt ſubreptio, tunc beneficium afficitur, ac proinde ſecunda collatio Ordinarij non tenet.

16 Tertia concluſio eſt, quod ſi Papa prouidet reſeruando Motu proprio, nemine expreſſo, cui vellet conferre, tunc non poteſt prouiſus ab Ordinario cõſentire collationi ordinarij, licet diſſentire poſsit; nam hoc caſu, quia ceſſat ſubreptio, ſuperq. liquet quod Papa voluit auferre Ordinario poteſtatem conferendi.

17 Quarta concluſio eſt, quod ſi
Papa poſt collationem Ordinarij
nondum acceptatam mandat alteri
conferri, & pro eo reſeruet,
etiam motu proprio, non impedit;
18 enimverò † Motus proprius non
tollit ius quæſitum ante reſerua-
19 tionem; † debent nihilominus per
Papam reliqua expediri in perſona
illius, cui erat ius quæſitum
per d. c. ſi eo tempore. 45. *de elect. in* 6. *& ibi gloſ. in verbo alia. & d. c. ſi tibi abſenti* ibi *vel quicumq;*
20 *alius.* 17. *de præb. in* 6. † quãobrem
Papa non poterit præiudicare iuri
quæſito alteri niſi exprimat, & ex
certa ſcientia velit huiuſmodi iuri
derogare *Franc. ibi. n.* 14. *cui de-
tiſ. videtur ſubſcribere Gaſp. de
Peruſ. de reſeru. beneſ. q.* 4. in qua
quo

21 Tutior tamen videtur concluſio
Illuſtriſs. Simonetę *de reſeru. q.* 58.
& ibi Granut. videlicet quod quo-
quomodo Papa appoſuerit manũ,
nequeat Ordinarius amplius ſe
intromittere, niſi collatio Papæ
fuerit aliquando ſortita effectum:
ſed declaranda eſt, hæc concluſio,
vt intret vbi mandatum nullam
continet conditionem, at ſecus ſi
ſit conditionatum; tunc enim per
huiuſmodi mandatum de prouidendo,
ſi non ſortiatur effectum,
non cẽſebitur affectum ex defectu
conditionis *Simoneta q.* 66. *n.* 6.
Innoc. n. 5. *in c. inter dilectos* 11.
22 *de exceſſ. Prał.* † velut etiam
quando Papa prouidit ex falſa
cauſa, quando falſitas eſt circa
pertinentiam collationis, vt deciſum
fuit in Oximen. Archid. relata
ſup. *hoc Prælud. dub.* 2. *n.* 18.
*quam vide, cum alijs caſibus ibi
relatis. n.* 24.

DVBIVM XII.

ARGVMENTVM.

Appoſitio manus Papæ in reſeruando penſionem ſuper aliquo beneficio illud non afficit.

Poſtquam agimus de affectione, non contemnendum caſum
refero, qui ſuperioribus menſibus
1 occurrit, † dum quidam Curialis
quæreret conſenſum à quodam
beneficiario pro transferendo pẽ-
ſionem, & cum ad huiuſmodi con-
ſenſum dandum beneficiarius ſe ſe
difficilem præberet, putauit curia-
lis illũ coarctare huiuſmodi mo-
tiuo, videlicet, quod illud benefi-
cium

cium nulliter sibi collatum fuisset per Ordinarium, ea ratione quod esset reseruatum, illo capite, quia fuerat à Papa sibi super eo reseruata annua pensio, qua planè reseruatione stante, prætendebat beneficium fuisse affectū de tempore collationis Ordinarij, sed nos videamus de veritate huius dubij. Reuera Petr. Gregor. Tholossan. *in suo eleganti tractatu de beneficijs cap. 24. n. 5. vers. admonebimus*, tenet, † & concludit quod
2 huiusmodi beneficium est affectum, propter huiusmodi manus Papæ appositionem, in reseruando pen-
3 sionem, † facere etiam videtur, quod si aliquod beneficium datur in commendam per Papam, quod moriente Commendatario, tale beneficium remanet affectum, vt per Simonetam *de reseru. benef. q. 59. n. 7.*

In contrarium tamen est veritas, & hanc veritatem defendit subtiliter, & latè *Gonzal. glos. 52. n. 40. & 41.* attestans de stylo, & Garz. *p. 5. c. 1. n. 171. & 172.* qui vno ore concludunt, beneficium ob reseruationem pensionis minimè affici, quod etiam annuere videtur Simoneta *de reseru. q. 62. in fi.* nec obstat exemplum de cō-
4 menda, † enim verò beneficia, quæ dantur in commendam, non vacāt per mortem Commendatarij, sed
5 vacant vt prius, † & sic Cancellaria amplectitur, quod per Commendam non extinguatur reseruatio, *contra Collect. in c. si confliterit. de accus. in 12. q. vsque ad fi.* teste prædicto Simon. *in d.* ¶ *q. 59. n. 6.* [Nisi dicamus, quod voluerit Tholosanus intelligere, quamuis non se declaret, quando Papa reseruauit pensionē pro concordando, vel sedando lites, & nihilominus beneficium adhuc restat conferendum, nam eo casu videtur quod remaneret affectum, vt dixi superius in isto Præludio *num. 4.*]

DVBIVM XIII.

ARGVMENTVM.

Traduntur causæ, ex quibus cesset, vel inducatur affectio.

1 OCcurrit decimotertiò dubitare, an per concessionem regressus afficiatur beneficium. Æneas de Falconibus in suo tractatu *de reseruat. q. 2. effectu 47.*
2 *n. 11.* dicit, † quod reseruatio causata ex familiaritate includit etiā beneficia, ad quæ familiaris habebat ius ad rem, *vt in reg. 3. in fi.* quod, inquit, est mirabile, & quam-
3 uis dicat ibidem *n. 1.* † esse diligentissimè aduertendum, quia multi sunt modi, per quos acquiritur ius ad rem, & tamen non in omnibus illis potest habere locum
4 illa regula, † & dum numerauerit plures modos huiusmodi, tandem *in 9. mod. n. 11.* dicit, *Nonus modus est, per regressum, siue accessum, quem familiaris habebat ad beneficia Titij, nam si contingat Titio primò mori, postea ipsum familiarem priusquam vigore regressus apprehenderit beneficia Titij, fortè cadunt in regulam prædictam*; hęc sunt verba formalia ipsius Æneæ, post quem Rot.

in

in vna Placent. Canonic. & præb. die Vener. 8. Februar. 1577. *coram bo. mem. Illustriss. Card. Seraph.*
5 sic † decidit *Regulam de mense non obstare in casu, de quo agitur, quia cum beneficiũ non esset reseruatum* Put. decis. 47. de præb.
6 *ratio † fundamentalis eius decisionis est, quia reseruatio regressus non simpliciter reseruat beneficium, sed afficit tantummodo ius ad rem, quod dicitur reseruatum prout in reg. 3. & ideo ius in re non reseruatum, nec affectũ, alias secundum DD. sequeretur absurdum, quòd si obiret familiaris antequam fieret locus regressui, si postea decederet ille, qui obtinebat, esset reseruatum, quod non est dicendum, cum vacet ex persona illius, qui nõ est familiaris Card. licet Aeneas allegatus* de reseru. eff. 47. n. 11. & 12. q. 4. *sub dubio teneat quòd sit, quando prius decessisset obtinens beneficium, & postea decederet familiaris habẽs regressum, eo nondum acceptato,*
7 *qui est casus noster; † Præterea certum est, quod per Papæ proui-*
8 *sionem cessat reseruatio; † & ideò cum sit locus regressui intrat prouisio, quæ facit cessare reseruationem, cum tunc temporis regressum habens non esset amplius familiaris.*

9 *Nec obstat, quod consequitur beneficium ex prouisione habita ex tempore familiaritatis, quia illa est euentualis, & cum clausula* ex nunc, prout ex tunc, *quæ tribuebat, vt dictum est, ius ad rem, quod diuersissimum est à iu-*
10 *re in re, de quo agimus; † & tempus euentualis conditionis est spectandum.* Cassad. decis. 3. n. 29. de præb.

11 Ex præmissis concludamus, Primò reseruationem regressus non simpliciter reseruare beneficium, sed tantummodo afficere ius ad rem.

12 Secundò, ex huiusmodi reseruatione regressus ius in re, nec reseruatum, nec affectum esse.

13 Tertiò, moriente beneficiato post eum, qui habebat regressum, huiusmodi beneficium nullatenus remanere reseruatũ, nec affectum.

14 Quartò, beneficium non esse reseruatum, quamuis familiaris Cardinalis, qui habebat regressum, decederet post beneficiatum, nondum tamen acceptato regressu, quod planè Æneas in dubio reliquit, & est casus *d. decis. Seraphin.* 315.

15 Quintò per prouisionem Papæ cessare reseruationem.

16 Sextò, regressum habentem de tempore, quo non est amplius familiaris facere cessare reseruationem, quando intrat prouisio Papę.

17 Ex his patet solutio ad casum, an si acceptetur regressus ab eo, qui tẽpore reseruationis huiusmodi regressus erat familiaris Cardinalis, & de tempore acceptationis desiuit esse familiaris, beneficium remaneat nè reseruatum. Soluitur, inquam, negatiuè, quia, quamuis huiusmodi beneficium acquiratur ex prouisione habita
18 tempore familiaritatis; † nihilominus, quia illa est euentualis, & cum clausula, *ex nunc, prout ex tunc,* quæ tribuit ius ad rem, ideò spe-

ſpectandum eſt tempus euenientis conditionis, quam ob rem, cum deſiuerit eſſe familiaris tempore vſus regreſſus, ceſſare proinde debet reſeruatio, quam non poteſt afferre regreſſus conceſsio.

19 Nimium eſſem prolixus ſi omnes caſus huc referre vellem, in quibus vel ceſſat, vel certè oritur affectio; quocirca calamum conſultò ad alia retorquere intendo.

20 Cæterum nè, quæ in iſta materia admodũ proficua ſunt, & breuiter referri poſſunt prætermittere videar; in medium proindè affero eas cauſas, quas colligit Gonzales *in gloſ.* 52. ex quibus oriatur, vel ceſſet affectio.

21 Et primò, præmitto cauſas inducentes affectionem, inter quas conſtituo eam primam eſſe, quæ contrahitur ex Commenda beneficij, vel adminiſtratione in ea appoſita, vel ex vnione ad vitam alicuius facta per Papam *Gonzal. d. gloſ.* 52. *n.* 11. *&* 12.

22 Secunda ea eſt, quæ contrahitur ex mãdato de prouidendo, de certo beneficio, etiam ante illius vacationem *Gonz. ibi. n.* 13.

23 Tertia contrahitur ex decreto de dimittendo beneficium in manibus Papæ, quod quotidie videmus, quamuis ſi medio tempore, nondum adueniente, nec impleta conditione, beneficiatus obiret, vel aliàs matrimonium contraheret, ante dimiſſionem tenet Garz. *de benef. p.* 11. *c.* 5. *n* 63. quod non diceretur affectum huiuſmodi beneficium, ac propterea poſſet ordinarius liberè illud conferre, licet Gonzal. *d. gloſ.* 52. *n.* 14. & Æneas *de reſeru. q.* 4. *effectu* 41. *in fi.* teneant huiuſmodi beneficium dici affectum: & hæc videtur tutior.

24 Quarta oritur ex præuentione Papæ cum intentione præueniendi in conferendo *Gonz. ibi. n.* 15.

25 Quinta eſt, quæ contrahitur ex reſignatione facta in manibus Papæ, etiã in menſe ordinarij, *Gonz. vbi ſup. n.* 16. quamuis ſi deinde moriatur reſignans intra xx. dies, ex quo tale beneficium diceretur vacare *per Reg. de infir.* nempè per obitum, & non per reſignationem, poſſet ordinarius liberè conferre, ſi vacauerit in ſuo menſe, non obſtante huiuſmodi reſignatione facta in manibus Papæ, defendit Simoneta *de reſeru. q.* 28. *n.* 6. *verſ. Sed regula*, & poſt eum *Garzia p.* 5. *c.* 1. *n.* 158. *& Io. à Kochier. in d. reg. de infir. n.* 21. *verſ.* ¶ *Sed huic.* [Vt clara ſunt verba ipſius reg. quæ eſt 19. videlicet.

Regula de viginti.

26 *Item voluit, quòd ſi quis in infirmitate conſtitutus reſignauerit aliquod beneficiũ, ſiue ſimpliciter, ſiue ex cauſa permutationis, vel aliàs dimiſerit, aut illius commẽdæ ceſſerit, ſeu ipſius beneficij vnionis diſſolutioni conſenſerit, etiam vigore ſupplicationis, dum eſſet ſanus ſignatæ, & poſtea viginti dies à die per ipſum reſignantem præſtandi conſenſus, cõputandos; de ipſa infirmitate deceſſerit, & ipſum beneficium quauis auctoritate conferatur, per reſignationem ſic factam, collatio huiuſmodi ſit nulla, ipſumq. beneficium nibilominus per obitum cenſeatur vacare.*]

Q Quo-

27 Quomodo autem probanda sit mors in odium Resignatarij, videndus est *D. Lel. Zec. de benef. c. 13. n. 3. verf. vbi verò ex Sarnen. in d. reg. de infir. q. 9.* qui dicit, quòd qui ait, debet probare, & nō solum debet probare mortem resignantis, sed etiam quod mortuus sit intra xx. dies post consensum prę-
28 stitum *Sarn. d. reg. q. 36.* † quæ probatio debet esse plena, cum agatur de magno præiudicio, vndè non sufficit, inquit, publica vox de morte, nec sat erit iuramentum, sed requiruntur saltem duo testes, qui dicant se vidisse illum mortuum, & sepulturæ tradi.

29 Porrò si resignans in fauorem consanguinei, vel amici moritur in domo eiusdem, & publicatur mortuus post xx. dies, nec sint, qui de tempore obitus possint iustificare, præsumitur mortuus intra xx. dies *Mandos. in d. reg. de infir. q. 8. n. 1. verf. contrarium.* & maximè vbi Medici, & alij ante finem termini non permittebantur accedere ad eum, nec possit cognosci ex insignis. *Paris. de resign. lib. 12. quæst. 7.*

30 Sexta erit, quæ contrahitur ex renunciatione iurium, quæ aliquis habet ad beneficium, vel in beneficio, *Gonz. d. glos. 52. n. 16.*

31 Septima oritur ex mandato prohibitiuo, seu inhibitorio, ne electores eligant, collatoresvè conferant tale beneficium *Gonzal. d. glos. 52. n. 19.*

32 Octaua hauritur ex interpositione manus Papæ in aliquo actu cōcernente validitatē electionis, vel collationis *Gonzal. glos. 52. n. 20.*

33 Nona emanat ex priuatione facta Apostol. auctoritate, vel aliàs ex mandato Apostolico de priuando *Gonz. glos. 52. n. 21.*

34 Decima nascitur ex collatione Papæ, vbi quis est prouisus à Papa, si postea indigeat aliqua dispensatione, quam aliàs posset ordinarius de iure concedere, vt dixi in hoc *Prælud. num. 4. & tradit Gonz. d. glos. 52. n. 21.*

35 Vndecima causa affectionis inducitur, propter multiplicationem collationum, vtpotè, si quis cum sit prouisus à Papa de aliquo beneficio recurrit ad ordinarium, & ab eo obtinet collationē eiusdem beneficij, tunc equidem tanquam ingratus cadit ab omni iure per Apost. collationem acquisito, & collatio ordinarij nihil illi potest suffragari, attēta appositione manus Papæ *Gonz. de mens. & alter. glos. 52. n. 23. post Abb. n. 18. in*
36 *c. cum olim. 12. de re. iudic.* † quod planè annuit Hostien. relatus per Abb. *n. 8. in c. in nostra. 32. de rescrip.* vbi decidit quod is, qui obtinuerat literas validas, & subinde impetrauit secundas subreptitias, quibus planè vsus fuit ante primas non poterit aliquid consequi vigore primarum, quibus tacitè renunciauit vtendo secundis; nec aliquid poterit firmiter consequi ex secundis cum sint subreptitiæ, quod apprimè notādum inculcat.

37 Porrò si quis esset ab ordinario prouisus, non impediretur quominus posset licitè recurrere ad Summum Pontificem, & ab eo nouam prouisionem obtinere *c. post electionem. de conceß. præbend.*

Re-

Rebuff. in prax. rubr. de nou. pro-
38 *uis. per tot.* [redacted] quidem regulariter non datur nisi quis dubitet collationem, vel prouisionem ordinarij viribus non subsistere, *Re-*
39 *buff. vbi supra n. 6.* † nam in prouisionibus Papæ, etiã inutilibus nõ datur noua prouisio, sed rescriptum nuncupatum *perinde valere* D. Pau. Paris. *conf.* 118. *n.* 25. *vol.* 4.
¶ *Rebuff. loco cit. n.* 5. [Intellige de prouisionibus quarũ nullitas prouenit aliunde quã ex defectu ætatis, vel clericatus; nam hi defectus non consueuit sanare Papa per d. rescriptũ *perinde valere*, sed opus est noua prouisione, & hũc esse stylum Datariæ accepi ab Illustriss. D. meo Augustino Vrando viro doctissimo, & in Dataria versatissimo, hodie subdatario S. D. N. Vrbani VIII. quem seriò consului.]
40 Licet autem non possit aliquis se fundare super duobus titulis obsistente in hoc *c. vt quis duas.* 25. *de elect. in* 6. *vbi Francus. num.* 3.
41 dicens, † quod eligens vnam viam de incompatibilibus non solum videtur alteri renunciare, & præcluditur sibi via ad alteram ipso iure, vt *in cap.* 1. *de postul. prælat. in* 6. sed etiam videtur cõfiteri, sibi ius ex illa non competere *d. c. vt quis duas*; potest nihilominus se defendere ex vtroque titulo, Abb. *in d. c. in nostra.* 32.
42 *de rescrip.* † imò potest virtute duplicis collationis etiam à diuersis factæ petere possessionem beneficij, ex cõclusione *Abb. Lap. & Dom. in d. c. vt quis duas.* 25. *de elect. in* 6. *Lap. alleg.* 132. *n.* 2. *quem allegat Francus vbi supra n.* 3. *vers. & ex hoc.* & sic posset multiplicare titulos, & ipsis se iuuare, vt notat *Fel. in d. c. in nostra. n.* 2. *de rescr.* & dixi *sup. Pralud.* 7.
43 *dub.* 21. *n.* 159. *& seq.* † etenim Papa cum in beneficialibus sit dominus solus, & nullis legibus coarctetur *Gonz. §.* 1. *procem. n.* 33. *& seq.*
44 nedum † potest apponere manum; quin potest etiam auferre cuilibet suum beneficium, etiam sine causa *Gonzal. d. §.* 1. *procem. n.* 36.
45 multò † ergo magis potest concurrere cum ipso ordinario, *Gonzal. §.* 2. *procem. n.* 1. *&* 51. ita vt si fortè præueniat, liget perinde manus ipsius ordinarij, vt deinde nequeat pro illa vice se vlterius in d. collatione intromittere *Gonz. §.* 3. *procem. n.* 146.
46 [Et tunc dicitur, velle præue-
¶ nire quando adest clausula *dummodo à die datæ præsentium non sit alicui ius quæsitum*, vel adest clausula *seu alio veriori mense* Beltramin. *ad decis.* 314. *num.* 6.
47 *Gregor. XV.* † Contra verò si ordinarius præueniat tenebit ipsius collatio, non autem Papæ, si tamen nulla obstet reseruatio, vel affectio aliunde causata, quia habet ius accumulatiuè ad Papam *gl. prag. Sanct. verb. præuentionem. de collat.*
48 Accepi nihilominus, & hodie omnino certior factus sum, quod Papa consueuit conferre beneficium iam collatum ab ordinario, etiamsi nullatenus esset reseruatum, vel affectum, quando aliquis, præcauens beneficiarium eò esse redactum, vt illius penitus desperata sit salus, atque adeo

Q 2 breui

breui vacaturum sit beneficium, veritusq. nè vacatio contingat in mense Apostolico, fategit per amicos supplicationem pro se porrigi Sanctissimo, & ab eo signatam in regestum referri; habeo inquam pro certo, quod si tale beneficium vacet deinde in mense ordinario, etiamsi aliàs non sit litigiosum, aut reseruatum, nec affectum, & Ordinarius illud conferat ei, pro quo huiusmodi supplicatio porrecta, & signata fuit per Papam, tametsi aliàs collatio ordinarij tenere deberet, & re vera teneret si per eum fieret alij, quam tali supplicanti, & potissimum si collatio ordinarij praeuenisset prouisionem Papae; quinimò & etiam si anterior esset illa Papalis, nisi tamen, vt dictum est, Papa vellet concurrere, vel praeuenire ordinarium; attamen nisi huiusmodi prouisus, & impetrator expediat Bullas à S. Sede; quantùuis Papa etiam non conferret alij, nec fortasse etiam concederet gratiosam subrogationem in possessio-
49 nem defuncti, † quae planè gratiosa subrogatio, *vt vidimus superius dub. 2 n. 10. in isto Pralud.* datur non solum data lite, sed etiam vbi concernit sola affectio. *Rota in Romana clericatus S. Petri. 27. Nouembris 1602. coram Illustriss. Pamphilio. n. 4. vers. non obstat subrogatio gratiosa apud Farinac. decis. 516. in nou.*
50 *nouiss.* † & apertius *in Tritanen. Archipresbyteratus. 2. Decembris 1598. coram R. P. D. Orano. num. 4. decis. 585. apud eumdem Farin. d. compilat.* in qua dictum fuit non obstare, quod super Archipresbyteratu non fuerit lis &c. & conclusum fuit sufficere, vt beneficium sit reseruatum, vel affectum, vel aliàs collatio ordinarij impediatur, dummodo possessio sit vacans; collatio nihilominus tali per ordinarium facta, tot inuoluetur difficultatibus, vt miraculum penè sit si substineri poterit.

51 Etenim si supplicatio fuerit signata per Papam ante obitum possessoris, tunc intrabit *reg. xxi. Cancell. de non impetrando beneficia per obitum viuentium*, per quam dicetur effectus inhabilis ad dictum beneficium obtinendum, vt clara sunt illius verba, quae sequuntur videlicet.

De non impetrando beneficium per obitum viuentium.

52 *ITem, si quis supplicauerit sibi de beneficio quocunq; tanquam per obitū alicuius, licet tunc viuētis, vacante prouideri, & postea per obitum eius vacet, prouisio, & quaeuis dispositio, dicto supplicanti, per obitum huiusmodi, denuo facienda nullius sint roboris, vel momenti.*

53 Et adeo inuisa, ac abominabilis est Summo Pont. huiusmodi impetratio beneficiorum viuentium, vt in illius precauium ediderit aliam reg. Cancell. quae in ordine est 30. per quam nullas declarat gratias, quas fecerit in antea per obitum, nisi post obitum, & ante datam gratiarum tantum tempus effluxerit, quod de locis in quibus vacationes contigerint ad notitiam S. Sed. verisimiliter potuerint peruenisse, vt in sequenti regula.

De

De verisimili notitia.

54 *Item, voluit & ordinauit, quòd omnes gratiæ, quas de quibuscunque beneficiis ecclesiasticis, cũ cura vel sine cura, secularibus, vel regularibus, per obitum quarumcumque personarum vacantibus, in antea fecerit, nullius roboris, vel momenti sint, nisi post obitum, & ante Datam gratiarum huiusmodi, tantum tempus affluxerit, quod interim vacationes ipsæ de locis, in quibus personæ prædictæ decesserint, ad notitiã eiusdẽ* D.N. *verisimiliter potuerint peruenisse.*

55 Si verò præcesserit obitus, tunc aut præcesſit etiam gratia Papalis, aut præcesſit collatio ordinarij: si præcesſit gratia Papalis, tunc quidquid sit de affectione, quæ diceretur inducta in odium dicti impetrantis, licet fortasse non in præiudiciũ Episcopi, quippequi Papa nunquam intendit lædere ius ordinarij, nisi aliter appareat de eius mente, vt dictum est superius, videtur adhuc, quod non posset sustineri talis impetrator in dicto beneficio sibi postmodum collato per ordinarium; nam, vt dictum est, ex quo à maiori ad minorem videretur recurrisse, incideret in pœnam ingratitudinis, & sic priuationis beneficij sibi vt supra collati: si verò præcesſisset collatio ordinarij, tunc etiã videretur non acquieuisse huiusmodi collationi, & recurrisse ad Summ. Pont. pro noua prouisione, & sic intrarent, quæ dicta sunt superius.

Alias rationes attuli in alia impresſione huius Praxis *hic n. 50. vsque ad 54. vtpotè*.]

56 Tum quia huiusmodi recursus sapit ambitionem, quæ planè in beneficialibus est per quam maximè vitanda *Abb. n. 12. in c. licet. 4. de transl. præl. c. in tantum. 5. de præb* nam secundum Anchar. *in c. quorũdam. 24. de elect. in 6.* † ambitio excæcat mentem, & oculos, vt non meminerit quis status sui; & ad honores conuenit peruenire non ambitione, sed labore. [Et P. Lesſius in Opusculo de summo bono *cap. 9. n. 5.* dicit quod ambitiosi animus nunquam est quietus, semper enim occurrunt nouę occasiones, vel timendi, vel indignandi, vel vindicandi, vel acceptandi, vel sollicitãdi, vt nullum mare sit magis instabile, aut maioribus agitetur motibus.] Ambitio autem, secundum Io. Andr. quem refert Imol. *in d. c. in tantum. 5. de præb. n. 3.* est aspiratio ad Dignitates, procedens ad actum, quamuis ipse teneat quod adhuc sit ambitio licet nõ procedat ad actum propter rationem impotentiæ, quia, inquit, potest nihilominus esse Ambitio in aliquo, & sic vitium Ambitionis, propter corruptam intẽtionem, vndè dicit quod si huiusmodi aspirationes iungantur cum conuentionalibus, & pactionibus inducunt Simoniam in spiritualibus; in temporalibus autem inducunt pœnam; Lap. etiam *in d. c. si quis duas. in fi. 25. de elect. in 6.* dicit quod nulla maior Ambitio notari potest, quam ad quærendum rem in iure.

57

58 Tum etiam, quia saperet elusionem Signaturæ Apostolicæ reprobatã per *c. cum olim. 12. de re iud.*

Tum denique, quia talis impetrans videretur, nedum nõ acquiescere huiusmodi collationi ordinariæ; quinimò per ipsam Signaturam, & registrationem, ex quibus gratia dicitur perfecta *Rebuff. in prax. rubr. 2. p. signatura. n. 15.* videtur renunciasse titulo collationis ordinariæ, *arg. tex. in c. ex ore. 3. de his quæ fi. à ma. par. cap.* ibi, cum per hoc quod d. H reuerentiam exhibuit tanquam Pręposito, iuri suo renunciare videtur.

59 Cautus proinde esse debebit sic prouisus, vt aut nullam porrigat supplicationem, aut si porrexerit literas omnino in isto casu expediat; ne tanquam elusor Apostolicæ Signaturæ huiusmodi, ipse eludatur, & sic meritò in eius elusionẽ dicatur, quod potuit noluit, quod voluit adimplere nequiuit *c. cum super 23. de off. legat.*

60 Duodecima causa nascitur ex mandato executiuo, siue ex executorialibus literis Apostolicis alicuius beneficij prouisi, *Gonzal. glos. 52. n. 29.*

61 Decimatertia deriuat ex Signatura commissionis in auocatione alicuius causę *Gonz. vbi sup. n. 31.*

62 Decimaquarta, & vltima inducitur ex reassumptione executionis, vti si Papa manum apponat super eadem executionẽ commissa *Gonz. d. glos. 52. n. 30.*

63 Illud verò omninò animaduertendum est, quod de eiusmodi affectione ex quacumque præmissarum causarum proueniente, facienda est mentio sicut de expressa reseruatione, alioquin gratia erit nulla, vt eleganter tradit *Granut. ad Simonetam in tractatu de reseruat. q. 64. n.* 14. & obseruat. *Gonz. d. glos. 52. n. 34.*

64 Casus autem, siue causæ, ex quibus cessat affectio, plures, & ipsæ recensentur per eumdem *Gonz. d. glos. 52.*

Primo igitur loco, & casu cessat affectio, quãdo Papa apposuit manum ad diuersum affectum, quam conferendi; vtpotè si Papa, lite pendente super aliquo beneficio, committeret cognoscendum, vel etiam diffiniret, sed dũtaxat quis litigantium esset potior in iure, nec quidquam in prouisione attentaret, hoc eleganter *notat Vital. in Clem. 1. n. 6. vt lit. pend.*

65 vel † pro bono pacis, vel aliàs reseruaret pensionem de consensu duorum in fauorem resignãtis, vel aliter *tradit Simonet. quæst. 62 & Gonz. d. glos. 52. n. 40. & dixi super hoc Prælud. dub. 12. n. 3. vers. in contrarium*; vel quando erexit aliquod beneficium dilata executione, seu effectu ipsius erectionis, *Gonz. d. glos. 52. n. 41. sed omnino videnda est decis. supra allata in hoc Prælud. dub. 2. n. 10. & expressè. n. 24. & seq. vbi accuratè explicantur huiusmodi casus.*

66 Secundo cessat affectio, quando Papa apposuit manum super collatione beneficij tanquam reseruati cum non esset; etenim Papa, in dubio, non intendit lædere ordinarios, nec illos præuenire in suis ordinarijs collationibus *Gonzal. d. glos. 52. n. 45. & seq.*

67 Tertio, cessat affectio, quando Papa apposuit manum ex vna vacatione principaliter narrata, & ni-

nihilominus vacat ex alia causa, vti esset, si collatum esset alicui Apostolica auctoritate beneficiũ mihi resignatum, & collatio non tenuit propter malam expressionem valoris: vel quando impetratum fuit aliquod beneficium, certo modo, & nondum introducta lite, decessit ille, cui fuerat impetratum beneficium *Gonzal. glos.* 52. *n.* 50.

68 Quartus addi potest casus beneficij resignati in manibus Papæ per eum, qui ante xx. dies obijt extra Romanam Curiam in mense tamen ordinarij *Io. à Kochier. in reg. de infir. n.* 23. *fol.* 217. *cui addendus Garz. p.* 5. *c.* 1. *n.* 158. ***vbi pro hoc pugnat cõtrà Sarnen. Rom. & Paris.*** & concludit beneficium resignatum in Curia posse per ordinarium liberè conferri, si resignans moriatur intrà xx. dies; & ita dicit quotidie practicari in Vrbe; eiusdem sententiæ fuit Simoneta *de reseru. q.* 28. *n.* 6. *vers. sed regula, dixi supra hoc dub. n.* 24. *vers. quinta est.*

69 Sed Parisius *de resign. lib.* 12. *q.* 16. *n.* 4. tenet contrarium asseuerans esse tutius, & verius.

70 Ego tamen arbitrarer fore in hoc distinguendum; vel enim resignatio facta fuit de beneficio aliàs reseruato vel affecto; vel facta fuit de beneficio libero; & facta fuit simpliciter in manibus Papæ, & ab eo admissa: vel tandem facta fuit in fauorem; in primo itaque, & secundo casu censerem vacare in Curia, & manus ordinarij remanere ligatas facit reg. Cancell. 9. & latè defendit Simoneta q. 28. In tertio casu nequaquam, quia apposita fuit manus in re conditionata, nam resignans in fauorem apponit clausulam *non alias, nec alio modo*. Et quod non afficiatur; præter *Simon. d. q.* 28. *n.* 6. *vers. sed à regula* defendunt Greg. Tholos. *de benef. c.* 24. *n.* 11. Christoph. Rosiniacus *eod. tract. c.* 28. *n.* 5. idem *Garzia d. cap.* 1. *n.* 160. *p.* 5. quamuis hoc vltimum limitetur per eumdem *Garz. d. cap.* 1.

71 *n.* 170. † videlicet, vt remaneat affectum huiusmodi beneficium, resignatum etiam in fauorem, quando ipsa resignatio facta fuit scienter nulliter.

72 Quinto cessat affectio in beneficiis iurispatronatus laicorum, vel mixti, nisi aliter constaret de mente Papæ, vt habemus casum *in Constitut. fel. rec. Greg. XIII. de publ. resignat.* in qua includuntur beneficia etiam iurispatronatus laicorum *Gonzal. d. glos.* 52. *n.* 54. & latè Paris. *de resign. lib.* 11. *q.* 31. *n.* 14. *vsque ad* 23. & potissimum vers. *& hoc hodie.*

73 Sexto quando resultaret præiudicium concordatorum, hoc latè disserit *Io. à Kochier. glos.* 11. *super reg.* 8. *Cancell.*

74 Septimo cessat, quando resultaret derogatio Indultorum Illustriss. DD. Cardin. *Gonz. ibidem.*

75 Octauo cessat, quando ordinarius præuenit collationem Papæ *Gonz. d. glos.* 52. *n.* 58.

76 Nono cessat affectio, quando beneficium, semel affectum, sortitum fuit per prouisionem, suum effectum *Gonz. ibid. n.* 59.

77 Decimo deest affectio, quando

Papa apposuit manum, dumtaxat, quoad forum interius, vti esset, si pro commutatione alicuius voti imposuisset aliquam pęnitentiam, tūc enim poterit ordinarius illam alterare, addendo, vel minuendo, *glos. est singularis in c. tempora, in verb. suo iudicio. 26. q. 7.* Gonzal. *d. glos. 52. n. 60. Henric. Bot. de Synodo Episc. p. 3. art. 1. n. 237.*

78 Vndecimò cessat affectio quando is, qui debet dimittere beneficium propter adeptionem 2. incompatibilis, moritur, vel aliàs matrimonium contrahit, religionemvè ingreditur ante cōditionis euentum *Garz. p 11. c. 5. n. 63.* dixi super *hoc dub. vers. tertia*.

79 Duodecimò cessat quando is, qui habet tantum ius ad rem, moritur etiam in Curia, *Gonz. d. glos. 52. num. 17.*

80 Sciendum prætereà est, quod manus Papæ appositio non afficit possessionem beneficij vacantis, sed tantum vacaturi, *vt tradit Gonz. d. glos. 52. n. 61.*

81 [Possumus & addere 13. casum nimirum, quando reseruatur beneficium per contractum matrimonij si matrimonium ipsum non sequatur, expresse est *in reg. Cancell. 58.*

De Beneficijs vacantibus per contractum Matrimonij.

82 I*Tem, si reseruetur beneficium per contractum matrimonij, non dentur alij modi vacationum de futuro, nec censeatur beneficiū reseruatum specialiter, vel affectum; nisi sequatur matrimoniū. Sed in beneficijs per promotionē, aut ingressum Religionis, vel assecutionem, vacaturis, ponatur clausula, etiam si non petatur. Cùm beneficia huiusmodi præmisso, vel aliàs quouis modo, &c. præterquam per obitum obtinentis, vacare contigerit, etiam si vacent.*]

DVBIVM XIV.

ARGVMENTVM.

Ordinarius potest cognoscere super obreptione alicuius gratiæ, & super rescissione permutationis factæ coram Papa.

1 EX præmissis oritur dubium, an si Papa apposuit manum super aliqua collatione alicuius beneficij, possit ordinarius, si aliàs iurisdictio ei nō auferatur, cognoscere super subreptione ipsius gratiæ? Resoluit G*onz. in d. glos. 52. n. 43. post Hier. Gabr. cons. 182. n. 15. lib. 2. quem ibi allegat*, affir-
2 matiuè, † prout etiā posset cognoscere, super rescisione permutationis factæ in manibus Papę, quādo permutatio, ex parte alterius erit dolosa, ita decidit Rot. *in vna Conchen. Archipresbyt. 17. Decembris 1588. coram bo. me. Illustriss. Card. Plato.*

DVBIVM XV.

ARGVMENTVM.

Beneficium, quod Papa contulit, quamuis vacauerit in mense Ordinario, si prouisio Ordinarij remanserit resoluta, affectū dicitur.

1 SEd dubitatur 15. quid dicendum quādo Papa prouidit aliquod beneficium vacans in mense or-

ordinario, nec facta fuit in impetratione mentio de aliqua reseruatione, & postmodũ prouisio remanet resoluta, quia fortè nõ fuit expressus verus valor, aut aliàs impetrator erat incapax, an, inquam, poterit ordinarius conferre huiusmodi beneficium? Gonzal. *glos. 52. n. 48.* resoluit negatiuè; enim verò Papa censeretur sic voluisse præuenire, ac proinde contracta esset affectio, quamuis postea ex aliquo defectu non valuerit collatio.

Hæc de affectione annuisse sufficiat.

PRAELVDIVM Vigesimumsextum.

De Indultis S. R. E. Cardinalium.

ARGVMENTVM.

Indultum quid, & quotuplex sit, & quomodo differat à dispensatione traditur.

1
DOMINVS Anastasius Germonius Præsul summa doctrina præditus, & in omni iure versatissimus insignem tractatum ędidit de Indultis Illustris. DD. S. R. E. Cardinal. qui planè semper consulendus erit, vbi de hac materia agi contingat.

Ego autem qui minimus sum, & qui potius discere debeo, quàm scribere; næ anceps fui, vtrum huiusmodi materiã hic amplecterer; sed quia experientia me docuit di- ctum tractatum difficilè reperiri, ausus propterea sum nonnulla ex eo delibata huc in medium afferre, quæ planè si minus erudi tè apparuerint, id velim nõ quid em temeritati, sed potius ingenij imbecillitati attribui.

2 Vt igitur ad rem veniamus, incipiamus, dicamusq. cũ Germon. *in d. tract. §. per quæ su. latis. n. 91.* quod *Indultum est remotio impedimenti, quod Ordinarijs collatoribus infertur per Reg. Cancellariæ*, quæ planè diffinitio conuenit solum Indultis Ordinarijs,

3 non autem extraordinarijs; † enim verò Indultorum quædam sunt ordinaria, quædam extraordinaria.

4 Indulta ordinaria illa sunt, quæ conceduntur Illustris. DD. Card. tanquam ordinarijs, puta vti Episcopis, vel Abbatibus, siue Commendatarijs, aut id generis collatoribus, beneficia cum iure cõferendi habentibus; nam ex eo quod sunt Episcopi, Abbates &c. habent collationem à iure communi, vel saltem ex priuilegijs, aut consuetudine omnium beneficiorum, quæ pendent ab eorum,

5 quos gerunt, titulis; † verumtamen quia impediuntur per regulas Cancellarię quominus posśint conferre quolibet mẽse, & quæuis

6 beneficia, † datur proinde eis Indultum, per quod remouentur obstacula; Et dicitur ordinarium, quia impediti reassumunt id, quod amiserunt per regulas.

7 Extraordinarium autem Indultum est, quod Cardinali non Episcopo, nec Abbati, nec alium collatiuum titulum habenti conceditur super beneficijs vacãtibus in mensibus Apostolicis in aliqua, Dic-

8 Diœcesi; † & hoc dicitur odiosum, illud verò fauorabile.

9 Porrò indultum differt à dispensatione secundum Hier. Pau. *in pract. Cancell. Apost. in not. circa benef. tam reseruat. quàm non reseru. & Rebuff. in prax. tit. de di-*
10 *spens. n.* 20. † quia in ijs, quæ sunt contra dispositionem iuris com-
11 munis datur dispensatio: † in ijs verò, quæ sunt contra statuta fundationis, vel contra Regulas Cancellariæ datur Indultum.

12 Cœterum quia dixi existere etiam Indultum Extraordinariũ, ne transeamus sine illius descriptione; dicamus cum eodem Germonio *d. § per qua sublatis. Quod Indultum Extraordinarium est quædam concessio Illustriss. DD. Card. aut Episc. ac etiam Principibus facta à Papa conferendi beneficia, vel ad ea nominandi, seu præsentandi, super quibus nullum ius, nullamque potestatem* Ordinariam *ipsi habent.*

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Cardinalis, qui sine licentia Papæ discedit à Curia, non habet priuilegia præsentium refertur decretum Pauli III. contra Cardinales non residentes in Curia.

1 VIso quid, & quotuplex sit indultum, dubitatur an Cardinalis habens indultũ possit gaudere priuilegijs si absit à Curia, perinde ac si præsens esset. D. Anastasius Germonius *hoc tract. §. tibi quoad vixeris* mouet hoc du-
2 bium, † qui dubitationem etiam mouet, an possit Cardinalis abesse à Romana Curia sine licentia Papæ, & post longã discussionem
3 casus, † vbi probat quod debet as-
4 sistere Summo Pontifici, † tandem *n.* 16. concludit quod aliquando possit à Curia discedere, cum licẽ-
5 tia tamen Papæ, † & quod si sine licentia discedant putat quod non habent eadem priuilegia, quæ ha-
6 bent præsentes; † imò si discedant etiam cum licentia non habent omnia, quæ præsentes.
7 Quo verò ad Indultum conferendi tenet, quod si absunt cum licentia etiamsi nõ abfuerint Reipub. causa, sed ex pura, & mera absentis voluntate, gaudebũt priuilegio Indulti, ex vi clausulæ *etiã*
8 *si pro tua voluntate*; † & asserit *ex Caputaq. decis.* 86. *n.* 1. & 2. *p.* 2. Indultum concessum Cardinali de conferendo vbique beneficia Ecclesiæ, super qua Indultum habet, non operari effectum si Cardinalis discederet à Curia sine licentia Papæ, obsistente ad id decreto Consistoriale fæl. recor. Paul. III. die 18. Februar. 1547. quod extractum fuit *ex c. fin. de rescript. in* 6. per quod debent ac tenentur Cardinales residere in Rom. Cur. & si non fuerint, priuati sunt ipso facto tali absentia durante omnibus Indultis, & priuilegijs, quibus alij Cardinales gaudent, & gaudere possunt, nisi de expressa licentia Papæ apud Ecclesiam Metropolitanam, seu Cathedralem, cui præfuerint, resideant alijs præterea pœnis arbitrandis subijciũtur; cum decreto etiam, quod licentiæ nulli suffragentur, nisi permaneãt

apud

apud Cathedrales, & Metropolitanas præfatas: quinimo Germo. ibid. *n.* 16. dicit quod Cardinales qui discedunt sine licentia, non habent omnia Indulta, quæ habent præsentes.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Cardinalis immorans de licentia Papæ in alia Ciuitate, quàm sui Episcopatus, gaudet Indulto.

1 Dubitatur secundò, an suffragetur Indultum Cardinali absenti de licentia Papæ, vt puta Cardinali Comensi, vt valeat immorari Mediolani, an inquam, valebit gaudere indulto quod habet in Ecclesia Cremonensi, vbi est Episcopus. Hic planè casus est decisionis Caputaquen. *decis.* 86. *p.* 2. vbi reuocabatur in dubium, an Cardinalis Rauenaten. qui licentiam habebat de stando Florentiæ, posset Indultis gaudere, stante decreto Pauli III. super residentia

2 Cardinalium, † & fuit resolutum quod debet gaudere, quia ex quo licentiā habebat commorādi Florentiæ, nec poterat præstari, vt esset Florentiæ, & in sua Metropolitana Rauenaten. derogatum proinde veniebat d. decreto, quo planè sic remoto; remanebat Indultum. *Et sic fuit tentum in vna Cremonen. Parochialis de Piceiardis vltim. Maij* 1552. *coram* Reomano.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Cardinalis succedens Episcopo non Cardinali non potest conferre beneficium quod vacauit in mense reseruato tempore antecessoris, quia semel reseruatum semper durat tale, donec fuerit plenè dispositum.

1 Dubitatur 3. an Cardinalis, qui succedit Episcopo non Cardinali possit conferre aliquod beneficium, quod in vita Antecessoris vacauit in mense reseruato, nec fuit collatum ipso Antecessore viuente, sed durat adhuc vacatio tempore Cardinalis. Hoc tangit Gonzales *glos.* 24. *n.* 108. & cōcludit quod cessante Indulto non potest conferre huiusmodi beneficium, quod vacauit de tempore, in quo Collator non erat Cardi-

2 nalis, † quippe quod reseruatum erat, & proinde semper remansit

3 reseruatum, † si verò Cardinalis successor habeat Indultum capiēs etiam beneficia iam vacantia, tenet quod possit conferre, *hæc Gonzales.*

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Episcopus non Cardinalis succedens Cardinali potest conferre beneficia, quæ vacarunt tempore Cardinalis in mense Apostolico, de quibus Cardinalis non disposuit; nam successor vtitur iure illius, in cuius locum successit.

Du-

1 DVbitatur 4. an Episcopus nō Cardinalis, qui successit Cardinali, possit conferre beneficium quod vacauit in mense Apost. de quo non prouidit Cardinalis in vita, citrà tamen præuentionem Papæ? Gonzal. *glos.* 24. *n.* 100. tenet affirmatiuam, & attestatur ita se
2 consuluisse, † Garzia tamē *p.* 5. *c.* 1. *n.* 635. tenet cōtrarium, vbi etiam tenet contra Gonzal. *in glos.* 15.
3 *§.* 2. *n.* 91. † dicens quod reg. 2. reseruat non solum beneficia, quæ vacant Episcopali sede vacante, sed etiam illa, quæ vacarunt sede plena, sed Episcopus dum viueret de illis non disposuit.

4 Sed opinio Gonzal. est amplectenda vti videbimus infra requisito 1. dub. 10. n. 26.

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Vicarius Episcopi Cardinalis habēs facultatem conferendi, an possit conferre extra Diœcesim; ambigua est resolutio stante decreto Pauli III. sed resoluitur cum distinctione, quod si Cardinalis est in Curia, vel etiam absens sed cum licentia, valeat illius Vicarius conferre, secus non.

1 DVbitatur 5. an si Cardinalis dederit facultatem suo Vicario conferendi beneficia, possit idem Vicarius conferre ea extra Diœcesim, sicuti possunt Cardinales ipsi, & etiam alij Collatores Ordinarij *per c. nouit* 7. *de off. leg. Ias. ad l. extra territorium* 20. *de iurisd. omn. iud. vbi n.* 7. *in specie* ostendit Episcopum extra territorium, seu Diœcesim posse confer-
2 re beneficia, † sed in eodem Vicario, multa sunt, quæ faciunt non modicam dubitationem, quæ subtiliter tangit Germonius *in tract. de Indultis §. tibi n.* 75. *vsque* 83.
3 vbi hoc dubium excitat, † ac tandem inclinat in affirmatiuam *n.* 89. & respondent cōtrarijs. Ego tamen adhuc anceps sum, stante decreto Pauli III. per quod tollitur ius Indultorum Cardinalium absentium à Romana Curia sine li-
4 centia Papæ, † & sic cessante facultate principalis, cessare debet etiā accessorij; nam accessorium non potest esse maius principali. *l. iustissime. §.* 1. 44. *ff. de ædil. ædit. §. fideiussores instit. de fideiuss. Gail. lib.* 1. *de pat. pub. c.* 5. *n.* 16. *vbi inter cætera allegat Clem.* 2. *in fin.*
5 *de præb.* † Nec in causato plus virtutis esse potest, quam ei ab influentia suæ causæ procedat, *Nat. cons.* 187. *in fin post Io. And. in c. ad Apostolica* 2. *de re iud. in* 6. & sic cessante facultate Cardinalis absentis à Romana Curia, qua minus potest conferre vigore Indulti, quod est causans facultatē propter remotionem obstaculi inducti per Reg. Cancell. quippequod in nihilo sibi suffragatur; multo minus poterit Vicarius, qui habet virtutem, & facultatem conferendi, quæ est causata dumtaxat ab ipso Indulto.

6 Distinguendū itaque arbitror: Aut enim Cardinalis, qui habet Indultum, reperitur in Rom. Cur. Aut etiam est absens à Curia, & Diœcesi, sed cum licentia Papæ, & sic

sic poterit eius Vicarius etiam extra Diœcesim conferre: Aut est absens sine licentia, & tunc nequaquam poterit Vicarius conferre,
7 *ex prædictis*; † quia Cardinalis nõ potuisset id ei dare, nemo enim dat quod non habet *c. Deibertum 1. q. 7. facit c. nemo 79. de reg. iur. in 6.*

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Cardinalis ad Episcopatum assumptus potest beneficia talis Episcopatus conferre, etiam nondum adepta possessione, prout potest etiã conferre beneficia Episcopatus à se resignati, etiam post præconizationem resignatarij, nondum tamen capta ab eo possessione, nam resignans potest incumbere possessioni, vsque ad omnimodam effectuationem resignationis.

1 Dubitatur 6. an Cardinalis, qui habet Indultum à Papa, vt nullus conferre valeat beneficia spectantia ad eius collationem, possit vti Indulto huiusmodi in beneficijs Episcopatus, cuius possessionem nondum sit adeptus. Hoc dubium excitãt Ger. *de Ind. §. nec non*, adducẽs pro affir. Dd. *in c. transmissam 15. de elect. & Oldr. in cons. 191.* quæ dicunt, quod statim atque aliquis est electus Episcopus, & cõfirmatus potest exercere ea, quæ sunt Iurisdictionis, vti est beneficiorum collatio, etiam extra Diœcesim, & si nondum in eam se contulerit, & huic conclusioni subscribit etiam Germonius *vbi sup. n. 6.* & tandẽ concludit n. 8. possessionis apprehensionem esse vtique necessariã quoad solemnitatem, vt possit prouisus ostendere se esse in possessione, & sic illatam molestiam repellere, inferendamuè præca-
3 uere; nõ † sequi tamen quin ante adeptam possessionem possit administrare, & exercere ea, quæ sunt Iurisdictionis, dummodo tertio non præiudicet: Clarius tamen dicamus distinguendo cum Henrico Boic. *in d. c. transmissam n. 4. de elect.* quod, Aut possessio talis Episcopatus est vacua, Aut adhuc occupatur ab aliquo; Si possessio est vacua, poterit quidem Episcopus confirmatus administrare ea, quæ sunt Iurisdictionis, atque adeò poterit conferre, si verò fuerit adhuc occupata, nõ poterit; sed erit prius
5 expellendus possessor iusta sententia, secus tamen esset si nondum esset confirmatus, quia tunc nihil posset, ad tradita per omnes scribentes *in dict. cap. transmissam de elect. faciũt, quæ dicam in tractatu de Synodo c. 2. dub. 2.*
6 Et ex his remanet solutum aliud dubium, quod excitat idem Germonius *de Indult. d. §. nec non num. 18.* An scilicet Cardinalis, qui resignauit Episcopatui, sciente, & permittente Summo Pontifice, facta præconizatione, propositioneuè, & litteris expeditis, nondum tamen capta ab Episcopo successore possessione, possit Ordinaria auctoritate, ex Indulto conferre beneficia, prout poterat ante resignationem,

7 nem,† *& ibi n.* 21. *& seq* resoluit affirmatiuè, ea potissimum ratione quia cum adhuc in possessione sit, Dominus est, quippe qui potest resignans possessioni incumbere, vsquequo sciat resignationem habuisse effectum, *ad trad. per Innoc. in c. quod in dubijs* 8. *de renunc. quod c. alleg. corruptè de rer. per-*
8 *mut. Germon. loco cit. n.* 22. † etenim resignans in fauorem videtur resignare conditionaliter, nempè dummodo beneficium acquiratur resignatario. *Put. decis.* 158. *n.* 2.
9 *lib.* 3. † & sic ante apprehensionem resignatarij possessionis, resignans dicitur possidere, & habere adhuc titulum coloratum, itaut si spoliaretur huiusmodi possessione, veniret restituendus, *vt post Innoc. n.* 4. *in c. super hoc* 5. *de renunc. tenuit Rota in decis.* 1. *n.* 15. *tit.*
10 *eod. in nou.* † quia ius, quod resignatario non quæritur, non aufertur resignanti, *Germon. loc. cit. n.* 26. *vbi alleg. l. nec vtilem* 20. *ff. ex quib. caus. maior. l. qui absenti.* 38. *ff. de acq. poss.*

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Cardinalis non confert dignitates maiores post Pontificales in Cathedralibus, nec Principales in Collegiatis.

1 DVbitatur septimò, an Cardinali habenti Indultum competat collatio quorumcumque beneficiorum, & dignitatum. Germon. *de Indult. §. etiamsi* obseruat quod non competit collatio maioris dignitatis post Pont. in Cathedr. neque princip. in Colleg.

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Dignitas dicitur maior post Pontificalem, vel Principalis in Collegiata iuxta consuetudinem loci, & vbi plures habentur, ea erit principalis, quæ pro tali reputatur in loco.

1 DVbitatur octauò, quæ dicatur in Cathedrali maior Dignitas post Pontificalem, quæuè Dignitas in Collegiata dicatur Principalis; Germon. *in d. tract. §. etiamsi. n.* 17. soluit, dicẽdo quod standum est consuetudini, ea ratione, quia aliquando Archidiaconatus, aliquando Archipresbyteratus, aliquando Præpositura, Thesauraria, vel Primiceriatus est maior dignitas post Pontificalem, & sic cum sit variabilis, consuetudo est obseruanda, vbi firma est.
2 In † Collegiatis verò, si plures existant Dignitates, ea erit principalis, quæ pro principali haberi consueuerit, quod si vnica tantum fuerit, principalis etiam nuncupabitur, vt dixi *in Prælud. de Monocul.* & tenet Garz. *p.* 5. *c.* 1. *n.* 265.
3 *vbi etiam refert decis. Rot.* † nam respectu Canonicorũ dicitur principalis.

DVBIVM NONVM.

ARGVMENTVM.

Dignitates vbi duæ, vel plures sunt æquè principales in aliqua Cathe-

thedrali, vel Collegiata, omnes sunt reseruata.

1 SEd maior est dubitatio, an si, in aliqua Cathedrali, vel Collegiata sint duæ dignitates æquè principales, sint ambæ reseruatæ? Resoluitur hoc dubium affirmatiuè per Garziam *de benef. p. 5. c. 1. n. 265.* vbi affert decis. Sacr. Rot. in vna Tuden. Abbatiæ de Bayona 13. Iunij 1554. coram Monteflascon. vbi fuit resolutum, *reseruationem comprehēdere duas digni-*
3 *tates æquales in Ecclesia,* † *quia verbum* omnes, *aptum est comprehendere plures æquè principales in eadem Ecclesia, nam eadem est ratio regulæ, & si Conditor regularum esset interrogatus de hoc, idem responderet,* hæc sunt verba decisionis, & idem tenet D. Barbosa *allegat. 57. n. 101. p. 3.*

DVBIVM DECIMVM.

ARGVMENTVM.

Cardinalis non confert beneficia, quæ iure Ordinario non poterat, quando collatio spectat ad Inferiorem, & Inferior non potest conferre propter reseruationem, quia Indultum non auget Ordinariam iurisdictionem, nec comprehendit beneficia in quorum possessione conferēdi alius existit.

1 PVlchrum dubium excitat Germonius *in d. tract. de Indultis. §. regularia. n. 90.* videlicet, an Cardinalis possit conferre ea beneficia, quæ aliàs non poterat Iure Ordinario, vtpotè, quia collatio spectat ad aliquem inferiorem Collatorem, qui non potest illa conferre propter aliquam reseruationem. Eius est sententiæ Germonius, vbi supra, vt Cardinalis vigore Indulti nullatenus possit huiusmodi beneficia conferre, nisi de his in Indulto fiat expressa mētio, *per decis. Putei 162. n. 8. lib. 2.* ¶ [Beltraminus *in annot. decis. 99. Greg. XV. n. 5.* vbi plura dicit, & inter alia, quod collatio facta vigore Indulti censetur facta auctoritate ordinaria, vt fuit dictum *in Reatina Præpositura 23. Ianu. 1605. corā Coccino. Gonz. glos. 24. n. 68.* ratio eius est, quia quamuis
2 Indulta † obstacula remoueant; Ordinariam nihilominus Iurisdictionem nequaquam augent, sed illam tantum præseruant. *Put. decis. allegata 162. n. 5. & decis. 190. n. 3. lib. 3. Cassad. decis. 1. & 30. de priuil.* Cum itaque beneficia, de quibus agimus, spectent ad collationem inferiorum, & sint Papę reseruata, ex quo, remoto Indulto, Cardinalis Ordinarius cōferre non posset stante alio in quasi possessione conferendi, consequens videtur, vt nec stante In-
3 dulto possit conferre; † nam Indultum de conferendo beneficia ad suam collationem spectantia, non comprehēdit beneficia, in quorum possessione conferēdi alius existit, licet de Iure collatio spectaret ad eum, quia sint in sua Diœcesi: *Put. decis. 206. lib. 1.* Calderin. *cons. 23. de prab. ibi allegat.* Beltramin. *in d. decis. 99. in fin.*

DV-

DVBIVM XI.

ARGVMENTVM.

Indultum non implet, sed praeseruat iurisdictionem Ordinariam.

1 DVbitatur vndecimò, an possit Cardinalis conferre beneficia electiua ex vi clausulę in huiusmodi Indultis poni consuetæ *ad collationem, prouisionem, praesentationem, institutionem, seu quamuis aliam similem, vel dissimilem dispositionem, coniunctim, vel separatim*; Germonius hoc dubium ponit *d. tract. §. ac beneficia n.*52. & dicit ex Put. *decis.* 190. *n.* 2. *lib.* 3. Rot. tenuisse affirmatiuam,
2 vbi fuit etiam responsum ad illud, quod Indulta non impleant, sed tãtum praeseruent Ordinarij Iurisdictioně, & *decis.* 1. *de priuil. ex Cassad.* loqui, si sit in praeiudicium habentium eligere, & sic non capiãt; At verò, in praeiudicium Capituli non eligẽtis, bene capiant, ita vt si conferant, tenebit propter tacitũ
3 consensum, † nam capitulum non eligendo videtur consentire collationi factæ.

DVBIVM XII.

ARGVMENTVM.

Cardinalis prouidet vigore sui Indulti beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, si tamen huiusmodi beneficia ad eius Ordinariam collationem spectauerint, & poterit etiam conferre beneficia vacantia per obitum alicuius Cardinalis.

1 DVbitatur duodecimò, an possit Cardinalis vigore Indulti conferre beneficia familiarium Cardinalium viuentium. Germon. hoc mouet *in tract. de Indult. §. etiam ex eo. n.* 31. & censet cum
2 Caputaq. *decis.* 83. *p.* 2. † praeualere Indultum Cardinalis habẽtis collationem beneficiorum alicuius diœcesis Indulto Cardinalis conferre possentis beneficia sui fami-
3 liaris, † ea quidem ratione, quia quando Papa concedit Indultum Cardinali vt possit conferre beneficia vacantia in aliqua diœcesi, videtur velle praeiudicare Cardinalibus respectu familiaritatis; non enim, inquit, ignorat Papa Cardinales habere priuilegium conferendi beneficia vacantia per obitum familiarium S.R.E. Cardinalium, ac proinde num. 36. concludit posse liberè Cardinalem conferre vigore Indulti huiusmodi beneficia, tametsi in Indulto non adsit clausula, vt possit conferre beneficia vacantia per obitum famil. Card. si tamen huiusmodi beneficia ad eius Ordinariam colla-
4 tionem spectauerint, † quia per eiusmodi indulta, vt dictum est, restituuntur ea, quae per Regulas, & Extrauagantes fuerant ablata Ordinarijs, & reducuntur ad Iuris communis dispositionem, & ad
5 suam pristinam naturam, † quinimò ex eadem ratione, & etiam, quia Indultum est latè intelligendum in praeiudicium concedentis, poterit conferre etiam beneficia vacãtia per obitum alicuius Cardinalis, quãuis Cardinales sint fa-
6 miliares Papæ, † quippequi nõ dicuntur eius continui comensales.

DV-

DVBIVM XIII.

ARGVMENTVM.

Assertioni Papæ de familiaritate alicuius standum est; at verò Cardinalis, nequaquam, sed familiaritas est probanda.

1 Tertiodecimò dubitatur, an assertio Cardinalis, vel Papæ de familiaritate alicuius adeò sufficiat, vt nulla alia probatione sit opus, Germonius *in præallegato tract. de Indultis. §. præterquam*, dicit quod per Papæ assertionem sufficienter probatur aliquem esse suum familiarem, etiam in præiu-
2 dicium tertij, † secus verò de assertione Cardinalis, quia eius fami-
3 liaritas, inquit, est probanda. † Vnũ tamen notabile dicit *ibi in fine*, nimirum, Episcopum posse quidẽ esse continuum Commensalem Papæ; sed nullatenus posse esse familiarem.

DVBIVM XIV.

ARGVMENTVM.

Cardinalis non potest conferre beneficia familiarium Papæ actu seruientium; secus eorum, qui actu non seruiunt quales sunt Prothonotarij, & huiusmodi.

1 Dvbitatur decimo quartò, an possit Cardinalis conferre beneficia familiarium Papæ, hoc dubium resoluit Germonius de Indultis. *§. præterquam*, vt possit conferre beneficia eorum familiarium, qui actu non seruiunt:
2 hi enim † quamuis familiares dicantur, largo tamen non nisi modo tales nuncupantur, quales plane sunt Prothonotarij, & huiusmodi; eorum autem, qui actu seruiunt, nequaquam posse beneficia conferri concludit, & vtique clare cantat Indultum, quod consueuit concedi Cardinalibus, vt inquam, Papę familiarium excipiantur beneficia.

DVBIVM XV.

ARGVMENTVM.

Cardinalis confert beneficium commendatum, siue ad tempus, siue ad vitam, dissoluta commenda, idem de vnitis, dissolutis vnionibus.

1 Decimo quintò dubitatur; an possit Cardinalis conferre beneficium Commendatum cessante Commenda. Hoc tangit Germonius *de Indultis. §. qua extra num.* 18. & constanter concludit affirmatiuè, siue Commenda ipsa sit ad tempus, idest donec prouisum ei fuerit, siue ad vitam alicuius, quæ dicitur perpetua. *Simoneta de reseruatione*
2 *benefic. quæst.* 59. *num.* 1. † idem affirmat de vnitis, dissolutis vnionibus, vbi etiam notat, *ex Crescentio decis.* 2. *de Paroch.* quod quando vnitur beneficium vacans afficitur propter appositionem
3 manus Papæ, † at verò quando vnitur plenum, tunc dicitur palliata dispensatio, & nulla inducitur reseruatio.

DVBIVM XVI.

ARGVMENTVM.

Mentio facienda est in impetratione de omnibus reseruationibus, & huiusmodi beneficia pluribus reseruationibus laborantia confert Cardinalis vigore indulti Ordinarij: secus verò vigore Extraordinarij.

1 DVbitatur decimosextò, an Cardinalis habens Indultū possit conferre beneficia duplici, vel multiplici reseruatione affecta. Germon. *de indult. §. commēdare n.* 32. subtiliter aduertit, † reseruationem considerari quatuor modis, & Ego iam dixi in *Pralud.* 24. nimirum, ratione rei, vti est de maiori dignitate: ratione personæ, vti de familiaribus Papæ, vel Card. ratione loci, vti si vacet in Curia, ac tandem ratione temporis, vti dictum est de mensibus. Et
3 quod † de omnibus reseruationibus facienda est mentio, alioquin impetratio esset nulla ipso iure, testimonium ferētibus de hoc Fel. *in c. in nostra.* Corolario 6. *de rescr.* Falcon. *q.* 4. *eff.* 44. *de reseruat.* & post hos Caputaquen. *decis.* 85.
4 *n.* 4. *par.* 2. † & postea concludit *num.* 84. Cardinalem ordinarium posse conferre omnia beneficia, vigore Indulti, vbi extra Curiam vacent, non obstante quod pluribus reseruationibus sint affecta, si tamen Indultum sit Ordina-
5 rium; † si verò Indultum fuerit Ex-
6 traordinariū, † quia odiosum est & ideò debet restringi, sentit, vt non debeat extēdi ad beneficia duplici, vel multiplici reseruatione affecta.

DVBIVM XVII.

ARGVMENTVM.

Cardinalis non confert beneficia vacantia in Curia.

1 IN præcedenti dubio dixi Cardinalem posse conferre beneficia si vacant extra Curiam; sed nunc dubitatur, an possit conferre beneficia vacantia in Curia, Germonius, *de Indultis §. si ve-*
2 *rò*, † dicit non posse, vti etiam Papa non confert beneficia vacantia in Curia ad Cardinalem vigo-
3 re sui Indulti spectantia, † nisi eiusdem Cardinalis, si est in Curia, vel si est absens, illius Procuratoris expressus accedat assensus, *ex decis. Put.* 31. *lib.* 2.

DVBIVM XVIII.

ARGVMENTVM.

Beneficia Abbatis habentis omnimodam iurisdictionem vacāt per promotionem ad huiusmodi Abbatiam, secus si non habeat iurisdictionem quasi Episcopalem.

1 DEcimo octauò dubitatur, an beneficia vacent per promotionem ad Abbatiam, sicuti vacant per promotionem ad Episcopatum, Garzia *in tract. de benef. p.* 11. *c.* 7. post Alphonsum Hoiedam, *de compatibilitate be-*
2 *neficiorum p.* 1. *c.* 6. dicit, † quod, aut Abbatia est in Ecclesia Collegiata Sæculari, & habet generalem, & omnimodam, ac quasi Episcopalem Iurisdictionem, ità vt dici possit eius Abbas sponsus, & Pastor, aut non est talis, &

hac

hac posita distinctione, concludit de promotione Abbatis in primo casu, omnia eius beneficia vacare ex huiusmodi promotione ad Abbatiam simulatque adeptus fuerit ipsius possessionem, vel certè per ipsum steterit quominus illam adipiscatur, etiamsi non
3 fuerit benedictus; † In secundo verò casu constanter tenet, quod non vacent, & ita de vsu, & praxi esse testatur.

DVBIVM XIX.

ARGVMENTVM.

Ordinarius non confert beneficia vacantia per promotionem ad Abbatiam, quia dicuntur vacare apud Sedem.

1 Decimo nonò dubitatur, an possit Ordinarius liberè cōferre beneficia vacantia propter promotionem ad Abbatiā. Hoied. ***tract. de compatibilib. benef. p. 1. c. 4. n. 6.*** dicit quod Collatores liberè possunt illicò disponere de beneficijs, quæ habet promotus in Episcopatum, ***per textum in c. cum in cunctis §. cum verò 7. de electione*** ibi ***is, ad quem spectant beneficia, quæ habebat, de illis disponendi liberam habeat***
2 ***facultatem,*** † & quod nulla requiritur declaratoria sententia, ergo multo magis poterunt conferre beneficia promoti ad Abba-
3 tiam, † At Germonius ***de Indultis. §. si verò n. 19.*** dicit aliàs quidem potuisse Ordinarios conferre beneficia Promotorum ad Cathedrales, quia de iure non erant reseruata, ***ad d. c. cum in***
4 ***cunctis;*** † vsu tamen Curiæ receptum ait, vt vacent in Curia, siue apud Sedem Apostolicam, ***per extrauag. ad regimen 13. de prabendis inter communes;*** sed quia Extrauag. ipsa non modo comprehendit Episcoporum beneficia, tempore illorum promotionis obtenta, verum etiam quorumcumque aliorum, ad aliquas dignitates assumptorum; Ideò idem arbitrarer de beneficijs promotorum ad Abbatias.

DVBIVM XX.

ARGVMENTVM.

Beneficia promoti ad Episcopatum vt vacent, quatuor copulatiuè requiruntur, nempe prouisio, confirmatio, consecratio, & possessionis apprehensio.

1 Dubitatur vigesimò, quonam tempore dicantur vacare beneficia promoti; Mandosius ***ad regulam de beneficijs vacantibus per promotionem, quæ regula apud eum, & hodie est 26. q. 4. n. 4.***
2 dicit, † de Iure communi quatuor copulatiuè requiri ad hoc vt promotus ad Episcopatum, vel ad alias maiores dignitates amittat beneficia, quæ prius obtinebat, nempè, prouisionem, confirmationem, consecrationem, & possessionis apprehensionem ***per cap. cum in cunctis §. cum verò 7. de elect.*** At Germonius
3 ***de Indultis. §. si vero n. 2.*** † dicit stylum esse, vt statim vacent statimque conferuntur per Papam;

attamen huiusmodi stylum sic esse capiendum prout explicat
4 Mandosi *dict. quaest.* 4. *n.* 5. † videlicet quod licet beneficia promoti statim conferantur, verè tamen, & in effectu non præsumuntur vacare, nisi adepta possessione, vel nisi promotus fuerit in mora, & per ipsum steterit quominus eam adipiscatur, ac proinde dicit, quod
5 ante † adeptam possessionem nulla erit necessaria retentionis di-
6 spensatio, † quia, inquit, ante adeptam possessionem beneficia
7 prius obtenta non vacant; † de stylo enim Curiæ huiusmodi beneficia ante possessionem adeptam non dicuntur vacare, sed decernûtur vacare *Germonius ubi sup.*
8 *n.* 27. † In Episcopis hoc colligitur ex termino, qui illis datur ad faciendum se consecrare, qui est
9 trium mensium, † In alijs verò dignitatibus iam inoleuit stylus, vt in gratia facta de aliquo beneficio ei, qui aliud incompatibile obtinet, seu ad illud ius habet, apponatur decretum, vt prouisus intrà duos menses, à die habitæ possessionis, vel si per ipsum steterit, quo minus illam adipiscatur, dimittere, seu iuri compe-tenti cedere in manibus Papæ tãtùm liberè, & cùm specifica mentione decreti huiusmodi, omninò
10 teneatur, † alioquin ambo vacẽt eò ipso, itaut de illis per Sedem Apostolicam dumtaxat disponi
11 possit. † De stylo iam allegato cõferendi beneficia Episcoporum promotorum, etiam ante consecrationem testatur nouissimè D. Barbosa *allegat.* 57. *n.* 68. *& seq.*

DVBIVM XXI.

ARGVMENTVM.

Papa debet facere mentionem derogationis indulti, & sufficiet si dicat non obstante indulto Præsulis, etiam Cardinalis, *prout etiam censetur derogatum alternatiua Episcoporum per claus.* seu si venerabili fratri, &c.

1 DVbitatur vigesimo primò, an si Papa conferat liberè beneficia compræhensa in Indulto censeatur derogare Indulto, an opus sit expressa derogationis mentione. Germonius hoc dubium mouet, *de Indul-*
2 *tis.* §. *alioquin num.* 21. † Et concludit *num.* 27. non derogare, nisi fiat mentio Indulti, *per decis.* 82. *num.* 2. *part.* 2. *Caputaquen.*
3 nec † obstat, quod Collatio Papæ, & reseruatio à pari procedant, & sint eiusdem effectus,
4 & quod appositio manus Papæ habeat vim decreti annullatiui, atque ipse Papa, etiam nulla facta mentione concessionis, & facultatis datæ legatis, conferre valeat beneficia ad illorum collatio-
5 nem spectantia; † Nam, ex quo Papa sibi legem imposuit adijciendo decretum irritans, declarando nullas, & irritas prorsus esse omnes Apostolicas prouisiones, quæ secus, ac in Indulto
6 habetur, factæ fuerint, † sibi imputare debet. Quapropter dici non deberet, Papam non potuisse conferre obstante Indulto;
7 sed planè noluisse, † quippequi non

8 non item lædere ius alterius. † Et erit sufficiens derogatio, si dicatur, *non obstante Indulto Præsulis etiam Cardinalis*, prout derogatum etiam censetur iuri Alternatiuæ Episcopi per clausulam, *seu si Ven. frat. Episcopo A. vel quibusuis alijs*.

DVBIVM XXII.

ARGVMENTVM.

Papæ collatio tenet vbi derogauit Indulto Cardinalis, nec illius cōsensum habuit, sed intellige si adsit clausula sub quibusuis tenoribus, *quia est apta comprehendere consensum*.

1 Dubitatur vigesimosecundò, an teneat collatio Papæ, in qua fuit derogatum expressè indulto, sed non fuit habitus consensus Cardinalis iuxta dispositionem indulti. Germonius hoc quærit, *in tract. de Indult. §. alioquin*, & concludit affirmatiuè, vbi tamen in prouisione adsit clausula, *sub quibusuis tenoribus*, quæ apta est comprehendere etiam consensum.

DVBIVM XXIII.

ARGVMENTVM.

Constitutio loquens de Cardinalibus intelligitur de Cardinalibus S.R.E. quia alij sunt Cardinales abusiuè sic nuncupati.

1 Dubitatur vigesimotertiò, ad quid Conc. Trid. *in c. 18. de reformat. sess. 24.* addiderit ea verba *S. R. E. Card.* Respondetur ex Garzia *de benef. p. 5. t. 1. n. 646. post Gonzal. in glos. 24. q. 9. n. 161.* quod in quibusdam Ecclesijs, quales sunt Compostell. Aurien. Rauennaten. & Mediolaren. Canonici dicuntur Cardinales, quāuis abusiuè, & hac ratione Cōcilium fortasse addidit *S.R.E. Card.* ad tollendum æquiuocationem omnem.
2 Anast. Germonius *de sacr. immunit. lib. 3 c. 6. n. 29.* vbi etiam quod constitutio simpliciter loquens de Cardinalibus semper est intelligenda de Cardinalibus S. R. E. *Barbat. de præstant. Card. q. 8. n. 9. 11. & 18.*

DVBIVM XXIV.

ARGVMENTVM.

Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 18. *intelligit de Cardinalibus habentibus indultum extraordinarium: Ponitur reuocatio indultorum Cardinalium*.

1 Vigesimoquartò dubitatur, de quibus Cardinalibus loquatur Conc. Trid. *in c. 18. de reform. sess. 24.* vbi disponit, *vt beneficia, quamuis reseruata, vel affecta fuerint generaliter, vel specialiter, etiam vigore Indulti, seu priuilegij in fauorem S. R. E. Cardinalium, vbi Parochialia fuerint, non conferantur nisi per concursum*, stante quod, vt notat Parisius. *lib. 7. de resignat. benef. quæstion. 12. in principio*, Illustrissimorum Dominorum Cardinalium triplex est ordo; nimirum, Episcoporum, Presbyterorum,

2 rum, & Diaconorum, † & quod Episcopi, qui planè sunt Hostiensis, & Velitren. qui semper est Decanus Collegij Cardinalium: Portuen. Tusculan. Sabinen. Prenestin.
3 & Albanen. habent diœceses; † reliqui autem Cardinales Presbyteri, & Diaconi habent titulos in Vrbe; & his etiam quandoque cõceduntur Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatiæ, ac aliæ dignitates, quarum ratione sibi de iure, vel de consuetudine, aut alias ex priuilegio competit ius conferen-
4 di beneficia, † & etiam ex ijs, aliquando assumuntur aliqui, qui di-
5 cuntur Legati de latere, † & datur eis Indultum ad conferendum beneficia vacantia in sua prouincia: Dubitatur de quibusnam Cardinalibus loquatur Concilium *in d. c.* 18. *de refor. sess.* 24. Facile est hoc soluere ex præmissis resolutionibus ad dubia hactenus proposita, ea tamen adhibita distinctione Indultorum, quam tradidi; an videlicet sint Ordinaria, vel Extraordinaria Indulta. Videtur igitur iuxta Germoniũ *de Indult. §. qui-*
6 *busuis n.* 12. † Concilium hic intelligendum fore tantum de Cardinalibus Indultum Extraordinarium habentibus, non autem de habentibus Ordinariũ in suo Episcopatu, Abbatia, vel dignitate &c.
7 Verum † enimuerò quia aliquando indulta sunt ampliora, aliquando autem restrictiora; propterea semper inspiciẽdus erit huiusmodi Indultorum tenor *c. porro.* 7. *c. recipimus* 8. *de priuil.* Sanctissimus etiam Pius V. de anno 1567. die vltima Aprilis per suam regulam, lectam, & publicatam Romæ in Cancellaria Apostolica, 8
reuocauit Indulta S.R.E. Cardinalium, cum limitationibus pro futura illorum concessione, quam iubet hic inserere, & cuius tenor est videlicet.

Reuocatio Indultorum S. R. E. Card. cum limitationibus pro futura illorum concessione.

8 *Sanctiss. in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Pius diuina Prouidentia Papa V.* Ex tam multis *S. R. E. Cardinalium super beneficiorum Ecclesiasticorum dispositione Indultis, & multiplicatione aliarum super alias facultatum, quæ quotidie literis dictorum Indultorum diffusiuè inseruntur sæpenumero impeditus quominus solitam antehac sedis huius benignitatem erga pauperes, & benemeritos liberaliter exercere possit. Idcirco rationem capere volens, vt tanta de hinc eiusmodi Indultorum, & facultatum largitione præcisa dictis personis commodius benefaciendi via sibi libera recludatur: Omnia & quæcunque indulta, concessiones, facultates, & alia priuilegia conferẽdi quæcunque beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, qualitercunque qualificata ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, institutionem, confirmationem, & quamcumque aliam dispositionem, dictorum Cardinalium, ratione Pa-*

Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum, necnon Monasteriorum, Prioratuum, Dignitatum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ quomodolibet obtinent, & in posterum obtinebunt, ac etiam, quorum collatio, prouisio, & quæuis alia dispositio, illis ex causa facta per eos cessionis, regiminis, & administrationis, seu commendæ, aut resignationis Ecclesiarum, Monasteriorũ, & aliorum beneficiorum huiusmodi Apostolica auctoritate reseruata existit, vel in posterum reseruabitur, necnon quorumcumque inferiorum collatorum, & collatricum, de iure, priuilegio, consuetudine, ac aliàs quomodolibet pertinentia, & etiam illa commendandi, ac aliàs de eis disponẽdi, omnibus, & singulis Cardinalibus prædictis, etiam de dictorum inferiorum collatorum consensu, per quoscunque Rom. Pont. ac sanctitatem suam, & dictam sedem, etiam motu proprio, & ex certa scientia deque Apostolicæ potestatis plenitudine. & etiam ex pactis inter dictos Pontifices, & Cardinales diuersis temporibus factis, firmatis, & iuratis, ac quibusuis onerosis, & alijs causis concessa, & etiam iteratis vicibus innouata, atque extensa quibuscunque concepta formulis, ac etiam restitutiuis, mentis attestatiuis, præseruatiuis, derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon vim contractus inducentibus, & alijs decretis suffulta, quorum omnium tenores Sanctitas sua haberi voluit pro expressis, specialiter, & expresse reuocauit, literasque Apostolicas desuper cõfectas, & quoad ea in quibus illa nondum erant sortita effectum, inde secuta quæcunque cassauit, & annullauit, viresque & effectum de cætero non habere decreuit. Præterea voluit, & ordinauit, quòd omnes deinceps literæ Apostolicæ facultatum, & indultorũ huiusmodi pro singulis Cardinalibus prædictis præsentibus, & futuris ad vnam tantùm cathedralem, vel maiorem Ecclesiã, seu illius loco vnum, vel duo monasterium, seu monasteria, aut vnum aliud, vel duo alia beneficium, seu beneficia in dictis literis exprimendam, seu exprimendum, vel exprimenda, quam seu quod vel quæ ipsi Cardinales vltrà illas sex Episcopales ac presbyterales, & diaconales Cardinaliũ Ecclesias tunc temporis obtinebũt, seu cuius vel quorum collatio eis reseruata fuerint (vt præfertur) Ac etiam sublata omnino altera huiusmodi indultorum parte super consensu ipsorum Cardinaliũ requirendo in prouisione beneficiorum apud sedem prædictam, pro tempore vacantium, aliàs sub dictis indultis comprehensorum, de quibus omnibus Sanctitas sua posthæc liberè disponere intendit, & etiam citrà facultates commẽdandi monasteria, aliaque beneficia ecclesiastica, sæcularia, & regularia, necnon disponendi de monasterijs, etiam cura & conuentu carentibus, & de dignitatibus,

tibus, conuentualibus, & in Metropolitan. alijsq. Cathedralibus post Pontificales maioribus, & in collegiatis Ecclesijs principalibus. Ac etiam disponendi de beneficijs Referendariorum, causarum palatij Apostolici Auditorum, Protbonotariorum, & aliorum officialium dictæ Sedis, necnon familiarium, cæterorumque omnium, qui constitutionibus declaratorijs fœl. rec. Pauli PP. III. Ad perpetuam rei memoriam æditis continentur. Denique cum moderatione facultatum disponendi de beneficijs familiarium, ipsorum Cardinalium, ac concessionum eis etiam per regulas Cancellariæ Apostolicæ factarum, de concursu per ipsos in prouisionibus Apostolicis præstando ad eos solos familiares continuos commensales eorumdem qui, vera, & actuali familiaritate continua commensalitate huiusmodi durãte extra Romanam Curiam, vel Cardinalibus ipsis in dicta Curia existentibus, apud dictam Sedem decesserint, & ad ea sola beneficia, quæ ipsi familiares continui commensales viuentes ad collationem dictorum Cardinalium pertinentia obtinebant, seu quæ ex collatione sibi ab eisdem Cardinalibus facta assecuti fuerant, expediantur. Aliter verò etiam motu, scientia, & potestate similibus, ac etiam cum præsentium speciali, & expressa derogatione expedita nullius sint prorsus roboris, vel momenti, & nihilominus huiusmodi constitutiones, & regulas super beneficijs familiarium Cardinalium æ litas etiã quo ad Cardinales in du ta huiusmodi nõ habentes ad familiares, & beneficia prædicta duntaxat restrinxit, & moderatus fuit. Decernens sic ijs, cæterisque omnibus præmissis per quoscunque &c. etiam causarum dicti palatij Auditores, ac etiam ipsos Cardinales, sublata &c. necnon irritum, & inane quicquid secus per quoscunque, etiam prætextu indultorum facultatum, & concessionum huiusmodi, scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Statuto, ordinatione, decreto, & declaratione sua Sanctitatis in crastinum eius assumptionis ad summi Apostolatus apicem æditis, quod Cardinales in constitutionibus, & regulis per eã post priorum suarum Constitutionũ, & regularum æditionem, & publicationem in posterum faciẽdis, non includantur, nisi illæ eorumdem Cardinalium fauorem concernant, vel ipsæ ædendæ constitutiones, de illorum, seu maioris partis eorum consilio ædita fuerint, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque.

Placet, publicetur, & describatur M.

Lecta, & publicata fuit suprascripta regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Die verò Mercurij vltima mensis Aprilis, Pontificatus præfati Sanctissimi D. N. Papæ Anno secundo.

A. Lomellinus Custos.

Et

9 Et hodie, teste Gonzal. *glos.* 24. *n.* 70. dantur cum 6. limitationibus: Prima nè comprehendantur, sub Indulto beneficia vacantia in Curia: Secūda nec dignitates primæ post Pont. in Cathedralibus, & principales in Collegiatis: Tertia nec beneficia regularia, consistorialia, vel conuentum habentia, quorum fructus in libris Cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur: Quarta nec beneficia, quæ vacarunt per veros, & actuales familiares, & continuos commensales Papæ, qui tam tempore Pontificatus, quā Cardinalatus, priusquam ad apicem Pontificatus assumeretur fuerunt: Quinta nec Commendæ cessantes in dignitatibus, seu officijs claustralibus: Sexta & vltima, nec beneficia vacantia tam in Curia quam extra familiarium S. R. E. Cardinalium, iuxta formam Constitutionis fęl. rec. Gregorij XIV. æditam de anno 1591.

10 Verumtamen quia hæc doctrina Gonzales, & maximè circa collationem beneficiorū familiarum Cardinalium, videtur contraria sententiæ Germonij, quæ est, vt vidimus supra *in dub.* 12. *huius Præludij*, concludens Cardinalem posse liberè conferre vigore Indulti beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium; ampliando etiam huiusmodi facultatem, quamuis in Indulto non adesset clausula, *vt posset conferre huiusmodi beneficia familiarium*, & Gonzales firmat suam opinionem in dicta constitutione Gregoriana, & indistinctè loquitur, quam planè Gregorianam præ manibus dum hæc scribo habere non possum; ad illam propterea pium Lectorem remitto; interim autem si licet ipsos Doctores concordare, arbitrarer concordandos esse, & re vera concordes fore, per pręallegatam distinctionem Indultorum; nimirum, vt opinio Gonzal. locum habeat in Indultis extraordinarijs, conclusio autem Germonij locum habeat in Ordinarijs, vt iam annui *in d. dubio duodecimo*.

¶ [Post hæc scripta habui ipsam Constitution. *Gregor. XIV. fel. rec. quæ sic cantat.*

Reuocatio, ac Moderatio Indultorum S. R. E. Card. super collatione beneficiorum.

SAnctissimus in Christo Pater & D. N. D. Gregorius diuina prouidentia Papa XIV. ex quibusdam contra dispositionem iuris communis S. R. E. Cardinalibus super collatione beneficiorum Ecclesiasticorum apud Se*dem Apostolicam vacantium concessis indultis, & facultatibus sæpenumero impeditus, quominus solitam Sedis huius benignitatem erga pauperes, & benemeritos liberaliter exercere possit: ac simul volens litibus obuiare, quæ super illorum interpretatione oriuntur, fel. rec. Pij Papæ V. sui prædecessoris vestigijs in hac parte inhærendo. Omnia, & quæcumque indulta, concessiones, facultates, & priuilegia conferendi quæcumq; apud Sedem Apo-*

Apostolicam vacantia, aut in posterum vacatura beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorūuis ordinum regularia, quomodocumque qualificata, ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamcumque aliam dispositionem, tam dictorum Cardinalium ratione Patriarchalium, Metropolitan. & aliarum Cathedralium Ecclesiarum, non tamen earum, quibus in titulum, aut denominationē sui Cardinalatus præsunt, circa quæ aliquid de nouo disponere non intendit; necnon Monasteriorum, Prioratuum, dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorū, quæ quomodolibet obtinent, & in posterum obtinebunt, ac etiam quorum collatio, prouisio, & quæuis alia dispositio illis, ex causa factæ per eos cessionis, regiminis, & administrationis, seu commendæ, aut resignationis Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum huiusmodi beneficiorum, Apostolica auctoritate reseruata, &c. existit, vel in posterū reseruabitur; quàm etiam aliorum quorumcumque inferiorum collatorum, aut collatricum, coniunctim, vel diuisim, de iure, priuilegio, consuetudine, aut aliàs quomodolibet pertinentia, ac etiā illa commendandi, ac aliàs de eis disponendi, vel de consensu ipsorum Cardinalium requirendo in prouisione eorūdem beneficiorum apud Sedem prædictam, vt præfertur, vacantium per Sanctitatem suam facienda, & quòd sine consensu huiusmodi factæ prouisiones, aut quæuis aliæ dispositiones nullæ, & irritæ sint, omnibus, & singulis Cardinalibus prædictis per quoscumque Rom. Pontifices, ac Sanctitatem suam, & dictam Sedem, etiam Motu proprio, & ex certa sciētia, deq. Apostolicæ potestatis plenitudine, & consistorialiter, ac etiam ex pactis inter dictos Pontifices, & Cardinales diuersis temporibus factis, firmatis, & iuratis, ac quibusuis onerosis, & alijs causis concessa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, innouata, ac extensa, quibuscumque concepta formulis, ac etiam restitutiuis, mentis attestatiuis, præseruatiuis, derogatoriarum derogatorijs, alijsq. efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon vim contractus inducētibus, ac irritanti, & quòd sine eorum cōsensu derogationes pro tempore factæ nemini suffragentur, alijsq. decretis suffulta: Quorum omnium tenores Sanctitas sua haberi voluit pro expressis, specialiter, & expresè reuocauit, literasq. Apostolicas desuper confectas, & quoad ea, in quibus illa effectum nondum sortita erant, & inde secuta quæcumque cassauit, annullauit, viresq. & effectum de cætero non habere decreuit: Salua tamen remanente facultate consensus per ipsos Cardinales in prouisionibus Apostolicis beneficiorum per obitum familiarium continuorum cōmensalium eorumdem Cardinalium, etiam apud Sedem prædictam vacantiū, præstandi, iuxta formam Regulæ Cancellariæ Apostolicæ super hoc

edita,

edita, & in casibus tantum in ipsa Regula expressis. Volens vlterius quòd eadem beneficia per obitum familiarium cōtinuorum commensalium eorumdem Cardinalium posthac tam apud eādem Sedem, quàm extra Rom. Curiam vacantia, etiam si ad alicuius alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, etiam si tunc cessent aliæ Apostolicæ reseruationes, hactenus æditæ, nihilominus in posterum dispositioni Sanctitatis suæ reseruata censeantur: ita vt in prouisionibus taliū beneficiorum super expeditionibus literarum illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus extitit, si ipse Cardinalis tunc præsens in eadem Curia fuerit, consensus requiri omninò debeat, non autem beneficia huiusmodi ad collationem, seu quamuis aliam dispositionem Cardinalis ordinarij collatoris vllo modo pertineant, nec eiusdem Cardinalis ordinarij collatoris, etiam si in Romana Curia præsens fuerit, consensus quoquomodo requiratur. Easdemq. Constitutiones, & Regulas Cancellariæ, etiam declaratorias super beneficijs familiarium prædictorum Cardinalium æditas, tam quoad Cardinales indulta huiusmodi habentes, quàm non habentes, atque adeò indulta ipsa ad terminos præsentis constitutionis reduxit, & moderatus fuit. Decernens sic in ijs, cæterisq. omnibus præmissis per quoscumque, &c. etiam causarū Palatij Apost. Auditores, & eosdē Cardinales, sublata, &c. necnon irritū, & inane quicquid secus super his per quoscumque etiam prætextu facultatum, indultorum, & concessionum huiusmodi scienter, vel ignoranter contigerit attentari, prædictis, & quibusuis alijs Regulis, Cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq. contrarijs quibuscumque non obstantibus.]

DVBIVM XXV.

ARGVMENTVM.

Cardinalis confert beneficia deuoluta propter negligentiam inferiorum, quia non conferuntur à Papa tanquam reseruata, sed iure ordinario.

1 DVbitatur vigesimoquintò, an Cardinalis possit conferre beneficia deuoluta ad Papam propter negligētiam Inferiorum Collatorum. *Petr. Gregor. Tholos. in tract. de benef. c.* 24. *num.* 4. post Æneam de Falconibus *de reseru. benef. q.* 2. *n.* 12. & post hos Gon-
2 zales *glos.* 24. *n.* 70. † concludunt affirmatiuè, moti potissimum ea
3 ratione, † quia huiusmodi beneficia deuoluta conferuntur à Papa non tanquam reseruata, sed tanquam ab Ordinario *Seraphin. decis.* 1270. *n.* 1. secus si deuoluant ob non factam publicationem.

DVBIVM XXVI.

ARGVMENTVM.

Pro Cardinale absente confert alius vigore illius Indulti.

Du-

1 Dubitatur vigesimosextò an absente Cardinale, possit alius pro eo conferre quæcumque beneficia vigore Indulti Apostolici concessi ipsi Cardinali Hoc dubium mouet D. Germonius *de Indultis. §. tibi. n.34. & seq.* & resoluit affirmatiuè, stante clausula
2 *per te, seu alium, vel alios*, † vbi etiam dicit, quod si Cardinalis, qui habet Indultum, absens fuerit de licentia Papæ, & in licentia caueatur, vt non obstante absentia conferre possit, poterit vtique consti-
3 tuere Procuratorem Romæ, † sine cuius consensu si fiat collatio per D. Papam de beneficio ad Cardinalis prouisionem spectante nulla erit.

DVBIVM XXVII.

ARGVMENTVM.

Vicarius Episcopi assumpti ad Cardinalatum, si babeat specialem facultatem conferendi beneficia, potest conferre vigore Indulti talis Cardinalis.

1 Dubitatur vigesimoseptimò an Vicarius Episcopi ad Cardinalatum assumpti possit vigore Indulti eidem Cardinali concessi, conferre ea beneficia, quæ potest ipsemet Cardinalis ratione ipsius Indulti. Germon. *in tract. de Indultis. §. tibi n. 39. & seq.* excitat, & eleganter soluit hoc dubium per affirmatiuã; supposito tamen pro constanti quod Vicarius habeat facultatem specialem confe-
2 rendi beneficia; † requiritur enim speciale mandatum, nec ex generali concessione facta ab Episcopo suo Vicario, transfertur potestas conferendi beneficia, *per tex. in*
3 *c. fi. de off. Vicar. lib. 6.* † hæc conclusio tenẽda est, vt Vicarius possit conferre, etiam sine alia noua cõcessione ea beneficia post Indultum, quæ poterat ante, per ea, quæ
4 tradit Put. *decis. 488. lib. 2.* † Nec obstat, quod in generali concessione facta Vicario non veniant illa, quæ vigore priuilegij competunt Cardinali, *decis. 29. n. 2. de preb. in nou.* Nam ad hoc respon-
5 det Germon. *vbi sup. n.45.* † quod per huiusmodi Indultum, nullum cõceditur priuilegium Cardinali, sed tãtum remouentur obstacula,
6 Nec † etiam releuat, quod Episcopus ante assumptionem ad Cardinalatum non poterat conferre ea beneficia, quæ postmodum vir-
7 tute Indulti licitè potest; † quia etiam ad hoc respondetur, quod Episcopus cessantibus obstaculis Reg. Cancell. potest conferre om-
8 nia beneficia suæ Diœcesis; † quo planè fit; vt cum per Indultum remoueatur, vt dixi, obstaculum, & sic restituatur Cardinali illa potestas, quæ alias erat impedita; ita etiam censeatur restituta Vicario.
9 Nam † Vicarius, & Episcopus censentur vna, eademq. persona, & vtriusque vnum sunt, ac idem Tribunal *per c. Romana. 3. de appell. lib. 6. Germon. vbi sup. n. 41.*

DVBIVM XXVIII.

ARGVMENTVM.

Prouisus à Cardinale de reseruatis vigore indulti de beneficio excedente

dente valorem 24. ducat. tenetur expedire nouam prouisionem intra 4. menses citrà, & intra 8. vltra montes.

1 Dvbitatur vigesimooctauò, an prouisi à S. R. E. Cardinalibus vigore eorum Indulti, possint tutò eorum prouisioni acquiescere. Hoc dubium soluẽdum est cum distinctione; vel enim beneficium collatum per Cardinalem non excedit valorem 24. ducat. aur. de
2 Cam. aut excedit. † si non excedit tutus planè est, & potest acquiescere; si verò excedit, tenetur omninò expedire nouam prouisionem à S. Sede, intrà 4. menses, si collatio facta sit citrà montes, vel intrà 8. menses, si facta sit vltrà mõtes, & intrà eumdem terminum tenetur literas leuare, ac iura cum effectu Cameræ Apostolicæ per-
3 soluere, † alioquin lapsis eisdem mensibus censebuntur eo ipso vacare beneficia, & poterunt per alios ab ipsamet Sede, non ab alio
4 collatore liberè impetrari; † nisi ipsi prouisi docuerint coram Datario D. Papæ, adhibitis notario, & testibus, de legitimo impedimẽto, vel saltem petierint nouam prouisionem cum protestatione, quod per ipsos non stat. *Germon. de Indultis. §. volumus. num. 1.*

¶ [Et ad effectum huiusmodi expeditionis non deducitur de valore pensio temporalis, vt in puncto decidit *Rot. coram Gregor. XV. decis.* 490. *n.* 3. & 4. & 540. & quæ requirantur ad excusandũ à mala expressione *n.* 10. *in annot. d. decis.* 490. quod autem dixi debere nouam prouisionem expediri intelligendum est de reseruatis, vel affectis *Gonzal. glos.* 15. *n.* 110.]

DVBIVM XXIX.

ARGVMENTVM.

Noua prouisionis tempus currit à die captæ possessionis, & debet talis possessio esse nota, nam ignorantia excusat à pœna, & scientia reseruationis non probatur per famam.

1 Dvbitatur vigesimononò quãdonam incipiat currere tempus obtinendæ huiusmodi nouæ prouisionis. Gonz. *glos.* 15. *n.* 111. dicit quod tempus ipsius decreti incipit currere tantum à die captę
2 possessionis pacificæ, † ita vt verba decreti ciuiliter intelligantur, *Caputaq. decis.* 51. & 110. *lib.* 1. *ac*
3 *decis.* 128. *lib.* 3. † Imò ait, quod non solum non currit nisi à die
4 captæ possessionis; † sed etiam quod est necessaria notitia, quod sit adepta, vt incipiat currere terminus; & iam fuit resolutum *in vna Tiraconen. Canonicatus coram R. P. D. Orano. 8. Nouem-*
5 *bris* 1596. † vbi fuit excusatus quidam à pœna decreti de dimittendo intra quatuor menses, quia allegabat ignorantiam adeptæ possessionis secundi beneficij incompatibilis, nec potuit conuinci de
6 scientia; † addens etiam *ibidem n.* 115. quod si fuisset collatum beneficium reseruatum, veluti ex vacatione per obitum Cubicularij, vel alterius officialis Cancell. terminus non inciperet currere, nisi à die

7 à die notitiæ reseruationis, † & sic non sufficiet probare sciētiam reseruationis, per publicam vocem, & famam, *ad decis. Putei 112. lib. 1. & decis. 361. lib. 2. Germo. de Indultis. §. volumus. n. 46.*

DVBIVM XXX.

ARGVMENTVM.

Impetratio, quæ certo modo nuncupatur est maximè odiosa, & contra bonos mores, ac propterea impetrans tenetur concludenter probare narratiuam.

1 DVbitatur trigesimò, an omissio expeditionis nouę prouisionis inducat nouum modum vacationis, an autem vacet, vt prius ex vi prioris vacationis, per quam fuit collatū. Gonzal. *glos. 15. n. 123.* concludit quod ex huiusmodi defectu, siuè omissione nouæ prouisionis, inducitur noua vacatio, ob non seruatam formam decreti;
2 Vndè, † inquit, quod ille, qui postea illud beneficium impetrabit dicetur impetrans certo modo, & sic debebit totam narratiuam plenè, & concludenter probare, vt fuit resolutum *in vna Hispalen. beneficij. 12. Maij 1603. coram*
3 *R. P. D. Litta*, † Enim verò impetratio facta certo modo, cum sit contra bonos mores, humanitatemq. & vsum Rom. Cur. † quip-
4 pequæ fit de beneficio viuentis, & proindè maximè odiosa est, idcircò plenissimè, & concludenter est probanda *Mandos. cons. 20. n. 9. citat per Germon. de Indult. §. volumus. n. 35.*

DVBIVM XXXI.

ARGVMENTVM.

Collatio facta de beneficio vacante in mense alternato videtur facta vigore alternatiuæ, nam alternatiua non ammittitur propter indultum; si verò facta sit de vacante in mense reseruato, videtur facta vigore indulti.

1 DVbitatur 31. an Cardinalis Episcopus videatur conferre vigore Indulti necne. Germon. *de Indultis. §. volumus*, mouet hoc dubium, & distinguit sic; aut Cardinalis ante Cardinalatum habebat alternatiuam, aut non; & concludit, quod si non habebat alternatiuam, & collatio sit facta de beneficio vacante in quatuor mēsibus tunc censeatur facta aucto-
2 ritate ordinaria; † si verò facta sit in mense alternato, & habebat alternatiuam, censebitur facta
3 vigore alternatiuæ; † si tandem facta fuerit in alijs mensibus Papæ reseruatis; tunc, inquit, reputa-
4 bitur facta vigore Indulti; † nam alternatiua non amittitur ex eo quod illam habens prius, obtinuerit Indultum, quia priuilegium secundum nunquam tollit primum, nisi priuilegia sint inter se contraria, *ad trad per Ant. de Butr. in c. 1. de officio legati super glos. 1. Caputaq. decis. 309. p. 1. & decis. 88.*
6 *p. 2.* † vel vbi actus gestus sit incōpatibilis cū priuilegio, ità vt nulla cōiectura capi possit, nisi quod eidem renunciatum sit, *vt latè per Germon. vbi sup n. 13 vbi quamplures Doctores ad hoc cumulat.*

D V-

DVBIVM XXXII.

ARGVMENTVM.

Prouisus de beneficio vacnte in mense alternato à Cardinale habente alternatiuam, vel aliàs de vacante in quatuor mensibus, vbi Cardinalis non haberet alternatiuam, non tenetur expedire nouam prouisionem, secus sic.

1 TRrigesimò 2. dubitatur, an prouisus à Cardinale habẽte alternatiuam in mense alternato de beneficio vacante in mẽse non reseruato teneatur expedire nouam prouisionem, Germon. *de indultis. §. volumus. n.* 15. concludit prouisum à Cardinale habente alternatiuam de beneficio vacante in mense non reseruato non teneri ad accipiendum nouam prouisionem, quamuis Cardinalis esset in Curia, & non resideret in Diœcesi;
2 secus † verò si non habuit alternatiuam, nisi, vt dixi, fuerit prouisus de beneficijs vacantibus in quatuor mensibus Ordinarijs, quia adhuc non teneretur ad aliquam nouam prouisionem.

DVBIVM XXXIII.

ARGVMENTVM.

Re integra potest expediri noua prouisio, etiam elapso termino.

1 DVbitatur 33. an prouisus, qui nouam prouisionem expedire debet, si illam non accipiat intrà tempus præfixum, expediendo Bullas huiusmodi prouisionis, & soluendo iura Cameræ Apostolicæ, possit quandocumque, re adhuc integra, expedire huiusmodi nouam prouisionem. Germon. *de Indultis. §. volumus. n.* 37. concludit affirmatiuè motus ea ratione quia, inquit, pœna apponitur hic, ne Apostolica Camera defraudetur iuribus sibi debitis; at quando expeditur noua prouisio, iura etiam soluuntur, proinde igitur impunè poterit obtineri noua prouisio.

DVBIVM XXXIV.

ARGVMENTVM.

Cardinalis non potest conferre beneficium super quo expedita non est noua prouisio.

1 DVbitatur 34. An prouisus à Cardinale, si omisit omninò expedire Bullas, & soluere iura Cameræ Apostolicę, possit Cardinalis illud ipsum beneficium conferre alteri, an verò censeatur deuolutum ad S. Sedem. Germon. *de indultis. §. volumus n.* 53. *& seq.*
2 hoc tangit, † & concludit negatiuè, nam & si ordinarius collator posset vnum beneficium, quod cõtulit alicui absenti, illo recusante, seu non consentiente, alteri conferre vt vidimus *in dub.* 11. *n.* 14. *& seq. Prælud.* 25. nihilominus quia Papa expresse hic decreuit, vt si prouisus non expediuerit nouam prouisionem intrà tẽpus constitutum, possit per alium ab eadem dumtaxat Sede impetrari;
3 & † dictio *dumtaxat*, cum sit restrictiua, & negatiua, quæ omne aliud excludit *Auth. si. §. si. de consuetud.*

suetud. Cardin. in Clem. 1. *de sequest. poss. Nat. cons.* 78. *n.* 3. ideo non poterit in proposito casu amplius conferre alteri vigore huiusmodi indulti : † Attamen si beneficium vacasset in mense non reseruato, & ille cui collatum esset, recusaret, aut non consentiret intra tempus præfixum ad deliberandum *per c. si tibi absenti.* 17. *de præbend. in* 6. posset vtique illud iterum conferre eidem, vel alteri.

4

DVBIVM XXXV.

ARGVMENTVM.

Cardinalis confert beneficia, quæ sunt simultaneæ collationis cum capitulo, sed an sit opus vt simul concurrat capitulum.

1 DVbitatur trigesimoquartò, quia contingit plerumque vt beneficium vacans in mense Apostolico spectet ad simultaneã collationem Episcopi, & Capituli, & iam vidimus, quod Cardinales possunt conferre omnia beneficia cum cura, & sine cura, ad suam, & cum alijs prouisionem, &c. spectantia, dubitatur, inquam, an debeat simul concurrere Capitulum, vel alius, qui consueuit concurrere cum Episcopo, vbi Cardinalis ipse confert; duæ super hoc
2 habentur opiniones, † Gonzales vna, *in glos.* 24. *n.* 52. *& seq.* quæ
3 est affirmatiua; † altera Garziæ *p.* 5. *c.* 1. *n.* 628. *& seq.* & est ne-
4 gatiua, † illa Gonzales hærere videtur tantum vulgar. reg. *l. si communẽ fundum.* 10. *ff. quemad.*
5 *ser. amitt.* At verò opinio Garziæ habet pro fundamento quod Indultum non tollit reseruationẽ, quod etiam admittit Gonzales, dum ra-
6 tiones pro negatiua affert, † ac proindè impedita remanet facul-
7 tas Capituli, † aliud etiam fundamentum habet Garzia, nimirum, quia Cardinalis vtens Indulto cõfert non tanquam Episcopus: sed
8 vti delegatus Papæ. † Ac propterea, inquit, nisi conferat intra sex menses, deuolutio fit ad Papam non autem ad Archiepiscopum, cui conclusioni quoad deuolutionem subscribit Germon. *de indultis. §. volumus. n.* 56. *& seq.* vbi quærit an ordinarius collator, qui habet Indultum conferendi etiam reseruata, debeat ea cõferre intra sex menses, & si non conferat, an collatio deuoluatur ad S. Sedem, & resoluit affirmatiuè, *per decis. Cassad.* 8. *de præb. & decis.* 14. *de rescript. in nou. decis.* 735. *Bellamer. & decis.* 12. *Crescent. de prabend.* vbi etiam dicit Crescen.
9 quod † si in gratia Apostolica de beneficio vacante concessa cum clausula generali, *& quouis modo vacet, etiam si reseruatum, vel affectum &c.* addantur per D. Datarium, vel Referendarium hęc verba in fine supplicationis, in qua narrabatur deuolutio ad Sedem Apostolicam, *& de deuolutione detur dispositiuè* cẽsetur esse restricta & limitata, itá vt si non doceatur de deuolutione, prouisus non capit beneficium, licet per supradictas clausulas sit reseruatum, ne verba clausulę sint frustra-
10 toria, quoniam, inquit, † Ordinarius,

rius, vigore indulti, poteſt conferre reſeruata; at poſt negligentiam temporis à iure communi definiti amittit facultatem conferendi, & ad Papam deuoluitur. Quo verò ad illud, quod Cardinalis conferat vti delegatus, non vti ordinarius conducunt, quæ dixi hic *in dub. 31. & 32.* vbi quæſiui an prouiſus ab habente indultum, vel alternatiuam teneatur accipere nouã prouiſionem. † [Sed re vera videtur quod Cardinalis conferens vigore indulti nullatenus conferat tanquam delegatus, ſed quidem tanquam ordinarius; enimverò ordinarij non ſolum habent ex ſua ordinaria facultate ius conferendi omnia beneficia ſuæ Diœceſis *c. 2. c. ex parte. c. conſtitutus. de conceſſ. præb. c. omnes baſilicæ. 16. q. 6.* ſed etiam in omnibus menſibus *Put. deciſ. 496. n. 3. lib. 2. Gregor. XV. deciſ. 99. n. 2.*

11 ¶

12 Sed declara, vt doctrina Garziæ locum habeat in Cardinale habente indultum extraordinarium, deciſio autem Gregor. XV. in habente ordinarium.] Animaduertãt tamen Capitulares, ſibiq. benè conſulant ſi vnquam caſus euenerit, memores ſe negotium habere cum Cardinale.

DVBIVM XXXVI.

ARGVMENTVM.

Deuolutio beneficij quod Cardinalis non confert dum vtitur indulto, fit ad Papam, non autem ad Archiepiſcopum, quia Cardinalis confert tanquam delegatus, non tanquam ordinarius.

1 DVbitatur 36. ſi Cardinalis collator non conferat infrà ſex menſes beneficium vacans in menſe aliàs Apoſtolico, an propter huiuſmodi negligẽtiam faciat deuolutionem ad Archiepiſcopum, aliumvè collatorem, ad quem de iure, vel de conſuetudine ſpectaret collatio, niſi obſtaret reſeruatio,

2 an verò deuoluatur ad Papã. † hoc dubium excitat Garz. *par. 5. c. 1. n. 631. poſt Gonzal. gloſ. 24. n. 78.* & allatis hinc inde rationibus, reſoluit deuolui ad Archiepiſcopũ, vel aliàs ad collatorem etiam inferiorem, non autem ad Papam,

3 & † inter aliàs rationes illam adducit, quia cum reg. 8. quæ nunc eſt 9. teſte D. Barboſa *allegat 57. n. 140.* non comprehendat Cardinales; ac ideò perinde ſit, ac ſi reſeruatio menſis nõ eſſet in rerum natura, quippequod indultũ tollit

4 obſtacula, vt ſæpius dixi, † & beneficium præſeruatur liberum; ſemel autem effectum liberum ſemper tale remanet; ea propter, inquit, ſicut deuolutio fieret ad Archiepiſcopum data negligentia Epiſcopi, idem cenſendum eſt caſu

5 propoſito; † per deuolutionem enim non inducitur noua vacatio; ſed durat prima *Caſſad. deciſ. 8. n. 3. & 8. de præbend. Kochier in reg. 8. gloſ. 10. verſ. tertio not. n. 6.*

DVBIVM XXXVII.

ARGVMENTVM.

Priuilegium conferendi differt ab Indulto, & à diſpenſatione in effectu, licet non differat in conceſſione.

1 VT iam tandem imponamus finem his Præludijs, quæro hoc vltimo loco; An aliqua intercedat differentia inter priuilegiũ, & indultum, seu etiam dispensationem; & videtur quod non; etenim priuilegium in proposito nostro; est ius conferendi beneficia, in aliqua diœcesi, vel Ecclesia, siue loco, illi, qui in ea nullam habet iurisdictionem, nec ipsa beneficia sibi de aliquo iure scripto cõ-
2 petunt: † indultum autẽ vt etiam vidimus *in eodem Præludio. n. 7.* quamuis concedi soleat non nisi in beneficijs existentibus in ea Diœcesi, quam habet, vel alias habuit indultatus, vt ita dicam, & dicitur ordinarium, datur nihilominus etiam super beneficijs alicuius Diœcesis, quam indultatus nunquam habuit, & nuncupatur indultum extraordinarium, & sic istud extraordinarium videtur coincidere cum priuilegio, & per consequens idem esse.

3 Additur quod Sac. Conc. Trid. *sess.* 24. *de refor. c.* 18. vbi præscribit formam examinis adhibẽdi ad prouidẽdos de Parochialibus, sanciuit, vt huiusmodi examen fiat etiam in beneficijs curatis reseruatis, etiam vigore Indulti S.R.E. Cardinalium concessi, & addit *seu Priuilegij*, quæ planè dictio *seu*, vt plurimum stat expositiuè, & arguit similitudinem, & conformitatem, etiamsi posita sit inter diuersa, vt vidimus *in Prælud.* 5. *num.* 2. *per decis.* 393. *n.* 8. *&* 9. *bo. me. Card. Seraph.* & ideo videtur quod Indultum, & Priuilegium idem sint.

Attamen constanter tenendum est intercedere differentiam inter indultum, etiam extraordinarium, & priuilegium, si non quoad concessionem, in qua re verè videntur conformari, saltem intercedit quo
4 ad effectum; † nam quamuis priuilegium soleat cõcedi non habenti iurisdictionem, & etiam in aliena Diœcesi, nihilominus remanet, & subsistit priuilegium, nedum cum obstaculis iuris communis, sed etiam cum impedimentis Regul.
5 Cancell. † quod planè non accidit in indulto, neque in dispensatione, quippequod indultum esse non potest cum obstaculo Reg. Cancell.
6 aliter non esset indultum, † cum de eius natura sit, vt sæpius vidimus per hoc Præludium, remouere obstacula Regul. Cancell. sicuti,
7 Dispensatio † non potest subsistere cum impedimento iuris commu-
8 nis, † etenim materia dispensationis versatur dumtaxat circa impedimenta iuris communis, & sic videmus quod non coincidunt.

9 Nec obstat dictio *seu*, nam quamuis sit verum quòd stat expositiuè, & quod arguit conformitatem, est nihilominus etiam verum, quod est coniunctio disiunctiua, quinimò Grammatici illam appellant disiunctiuam, *Eman. Aluar. in Rudim. rub. de coniunctionibus.*

10 Porrò arbitror hic stare disiunctiuè, nam Illustriss. DD. Cardin. etsi non omnes habeant Episcopatus, vt possint habere indulta ordinaria, & pauca etiam sint extraordinaria, stante reformatione huiusmodi indultorum præinserta

serta dub. 24. perpauci tamen sunt, qui ratione Abbatiarum, seu aliarum Dignitatum, vel Commendarum non habeant priuilegia conferendi beneficia, quæ quidem priuilegia sortiri possunt suos effectus circa indulta, & dispensationes, puta in mensibus non
11 reseruatis. † Quod etiam videtur annuere Germon. *de indultis. §. tibi. num.* 45. dum ait, per indultum nullum concedi priuilegium Cardinali, *& dixi. in hoc Prælud. dub.* 29. *n.* 5.
12 Cæterum vt res, pro Tyronibus planior fiat, fingo exempli gratia aliquod beneficium Diœcesis A. vacare in curia, seu apud S. Sedem de mense Decembris, & Papam concedere Episcopo A. vt possit illud ipsum beneficium, ac alia omnia suæ Diœcesis sic vacantia conferre, nunquid hoc dicetur indultum? nequaquam, sed dispensatio, etenim Episcopus A. impediebatur à conferendo huiusmodi beneficium impedimento *c.* 2. *de preb. in* 6. quo cessante potuisset liberè conferre, cum esset de illius Diœcesi, & vacasset in mense non reseruato, quod sanè impedimentum non tollitur nisi per dispensationem.
13 Fingo similiter beneficiũ P. Prothonotarij Apost. vacare in mense Apost. & Papam concedere Episc. A. conferendi huiusmodi beneficia, nunquid erit priuilegium, aut dispensatio? nullatenus, sed indultum, nam duo impedimenta, quæ in hac vacatione concurrunt, nẽpè ex persona Prothonotarij, & ex mense, sunt inducta per Reg. Canc. & non tolluntur nisi per indulta.
14 Priuilegium autẽ subijcitur impedimentis alterutrius, idest iuris, & Reg. quapropter priuilegiatus non poterit conferre nisi in mensibus, siue diebus, sibi expressè concessis in priuilegio. Et hæc sufficiant de indultis, si plura Lector desideret de materia indultorum consulat dictum tractatum, & satiabitur.

Nos iam tandem retorqueamus calamum ad Praxim haben. concur. quod est præcipuum institutum nostrum.



REQVISITA

Pro bono, & valido concursu, & examine in conferendis Ecclesijs Parochialibus.

REQVISITVM PRIMVM.

De deputatione Vicarij cum congrua fructuum portionis assignatione.

DVENIENTE vacatione alicuius Ecclesiæ Parochialis, etiamsi cura incũbat Ecclesiæ, vel Episcopo, & per vnum, vel plures administretur; etiam in Ecclesijs Patrimonialibus, seu Receptiuis, in quibus Episcopus consueuit vni, vel pluribus curam dare, siue sit liberæ collationis, siue sit de iurepatronatus; & siue vacet per obitum in Curia, siue extrà; & siue vacet per priuationem, vel aliàs quouis modo, citrà tamen resignationem, *quam* in fauorem *appellant, vel ex causa permutationis; & saluo casu deuolutionis ob non seruatam formam d. Concilij*, sess. 24. de reform c. 18. *& const. S. mem. Pij V. quæ incipit* in conferendis; *debebit Episcopus statim ac habuerit notitiam vacationis Ecclesiæ Parochialis huiusmodi; vbi tamen prius vsus fuerit omni diligentia vt aliquem inueniat, vel in ea ipsa Ecclesia, vel alibi, qui velit, ac possit eius Ecclesiæ administrationem in temporalibus, & spiritualibus obire; & si reperiri nequiuerit, illud saltem curauerit, vt aliqui mercenarij Diurni, vel Hebdomadarij, aut vicini Parochi curam animarum interea exerceant. (eo enim tendunt illa verba Concilij* si opus fuerit;) *debebit inquam cõstituere idoneum Vicarium, vel plures, si cura per plures erit administranda, vt notat Thes. for. Eccl. c. 18. n. 27. cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione, pensata tamen qualitate beneficij, & Vicarij, seu Vicariorum deputandorum, qui interim ipsius Ecclesiæ onera sustineant, donec ei de Rectore prouideatur, non obstante quauis generali, vel speciali reseruatione, etiam vigore Indult. seu Priuil. in fauorem S. R. E. Card. Abbatum, vel Capitulorum, vel aliàs quomodolibet inducta, & quauis affectione, ac Summi Pontificis manus appositione.*

For-

Forma Deputationis.

E Rasmus, &c. Christus Dominus in pretium animarum totum suum sanguinem profudit, easq. B. Petro enixè commendauit, Pasce oues meas. *Quapropter earum salus non patitur, vt habeant desiderare Pastorem, vel saltem Sacramentorum administratorem, ne per diem quidem. Nos itaque quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam istã, cùm innotuerit Ecclesiam Parochialem S. N. oppidi A. Nostræ Diœces. vacare per obitum R. G. & consequenter carere Rectore: Cupientes vt eidem Eccl. quantum licet præstò sit, auctor. Conc. Trid. & in illius executionem, constituimus, & deputamus R. B. in Vicarium, siue Oeconomum in temporalibus, & spiritualibus Ecclesiæ præfatæ, illiusq. Curæ animarum, donec ei de Rectore fuerit prouisum; ipsi autẽ R. B. pro congrua fructuum portione, assignamus, & taxamus danda Scuta ..... à libris ..... monetæ ..... pro singulo Scuto exigenda ex fructibus, siue censibus, vel prouentibus, ac redditibus eiusdem beneficij pẽdentibus,* (vel si fuerint iam collecti dicatur) exigenda ab hæredibus ipsius G.

Volentes insuper quantum in Domino possumus, occurrere vacationi huiusmodi, iubemus intrà triduum omninò propositum esse publicum adictum ad Ianuas nostræ Cathedralis, & dictæ Parochialis vacantis Eccl. per totos x. dies, quo inuitentur omnes, qui volent examinari, vel alios nominare, vt transacto præstituto tempore, examen confici possit: Quod nos adictum ex nunc: prout ex tunc decernimus, & relaxamus, inuitantes omnes, & singulos ad examen, & ad nominandum, &c. offerentes nos, &c. in quorum, &c. dat, &c.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Deputatio Vicarij cum congrua est de forma concursus, & Ordinarius potest in huiusmodi Vicarios deputare alios viciniores Parochos, vel alios etiam hebdomadarios, vel diurnos, nec cessatio congruæ facit cessare obligationem deputationis Vicarij.

1 Circa hoc primũ Requisitum occurrit primò dubitare, An deputatio, seu constitutio Vicarij, & Oeconomi cum congrua sit de forma concursus, ita vt vitietur prouisio ex illius omissione.

2 Dubium † hoc oritur ex eo, quia verbum *Debeo*, non semper importat necessitatem, vt latè *per Cost. de remed. subsid. Rem.* 127. *num.* 29. & præcipuè vbi iungitur cum verbo sapiente consilium, vt aduertit *Felin. n.6. in c. nam concupiscentiam.* 4. *de const. & Abb. in c. si vir*, 3. *de adulter.* prout videtur esse in casu nostro, vbi Concilium disponit cum illo verbo, nimirum, *si opus fuerit:* † Attamen si rectè perpendantur verba, & dispositio Concilij, profectò apparebit quòd sit de forma

3

Concilij, vt huiusmodi Vicarius constituatur.

4 Hoc autem, vt clarius euadat comprobo per adducta per Garziam *in tract. de benef. p. 9. c. 2. n.13.* vbi latè agit de concursu,& refert etiam Declarationem Sac. Congreg. Concil. Trid. *super d. c.18.de refor. sess.* 24. in hæc verba, *Ordinarium omni diligentia vti debere vt aliquē inueniat,qui velit, & possit hoc munus obire;*
5 *qui se reperiri nequiuerit, † saltē illud curare,vt aliqui mercenarij diurni, vel hebdomadarij,aut vicini Parochi curam animarum*
6 *intereà exerceant, † quia in eadem Ecclesia possent adesse alij ministri Sacramentorū, qui intereà curam quoque illam, quæ ad defunctum spectabat, exercerent;*
7 *vel † aliqui vicini Parochi libenter idem præstarent,aut alij similes casus euenirent, quibus appareret non opus esse constituere*
8 *alium Vicarium:* † Ex qua planè declaratione quia superq. liquet verbum *Debeo*, in hoc loco importare necessitatem,non obstante quod sequatur verbum *si opus*
9 *fuerit*, † quippe quod consueuit semper præseferre quandam conuenientiam, siue admonitionem, cum sapiat consilium, maximè quando adiungitur coniunctioni
10 conditionali subiunctiuæ *si*; † in eo etenim loco, vt vidimus, operatur quidem admonitionem, siue consilium respectu assignationis congruæ portionis, at nullatenus respectu deputationis Vicarij sim-
11 pliciter; † Assignatio etenim congruæ potest licitè cessare, quando adsunt, qui gratis volunt obire curam animarum Ecclesiæ vacantis, vel aliàs non curari huiusmodi portionis assignationem.

12 Attamen dicendum etiam non esset eo casu quod non sit constitutus Vicarius; enimverò ille, qui tale munus obiret, siue sit mercenarius etiam diurnus, vel hebdomadarius; vel aliàs sit ex ministris illius vacantis, vel alterius Ecclesiæ, aut aliòqui sit vicinus Parochus, adhuc diceretur re vera esse Vicarius ad formam dicti Concil.
13 constitutus: † tum quia Concilium procedit annullando, & vbi adest clausula annullatiua, declarantur ibi omnia esse adiecta de forma, vt latè *Loacef. in alleg. de mula. dub. 1. fundament. 7. pro oppido. n. 2. cit. per D. Illefonsum de Azeuedo cons. 9. num.*29.
14 tum † quia talis Vicarius debet deputari ad id de speciali auctoritate Episcopi: tum quia hoc satis clarè colligitur ex verbis d. declarationis, ibi *alium Vicarium,*
15 nam † *alius alia aliud* est relatiuum, & repetitiuum rei eiusdem qualitatis, vt dictum, & ponderatum fuit *in vna Placentina de Medelinis.4. Iulij 1582. & in vna Romana præbeminentiarū. 16.Decembris 1585. coram bo. me. Cardin. Seraph.* alioquin dixisset *nullum Vicarium constituere.*

16 His accedit auctoritas Sac. Rot. *in vna Dertus. Parochialis de Tibisa. 12. Febr.1593. coram Pegna, & in eadem. 9. Iunij 1595. corā Litta, ac 24. Nouemb. 1595. coram Corduba*, quas decisiones integras affert Garz. *d. c.2. n.19.* quam-

quamuis ipſe putet, quod conſtituere Vicarium cum congrua donec prouideatur de Rectore, non ſit de forma concurſus, ita vt ſi aliàs omittatur valeat nihilominus prouiſio, aſſerens hoc fuiſſe admiſſum *in d. deciſ. coram Corduba*, & fuiſſe etiam reſponſum *ad deciſ. coram Pegna*.

17 Nihiloſecius clarum eſt Rotam feciſſe fundamentum vt concurſus cẽſeretur vitiatus ex eo, puta quia non fuiſſet conſtitutus Vicarius, quaſi ſit de forma concurſus huiuſmodi Vicarium conſtituere, vt clarè ipſę Deciſiones cantant.

18 Cęterum vt res clarior, dilucidiorq. fiat, lubet illarum deciſionum huc verba referre. Sũt igitur verba *deciſ. Pegnæ* huiuſmodi.

19 *Vbi non fuerat ſeruata forma Conc. Trid. deputando Oeconomũ cum congrua fructuum aſsignatione, donec à Papa foret de Rectore Parochiali prouiſum*, & clarius in deciſ. Lit. in hæc verba; *Quod non fuerit ſeruata forma*
20 *Concilij*, † *ex eo conuincitur, quod collatio per ordinarium eidem ſtatim facta fuit ſimpliciter, abſq; alia proteſtatione, & vlterius eidem tradita fuit realis poſſeſsio d. Parochialis, aliquo in Oeconomũ non deputatò, cum aſsignatione congrua, donec collatio ipſa fieret per Papam, ad quem de iure ſpe-*
21 *ctabat*, † *vt diſponitur in Concilio. cuius quidem forma ad vnguẽ erat obſeruanda, cum de iure per æquipollens impleri non poſsit, vt aliàs fuit dictum* in illa Volater. Paroc. 20. Maij 1591. corã Gypſio.

22 Verba tandem deciſ. Cordubæ per quæ putat Garzia fuiſſe admiſſum vt conſtituere Vicarium non ſit de forma, hęc ſunt. *Facilè tollebatur obiectum contra reſolutionem vltimò loco factum, in qua fuit dictum, nõ eſſe ſeruatam formam Conc. quia non fuit deputatus Oeconomus, quatenus opponebatur illam non eſſe de for-*
23 *ma*; † *Rota enim voluit oſtendere nullitatem concurſus non directi ad collationem Papæ, quo caſu ſeruanda ſunt diſpoſita per Concilium*.

Hęc ſunt verba deciſionũ Rotę, nunc conſideret vnuſquiſque an Rota admiſerit concurſum non vitiari, vbi etiam omittatur deputatio, & Conſtitutio Vicarij; Nos nihilominus dubitemus de opinione Garziæ, &, pace tãti Auctoris, dicamus Rotam coram Corduba, inquantũ dixit, *& tollebatur obiectum &c.* voluiſſe ſignificare concurſum vitiatum remanſiſſe, nedum ex omiſſione deputationis, & cõſtitutionis Vicarij; ſed etiam ex illo alio capite, nempè quia non fuit directus cõcurſus ad collationem Papæ, cuius tunc erat conferre, & ſic ex duplici capite remanſiſſe vitiatum: ac proindè Rotã voluiſſe prætermittere obiectum *non deputationis Vicarij* tãquam aliàs reſolutum, & quaſi approbãdo nullitatem propter omiſſionem huiuſmodi deputationis, addidiſſe cauſam inualiditatis, vtpotè prouenientis à non directione concurſus ad legitimam collationem, & ideo dixiſſe *voluiſſe oſtendere nullitatem concurſus non directi &c.*

24. Multoq. magis inclinandum arbitrarer in hunc intellectum, quãdoquidem videmus ipsamet decisionem Cordubæ confirmasse decis. Pegnæ, & Littæ ibi *in hac tertia instantia fuit resolutum confirmandas esse duas sentẽtias Rotales ad fauorem Raymundi &c.*
25. Et hoc confirmari videtur etiam ex prætacta declaratione Sacræ Congreg. tum ex diligentia, quam præstare debet Episcopus reperiendo, qui in curam incumbat animarum, in quo præscribitur cautio ab ipsamet Sac. Congreg. tum maximè in illis verbis in fine positis, videlicet *posse euenire casus, vt non sit opus constituere alium Vicarium*; enimverò, tantum abest, vt ex hoc inferri videatur, quod possit Episcopus non constituere Vicarium, vt potius annuatur contrarium, quasi Sac. Congreg. habeat illos diurnos, vel hebdomadarios, seu vicinos Parochos pro constitutis ad formam
26. Concilij, † ponderando illud pronomen *alium*, quod, vt dixi, refert rem sibi similem, & eiusdem qualitatis: Et ex his, Decisiones Pegnæ, & Littæ videntur adhuc attendendæ fore circa hoc, vt videlicet, sit de forma constituere Vicarium, saltem iuxtà præinsertam declarationem Sac. Congreg.
27 Dixerim tamen, & sic fortasse voluit intelligere Garzia, concursum nullatenus vitiari, si omittatur dumtaxat assignatio congruæ, quia fortè aliquis in ipsa, vel alia Ecclesia reperiatur, qui velit gratis obire curam animarũ; at verò simpliciter nullum penitus Vicarium constituere, putarem ex hoc capite concursum vitiari: me tamen submitto censuræ & declarationi Sac. Congreg. & sufficiat pro nunc dubium excitasse.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Vicarius cum congrua constituitur in qualibet parochiali vacante, siue de iure, & de facto, siue de facto tantum, & siue per obitum, siue per simplicem resignationem, vel priuationem vacent, & traduntur omnes modi vacandi.

1 Diximus Vicarium fore constituendum adueniente vacatione alicuius Parochialis, sed quia multipliciter occurrit aliquã Ecclesiam vacare; Ideò dubitatur, de qua vacatione intelligat Concilium. Istud dubium est planè scitu, & explanatione dignum; verumtamen nullatenus solui poterit; nisi aliqua scitu necessaria præmittantur. Sciendum est igitur, quod aliqua Ecclesia potest tripliciter vacare; scilicet de iure, & de facto: de iure tantum: & de facto tantum.

2 Vacat itaque de iure, & de facto Ecclesia, per obitum, & per renunciationem effectum sortitã, *Io. à Kochier super reg. 8. glos. 7. num. 7.* atque per appræhensionem possessionis secundi ordinaria auctoritate collati, *c. de multa. 28. de præb. vt infrà n. 6.*

3 De iure verò tantum vacat multis modis, quos recenset idem Ko-

Kochier d.glos.7.& Gonz.glos.15. per tot, super eadem 8. *reg.* quos huc referre me non tædebit, quia vtile fore arbitror.

4 Primus itaque est per assecutionem alterius incompatibilis, intellige, Apostolica auctoritate collati; nam, vt dixi, si sequatur possessio secundi, Ordinaria auctoritate collati, vacat primum ipso iure, & facto *per d.c. de multa* 28. *de præbend.* † quia censetur

5 renunciari, nedum iuri, sed etiam possessioni, quod non accidit in prouiso à Papa, propter decretum, quod consueuit apponi in literis prouisionis vt intrà talem terminum, vel quam primum adeptus fuerit possessionem, vel per ipsum steterit, quominus illā adipiscatur, dimittere debeat primum, & cum interim possit incumbere possessioni, donec cum effectu dimittat; Ideò non dicitur vacare de facto statim adepta possessione, vt aliàs videbimus. *Garzia de benef.p.*11. *c.* 5. *n.* 63.

6 [Sed dicamus melius, quod vacat quidem per huiusmodi assecutionem de iure, & quod potest liberè illicò cōferri *per d.c. de multa*, nedum quando prouisus fuit adeptus pacificam possessionem secundi, sed etiā quando per ipsum steterit quominus illam adipiscatur *c.commissa* 35. *de elect. in* 6. *& c.licet, iuncta glos. in verb. istud.* 28. *de præb.lib.eod. iuncta clem. si plures* 3. *de præb. & ibi glos. verb. adeptum*, non tamen poterit collator inducere in possessionem prouisum, de d. 1. vacante nisi dimittatur etiam quoad possessionem per eum, qui detinebat, clarus est text. *in d.c. licet. & glos. d. verb. istud*, qui quidem text. est ad limitationem *d. c. de multa ex testimonio d glos. in d. verb. istud* vnde cautius erit vt, quando aliquis adipiscitur possessionem secundi, se declaret nolle vlterius primū retinere, sed liberè possessionem dimittere.

Immò si secundum fuisset collatum per ordinarium, ignorata reseruatione, aut alioqui collatione Apostolica facta super, & de eodem beneficio, per quam manus Ordinarij etiam ignorātis illam ligantur, ita vt collatio illius in contrarium facta non valeat *c. si postquam* 13. *de præbend. in* 6. *iuncta glos. in figurat. casus.* & 1. *not. in c. si beneficia* 20. *tit. & lib. eod.* tunc si propter huiusmodi collationē, & illius vigore captā possessionem iam fuisset collatum beneficium quod talis prouisus obtinebat incompetens, imò etiā si expresse dimisisset primum ex causa incompatibilitatis huiusmodi, si postmodum fuerit informatus quod in secundo non habet ius, debebit illud secundum dimittere non expectato exitu causæ, & poterit redire ad 1. propria auctoritate, & sine alia noua collatione, & sic de oībus alijs, qui vllo modo dimiserūt; secus verò si difficultatē adhibuerint, quia redeūdi penitus ei tunc esset interdicta facultas, text. est expressus *in d. c. si beneficia* 20. *de præb. in* 6. *iuncta gl. in figur. cas. & in ver. oēs alior.*

Porrò non vacabit primum etiam adepta possessione 2. nulliter

liter collati si sic prouisus ignorauit nullitatem collationis 2. & postquam illam resciuit possessioni, & collationi huiusmodi renunciauit glos.in *cl. si plures in verb. adepta, & vero. vacare de preb.* nec obstat quod eadẽ glos.*d.verb. vacare, & vers. si verò*, dicat quod vbi apprehenditur possessio vltimi illa possessio facit prima beneficia incompatibilia vacare, cum ex tali vitiosa possessione vacaret vnicum, quia respondetur, quod d.glos.ibi supponit in apprehendente scientiam nullitatis collationis, & hæc colligitur ex antecedente *vers. si verò eum dimisit*, dicens quod prouisus sano vsus consilio videns conditionem vltimi non valere ipsius possessionem non apprehendat, vt sic humanitatis iustæ plenitudinis non auferatur *c.si quis 2.q.6.& c.cum cessante de appell.*]

7 Secundus casus vacationis de iure tantum inducitur per contractum matrimonij.*c.1.& 3.de cler. coniug. Gonzal.de mens. & alter. glossa 5.num.43.*

8 Tertius per non promotionem intra annum ad sacerdotium *c. licet Canon* 14. *de election. in 6.*

¶[& si eo animo receperat Ecclesiã, vt fructus anni perciperet, tenetur ad illorum restitutionem. *c. commissa §.cæterum 35.de elect.in 6.* qui verò eadem mente contulit debebit ipse Ecclesiam seruare indemnẽ, dabitur videlicet actio cõtra conferentem tam in foro fori, quàm in foro poli.*glos. ibid. verb. indicant.* data tamen fide de fraude, cuius probatio incumbet alleganti *glos. ibidem.*]

9 Quartus per ingressum religionis, *c.beneficiũ 1.de reg.iur. in 6.*

10 Quintus per trãslationem prælati ad aliam Ecclesiam *c. in apibus §.translatio.7.q.1. c.quanto. 3. de translat. Episc. Gonzales d. glos.15.n.48.*

11 Sextus per silentium electi, qui tempore statuto nõ consensit electioni *c.quam sit.§. electus 6. de elect.in 6.Gonz glos.15. n.50.*

12 Septimus per non petitam confirmationem electionis intra tres menses post præstitum consensum *c. quam sit. §.cæterum.6. de elect. in 6.Gonz.glos.15.n.51.*

13 Octauus per administrationem electi, vel præsentati ante confirmationem, vel institutionem. *c. auaritia 5.de elect.in 6.*

14 Nonus per promotionem ad Episcopatum, vel Abbatiam Episcopalibus iuribus, & iurisdictione gaudentem. *cap. cum in cunctis. §. cum vnum de election.* Conc. *Trid.sess.7. c.9. & sess. 23. c.2.Gonz.glos.15. n.53. Hojed. de incõp.benef p.1.c.4.n.6.& c.6.n.9.*

15 Decimus per militiam sæcularem *glos.in d.c.fin. de cler. non resid. in verbo resederint cit. per Gonz.in glos.15.n.54.*

16 Vndecimus per electionis cassationem *c.considerauimus* 10. *& c.super eo* 11. *de elect.* Gonz *glos. 15. n.56.*

17 Duodecimus per postulationem vel repulsionem *extrauag. ex debito.§.huiusmodi* 4. *de elect inter com.quamquam hi duo modi proprie dici non possint vacationum Gonz.glos.15.n.52.*

Deci-

18 Decimus tertius per violentum ingressum, vel apprehensionem possessionis ab alio occupatæ *c. eũ qui 18. & c. licet Episcopus. de præb. in 6. Gonz. n. 58. glos. 11. Kochier in comment. reg. 8. casu 13.* ¶ [*egomet latè dixi in Prælud. 7.*
19 *dub. 2. à n. 13. vsque ad 28.* † etenim possessor non potest remoueri absque citatione. *Rota coram fel. rec. Greg. XV. decis. 69. allega-*
20 *ta d. dub. 2. n. 21. cum alijs,* † hoc tamen declarandum est, vt sit verum, vbi potest suspicari ius, vel defensionem competere tali possessori, quia tunc requiritur citatio *d. c. licet, Rota in Borianen. beneficij 27. Martij 1620. coram Illustris. D. meo Coccino Decano,* in qua datum fuit mandatum de manutenendo ei, qui institutus fuerat ab ordinario contra prouisum Apostolicum tanquam de reseruato, quia dictum fuit quod ex quo Februarius, in quo vacauerat beneficium, poterat esse Ordinarij ratione alternatiuæ, & ideo poterat competere defensio, & quãuis postea apparuerit quod alternatiua non aderat tempore vacationis; nihilominus quia reus obtinuit Apostolicam prouisionem quamuis appareret fuisse posteriorem illi actoris, manutentio data fuit ipsi reo, ea potissimum
21 ratione, † quia in beneficialibus datur multiplicatio titulorum, secus esset quando notoriè constaret nullum ius, nullamq. defensionem possessori cõpetere, *Roman. cons. 499. n. 4. in fin. Rot. vbi sup.*]

22 Decimus quartus per violationem sequestri rotalis, *Clem. 1. de sequestr. possess. Gonz. glo. 15. vers. intellig. n. 60. Kochier casu 14.*

23 Decimus quintus propter non ostensionem tituli petiti ab Ordinario *extrauag. vt quos 2. de off. ord. inter com. iuncto c. Ordinarij 3. tit. eod. in 6 cum glos. ibi in verbo eo ipso Gonz. glos. 15. n. 62. Kochier casu 15.* nouiss. *Sacr. Conc. Trid. sess. 6. c. 2. de refor. in fin. & sess. 7. de refor. c. 5. & 7. vbi innouat d. c. Ordinarij.*

24 Decimus sextus per alienationem rerum Ecclesiæ sine solemnitate. *extrauag. Ambitiosæ de re. Eccl. non alien. §. inferiores Kochier casu 16.*

25 Decimus septimus per desertionem beneficij *c. ex parte 8. de cler. non resid. Gonzal. glos. 15. n. 64. Kochier casu 17.*

26 Decimus octauus per crimen hæresis *c. Ad abolendam. §. 1. iuncta glos. de hæret. Greg. Tholos. de benef. c. 26. n. 5. Gonzal. glos. 15. n. 65. & 66. vers. de hac vacatione.*

27 Decimus nonus per adhæsionẽ hæreticis, *Gonz. glos. 15. n. 92. Kochier glos. 7. casu 18. vers. imo vacant.*

28 Vigesimus per adhæsionem, Antipapæ *Gonz. glos. 15. n. 92.*

29 Vigesimus primus per crimen realis simoniæ, *extrauag. Cum detestabile 2. de sim. Cassad. decis. 5. n. 1. super regulis Cancell. Kochier casu 20.*

30 Vigesimus secundus per crimẽ læsæ maiestatis *Kochier casu 21. Rebuff. de mo. amitt. benef. n. 32. in prax.*

31 Vigesimus tertius per falsificationem literarum Apostolicarum *c. Ad-*

c. Ad falsarios 7. de crim. fal. Kochier casu 22.

32 Vigesimus quartus per percussionem illatam Cardinali *c. Falicis. §. si qua 5. de pœn. in 6. Paris. de resign. benef. lib.* 11. *c.* 10. *Kochier casu* 23.

33 Vigesimus quintus per percussionem illatam Episcopo *clem.* 1. *§. à feudis de pœ. & c. Falicis 5. tit. eod. in 6 Kochier casu* 24.

34 Vigesimus sextus per assassinium *c.* 1. *de homicid. in 6. Kochier casu* 25.

35 Vigesimus septimus per homicidium patratum in personam rectoris suæ Ecclesiæ *c. In quibus-*
36 *dam de pœ.* † & extenditur etiam ad occidentem, quemuis clericũ, aut parentem, vel fratrem proprium *c. Inquisitionis* 21. *de accus.* Kochier *casu* 26.

37 Vigesimus octauus per carcerationem clerici, vt resignare cogatur *Clem. multorum. §. quod si* 2. *de pœ. Kochier casu* 27.

38 Vigesimus nonus per crimen Sodomiæ *Kochier casu* 28.

39 Trigesimus per obitum resignantis intra XX. dies *Kochier casu* 29.

40 Trigesimus primus ob non publicatam resignationem *Paris. de resignat. lib.* 11. *q.* 7. *n.* 36. *Kochier casu* 30.

41 Trigesimus secundus per impetrationem beneficiorum ab illis, qui se supposuerunt exanimi pro alijs, vel pensiones offerunt aut pro alijs beneficia impetrant vt ab illis aliquid consequantur: vel accipiunt beneficia animo dimit-
42 tendi *Constit.* 33. Pauli IV. † & dicuntur Simoniaci, qui accipiunt animo dimittendi *Achil. de Cras. decis.* 1. *n.* 5. *de off. Vic. Kochier casu* 32. *Gonz. glos.* 15 *n* 89. *vbi de verbo refert ipsam constitutionẽ, & multa dicit notatu digna.*

43 Trigesimus tertius ob non seruatam formam concursus *Conc. Trid. c.* 8. *de ref. sess.* 24. *Constit. Pij V.* in conferendis *Kochier casu* 21. *& nos videbimus per totam hanc praxim.*

44 Trigesimus quartus per beneplacitum expiratum, quando collatio facta fuit ad beneplacitum *c. si gratiosè* 5. *de rescr. in* 6. *Kochier casu* 33.

45 Trigesimus quintus per depositionem, vel priuationem *c. Ex literis* 10. *c. grauem* 15. *de excess. pral. Kochier casu* 35.

46 Trigesimus sextus per apprehẽsionem possessionis literis non expeditis *Constit.* 33. *Pauli III. casu* 36.

47 Trigesimus septimus per indebitam detentionem scripturarum ad Cameram Apostolicam spectantium *Kochier casu* 37.

48 Trigesimus octauus per offensionem illatam litigantibus in Curia Romana *Kochier casu* 38. *Put. decis.* 102. *& duab. seqq. lib.* 1.

49 Trigesimus nonus per confidẽtiam *Paris. de confid. per totum, & potissimum quæst.* 68. *Kochier casu* 39.

50 Quadragesimus per filiationem hæreticorum *Gonz. glos.* 15. *n.* 67. *Kochier casu* 18. *vers. cæterum.*

51 Quadragesimus primus per ingressionem in administratione tempore suspensionis *Gonz. gl.* 15. *n.* 82.

n.82.c.1.§.fin.c.cupientes.§. caeterum de elect.in 6.

52 Quadragesimus secundus per insordescentiam in excommunicatione latè *Gonz glos.15. n.101. & seq.* [nec huiusmodi excommunicatis suffragatur clausula absolutoria in literis Apostolicis apponi solita, vt clarè cantat reg. Cancellariæ 66. in hæc verba.

De insordescentibus.

I*Tem, ne personis, pro quibus litteræ Suæ Sanctitatis emanabunt, ob generalem absolutionem à censuris Ecclesiasticis, quibus ligati forent ad eorum effectū indifferenter concedi, & in literis Apostolicis apponi solita præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & insordescendi in illis, statuit & ordinauit huiusmodi absolutionem, & clausulam in litteris, quat in futurum cùm illa concedi continget, non suffragari non parentibus rei iudicatæ, incendiarijs, violatoribus Ecclesiarum, falsificatoribus, & falsificari procurantibus literas, & supplicationes Apostolicas, & illis vtentibus, receptatoribus, & fautoribus eorum, ac res vetitas ad infideles deferentibus, violatoribus Ecclesiastica libertatis, via facti ausu temerario Apostolicis mandatis non obtemperantibus, & Nuncios, vel Execu ores, Apostolicæ Sedis, & eius Officialium, eius commissa exequentes, impedientibus, qui propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati à iure, vel ab homine, per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam huiusmodi sustinuerint, & generaliter quibuscūque alijs, qui censuris aliquibus, etiam aliàs quàm vt præfertur, quomodolibet ligati, in illis per annum continuum insorduerint.*]

53 Quadragesimus tertius per decretum de dimittendo *reg. 2. Cancell. Gonz. glos. 15. latè explicans num. 109.*

54 Quadragesimusquartus per malam promotionē ad ordines *Gonz.*

55 *glos. 5. n. 127.* † qui dicit Constit. Sixti V. *de cler. mal. prom.* redactam esse ad terminos iuris.

56 Quadragesimus quintus per dispositionem fundationis *Gonzal. glos. 15. n. 239.*

57 Quadragesimus sextus per nouam creationem beneficij *Gonz.*

58 *glos. 15. n. 132.* nam beneficia nō nascuntur, sed creantur, & fiunt *Cassad. decis. 7. num. 6. & 8. de iurepatron.*

59 Quadragesimus septimus per malam valoris expressionē *Gonz. glos. 15. n. 133. & §. 2. dict. glos. n. 77. & 78.*

60 Quadragesimus octauus per dispositionem statuti, vel legis municipalis *Io. Aluis. Ric. tom. 3. resol. 455. vers. 52. vacat.*

61 Quadragesimus nonus per collationem factam Consanguineis, aut Affinibus, vel Familiaribus Collatoris, vel Resignantis de beneficijs resignatis in manibus Ordinarij *Constitut Gregor. XIII. quæ incipit* Humano vix. *§. Cæterum.*

62 Quinquagesimus per resignationem factam de incompatibili, post prouisionem Apostolicam.

Reg. 2.

Reg.2. Cancell. Barbos. de potest. Episc.p.3.alleg.57. n 81.

63 Quinquagesimus primus per intrusionem *c.ad aures 3.de excess. prel.c.quia diuersitatem 5. de cōcess.prebend. c.relatum 21. de iurepatr.Rebuff.in reg.29. vers intrusus.*

64 Quinquagesimus secundus per obreptionem, seu subreptionem Gratiæ. *Rebuff.in rub. diff.inter rescr.grat. & iust.n.1.in Praxi.*

65 Quinquagesimus tertius per non expeditionem Nouæ Prouisionis, vbi prouisio facta fuit vigore Indulti Cardinalis de beneficio excedente valorem 24. ducat. *Anastasius Germonius de Indul. §.volumus n.1.*

66 Quinquagesimus quartus per vsurpationem iurisdictionis, Bonorum, Censuum, & Iurium, etiā pheudalium,& emphiteuticorum, Fructuum, & Emolumentorum, & quarumcumque Obuentionum, quæ in Ministrorum, & Pauperum necessitates conuerti debent, per se,vel alios, vi,vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, seu quacumque arte, aut colore quæsito, in proprios vsus conuersionem, aut vsurpationem, impedimentiuè præstationem, ne ab ijs, ad quos de iure pertinent habeantur *Conc. Trid. c.11.sess.22.*Gonzal *glos.51.n.152.* adducit Tiraquell. *in l. si vnquam Verb.reuertatur 8. C.de reuoc.donat. à n.168. vsque ad n.463 vbi ait referri 104.effect.seu discrimina vacationum ipso iure, vel per sententiam.*

67 ¶ [Quinquagesimus quintus in casu Constit.Pij IV.fel.rec.quæ incipit *Cupientes vnicuique iustitiam, & est xx. inter illius Const.* per quam prohibetur iudicibus causarum beneficialium, vel criminalium priuationem beneficiorum concerrētiū etiam S.R.E. Card Palatij Apostol. Auditoris, L.T. Referendarijs V.S. & quibuscuis alijs etiā Archiepiscopali, Patriarchali, & alia quauis maiori dignitate etiam legationis munere fungentibus; eorumq; prænominatorum nepotibus consanguineis, affinibus, procuratoribus, sollicitatoribus, ac domesticis, vel familiaribus cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint,impetrare, aut ab alijs impetrari à S. Sede, aut eius legatis, vel quibusuis ordinarijs collatoribus sibi conferri, prouideriuè facere, Ecclesias, Monasteria, Prioratus, ac alia beneficia Ecclesiastica, tam in Romana Curia, quām extra eam, aut aliàs quomodolibet vacantia, & vacatura per priuationem irrogatam, seu declaratam in sententia,vel declaratione per ipsos lata; qui omnes vt supra nominati penitus inhabiles ad illa in posterum obtinenda fore,& esse declarantur,& quęcūque impetrationes,collationes, & prouisiones, & quæuis aliæ dispositiones, aut concessiones de huiusmodi Ecclesijs, beneficijs &c. etiam per Summum Pontificem motu proprio &c. nullę, & irritæ, ac inanes,nulliusque roboris, vel momenti, ac nullius iuris quęsiti,vel de annali & triānali aut aliæ reg. Concellariæ suffragij fore, &

re, &

re, & esse denunciatur cum decreto quod sic priuati ab eis Ecclesijs amoueantur, prout amotos esse in eadem constit. declaratur.]

68 Pluribus modis etiam contingit beneficia vacare de facto tantum, quos recenset Kochier. *in comment. reg.* 8 *glos.* 7. *n.* 4. *vers. vacatio verò de facto*.

69 Primus est quando longo tempore Rector est absens, & ignoratur vbi sit *c.* 2. *de clericis non resid.*

70 Secundus est, quando prouisus habet quidem collationem, sed nondum possessionem.

71 Tertius est, quando beneficiatus deiectus est de possessione, & nemo illam occupauit.

72 Quartus est, quando electus renunciauit.

73 Quintus est, quando prouisus *per c. si tibi absenti de præb. in* 6. nondum acceptauit.

74 Sextus est, quando intrusus cedit, vel decedit *Tholos. de benef. c.* 27. *n.* 4. *Paris. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 13. *& seq. Kochier glos.* 7. *n.* 8. *vers. vacatio verò de facto*, *Gonz. glos.* 15. *§.* 1. *n.* 2.

75 His itaque sic stantibus, dicendum est Episcopum debere constituere Vicarium in qualibet Parochiali vacante, siue de iure, & de facto, siue etiam de facto tantum;

76 ac proinde † quando vacat per obitum, vel per simplicem resignationem, quæ æquiparatur morti, *Cassad. super reg. Cancel. decis.* 16. *n.* 2. *& decis.* 1. *n.* 3. *de per. permut* poterit, imo debebit in sic vacantibus constituere Vicarium, quia vacant de iure, & de facto;

77 Et dixi *per simplicem resignationem*; enimuerò quando resignatio fit in fauorem, vel ex causa permutationis, aliter dicendum est,

78 tum † quia resignans in fauorem, ex Rebuff. *in prax. tit. de resignat. Simoniaca n.* 41. potest percipere fructus donec fuerint sibi intimatæ literæ expeditæ in fauorem re-

79 signatarij; † vel certè secundum Parisium *lib.* 2. *q.* 6. *n.* 37. qui se ita iudicasse, & sæpius etiam à Rota resolutum fuisse testatur, *iuncto cons.* 192. *Hier. Gabr.* potest resignans in fauorem percipere fructus beneficij resignati, vsque ad

80 diem præstiti consensus, † quia, inquit, in resignationibus correspectiuis, & conditionalibus, attenditur tempus præstiti consensus, & resignans dicitur habere adhuc titulum coloratum, & possidere ante effectualem acquisitionem resignatarij, *Put. decis.* 258. *n.* 3.

81 *lib.* 3. *Sarnen. de trian. q.* 24. † ac propterea non est opus constituere Vicarium in Ecclesia vacante per huiusmodi resignationem,

82 quia † licitè resignãs obibit exercitium curæ quoad vsque Resignatarius fuerit plenariè proui-

83 sus; † etenim huiusmodi Ecclesia non dicitur propriè vacare, vti iã declarauit Sac. Congr. in hæc verba. *In Parochialibus resignatis per resignationem, quam appellant* in fauorem, *concursus fieri non debet, cum propriè non dicantur vacare; Prouisiones tamen istarum Ordinarijs committũtur, qui examinatis Prouisis, siue Resignatarijs, & idoneis repertis, ijs Parochiales huiusmodi conferãt:* & alibi,

84 & alibi, † ac magis ad rem. *Cum Parochialis Ecclesia resignatio fit in manibus Sanctissimi, quia tunc non dicitur vacare antequã*
85 *alteri acquiratur*, † *nec in ea potest statim deputari Vicarius, nec etiam est necessarium examen per concursum, & aptiorem esse eligendum per Ordinarium, sed satis est Resignatarium ab Ordinario probari idoneum.*

86 Dixi *vel ob causam permutationis*, quia Beneficium resignatũ ad illum effectum non dicitur propriè vacare, vt resoluit eadẽ Sacr. Congreg. his verbis. *In vacat. Paroch. etiam per permutationem nullum prorsus examen requiritur, cum propriè non dicatur vacare* Clem. 1. de rer. permut. *si autẽ esset magna inaequalitas numeri Parochianorũ, vel aliàs isti permutantes non fuerint examinati, iterum examinabuntur ab Ordinario, sed absque concursu.*

87 In Conc. item Prou. V. Med. tit. *quae ad benef. collat. attinent.* habetur huiusmodi Decretum, *In Ecclesiarum Curatarum permutatione coram Ordinario facienda; ne locum habeat quod* 1. Prou. Conc. decretum est de propon. ædic. exam. cau. in vac. Eccl. Paroch. *si tamen, vel Parochianorũ multitudo valdè inaequalis est, vel qui permutant, quo tempore Parochiales illas Ecclesias adepti sunt, examen praescriptum non subierunt, fiat tunc dè illis experimentum examinis, sed absque concursu. Idem examen, sine concursu, adhibeatur de eo, qui beneficium simplex commutat cũ alio, quod curam animarum habet, si quando permutatio coram Ordinario fieri iure poterit.*

88 Huic planè dispositioni subiacet etiam illud beneficium Parochiale, quod vacat de iure tantum, nimirum, vt non possit constitui Vicarius interim, donec prouisus adeptus fuerit pacificam possessionem, vel per eum steterit quominus illam adipiscatur secundi incompatibilis, vel si fuerit prouisus à Papa, donec dimiserit primum iuxta decretum apponi
89 solitum, vt dixi; † etenim quia ante pacificam possessionem, secundi primum vacat tantum de iure, *Kochier in reg. 8. glos. 7. n. 15. vers. quoad incompatib. & n. 19. vers. denique nota*, & possessio remanet adhuc occupata, non dicitur propterea deserta cura
90 animarum †, quia manens in detentione videtur tenere naturalem possessionem *Paris. de resign.*
91 *benef. lib. 3. a. 5. n. 59.* † quinimò, vt iam vidimus, si medio tempore obiret in mense Ordinarij pendente adhuc tempore ad dimittendũ, vel aliàs intra idem tempus contraheret matrimoniũ, posset Episcopus liberè conferre, vt aduertit Garzia *p. 11. c. 5. n. 65.* & ego dixi supra *Prælud. 25. dub. 13. vers. tertia* quamuis Æneas, *q. 4. effect. 4. in fin. de reseruat.* videatur tenere contrarium vt etiam ibi dixi; concordandi tamen sunt Doctores, vt inquam opinio Garziæ locum habeat, & sit vera, vbi possessio capta est sed non pacifica, & medio tempore ad dimittendum obijt, sed si capta sit pacificè

cificè

cificè, & reuera sit pacifica, tunc intret opinio Aenæ, per ea, quæ tradit Kochier *super reg. 8. glos. 7. n. 17. vers. denique ex dictione ex nunc posita in decreto*.

92 Verum est tamen quod si fuisset prouisus aliquis ab Ordinario de secundo incompatibili, statim atque adeptus fuisset illius possessionem illicò esset etiam cōstituēdus. Vicarius in primo beneficio ad formam Concilij, & etiam esset proponendus concursus; nam præsumeretur de iure, & de facto vacare *per c. de multa 28. de præbēd.* is etenim diceretur tacitè renunciasse etiam possessioni, nedum iuri *Rebuff. in praxi de tac.*

93 *renunc.* † At verò si vacaret tantum de facto, vt in casu longæ absentiæ, deberet Episcopus Vicarium constituere; & deinde trina citatione per publicum edictum in loco beneficij, & ad valuas Cathedralis reuocare, siue citare Rectorem ad residentiam, & eum expectatum per sex menses neque

94 comparentem priuare, † ac deinde non obstante quauis appellatione conferre ipsam Ecclesiam

95 per concursum; † Appellatio enim non suspendit executionem sententiæ priuationis ob non residentiam, si tamen obseruata fuit debita forma in procedendo, vt fuit resolutum in vna Dertonen. Præpositutæ 17. Martij 1610. coram Illustris. Seraphino, est *decis.* 1346. vbi traditur forma procedendi ad priuationem, & ex qua desumpsi ferè omnia, quæ hic dixi de priuatione, & in alia Zamor. Capellaniæ 12. Iunij 1589. coram Illustrissimo Mantica, *& est decis. 67. num. 4. & seq.* & ea propter est constituendus Vicarius in tali Ecclesia vacante per priuationem.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Onus residentiæ quibus incumbat, & qui ob non residentiam priuari possint, & quomodo procedendum sit contra non residentem ostenditur.

1 SEd postquam incidenter ingressi sumus materiam priuationis, diximusque appellationem non suspendere executionem sententiæ si seruata fuerit debita forma in procedendo. Dubitatur quis possit priuari ob non residentiam; & quomodo, aut qua forma procedendum sit ad priuationem per Ordinarium contra non residentem.

2 Dubio huic vt sufficiens responsio adhiberi valeat, altius sumendum est initium, ac proinde videndum est in primis quinam dicantur obligari ad residentiam; enimuero reperitur residentia in quadruplici denominatione: alia necessaria *cap. pen. & cap. fin. de cler. non resid. Concil. Trident. sessione 23. capit. tertio, versiculo quod si alicui*: alia est causatiua: & alia temporaria *Garzia de beneficijs part. vndecima, capit.*

3 *quinto, num. 86* Dicamus igitur, quod quando aliquis habet in aliqua Cathedrali, vel Collegiata

tantummodo sedem honorariam, sine aliqua fructuum participatione, tunc arguitur quod talis residentia est merè facultatiua, & voluntaria, quia habet facultatem ibi residendi. *Rota in vna Vallis Oliuetana residentiæ* 8. *Nouembr.* 1602. coram bo. mem. Illustriss. Card. Seraph. *quæ est decis.* 1452.
4 quando † autem aliquis est intitulatus, vel est caput in aliqua collegiata, ac fructus percipit ex dispositione iuris communis, & Sac. Conc. Trid. tunc dicitur quod
5 est obstrictus residentiæ; † Illud enim euidens signum est quod necessariam residentiam quis habeat in Ecclesia, quando assignatur ei quota fructuum, quorum ratione tenetur residere *Abb. in n.* 21. *in c. de multa* 28. *de præb. Feret. cons.* 32. *n.* 15. *lib.* 1. & quando compellitur residere per subtractionem fructuum, & per alia iuris communis, & Sac. Conc. Trid. remedia
6 *Rota d. decis.* 1452. † Quando verò residentia inducitur tantum respectu amissionis fructuum, quæ dicitur causatiua, propter huiusmodi residentiam, non inducitur
7 incompatibilitas, † prout non arctat beneficiatum, vt teneatur dimittere primum incompatibile ex temporaria residentia, quæ nimirum est ad certum tempus duntaxat, & non est continua; nisi fortè concurreret in tempore cum residentia primi, vt latè, & eleganter obseruat Garzia *d. p.* 11. *c.* 5. *n.* 86. *& seq.*
8 Sed quia, etiam obstricti ad residentiam necessariam aliquando ab ea excusantur, nec ita de plano potest contra eos procedi ad
9 priuationem † antequam ad modum procedendi descendamus, vtile erit videre in quibus casibus non liceat residere, & licitum nihilominus sit percipere fructus;
10 & breuiter aliquod referamus.
11 Primus igitur casus erit, quando aliquis obtinet duo beneficia ad residentiam obligata, quia tunc potest eligere, in quo velit residere, & interim fructus vtriusque licitè percipit *glos. in c. non potest. §. illud. verb. residere* 21. *de præbend. in* 6. *& ibi Franc. n.* 5. *& Gemin. n.* 11. *Abb. n.* 5. *in c. extirpandæ. §. qui.* 30. *de præb. Conc. Trid. sess.* 22. *c.* 3. *vers. quod si alicui.*
12 Secundus est, quando quis est infirmus, vel aliàs ex corporis rationabili necessitate, vel Ecclesiæ vtilitate impeditur *cap.* 1. *de cler. non residen. & ibi Archidiac. & Prob n.* 25.
13 Tertius est, quando aliquis litigat cum Capitulo deneganti dare fructus, & propter litem non inseruit Ecclesiæ, *Calder. cons.* 17. *de præbend.* Rot. in vna Calaguritan. fructuum 24. Ian. 1586. *coram Bubalo* allegat. in decis. Seraph. 1098. *n.* 5.
14 Quartus, quando aliquis est absens pro defensione Ecclesiæ, *cap. ex parte* 8. *de cler. non resid. cap. cum non deceat* 30. *de elect. in* 6. *Rot. coram Seraphin. decis.* 662. *n.* 2.
15 Quintus, quando de licentia Vicarij Vrbis quis non residet ex causa *Seraph. decis.* 910. *n.* 4.
16 Sextus, quando aliquis dat ope-

operam publicis studijs *Dec. n. 6. in cap. cum omnes in 1. lect. 6. de const.*

17 Septimus, quando suffragatur consuetudo vt in absentia fructus percipiat *tex. & glos. in d. c. cum omnes 6. de constit.*

18 Octauus est casus, quando aliquis non abfuit à residentia vltra tres menses *Conc. Trid. sess. 24. c. 12. vers. vltra tres menses.*

19 Nonus, quando quis inseruit Episcopo *c. de caetero 7. de cleric.*

20 *non resid.* Illud † tamen aduertendum est, quod non sufficit causa non residendi, nisi etiam concurrat licentia Superioris, vt fuit decisum in vna Burgen. residentiæ 4. Iulij 1586. coram *bo. mem. Card. Plato relata in decis. 1131. n. 6. Seraph.*

21 His sic stantibus, explicemus nunc modum procedendi contra non residentem, quem collegi *ex dict. decis.* 1346. *Seraph. in causa Dertonen. Præpositura.* & 67. Mãticæ *in causa Zamor. Capell.* vbi clarè fuit resolutum, quod vbi agitur ad priuationem contra non residentem, si is non potest personaliter citari, requiritur trina citatio per edictum publicum in loco beneficij, & expectatur per sex menses post vltimam citationem *per cap. ex tua & ibi Io. Andr. & Anchar. ac cæteri 11.*

22 *de cler. non residen.* † at verò si agatur contra eum, qui fuit personaliter citatus, sufficit vnica

23 citatio, † nec est opus expectare

24 sex menses, † nec etiam est opus præmittere subtractionem fructuum, & excommunicationem, etiam pro forma Conc. Trid. *sess. 24. c. 12. §. præterea*, vti in primo

25 casu, † quia, vt iam per Sac. Cõg. declaratum est, non afficit Episcopos, quin possint procedere ad priuationẽ, ob non residentiã, tametsi illa temporum interualla non fuerint seruata *Rot. in d. Zamor. n. 6. & seq.* & hoc obseruatur tam in eo, qui est absens cum licentia, quam qui est sine licẽtia, vt probat *glos. in cap. quoniam frequenter, verb. canonibus diffinitũ 5. vt lit. contest. Seraph. d. decis.* 1346. *n. 5.*

26 vbi † etiam accuratè notatur, quod non conuincitur de certa, & indubitata scientia emanatæ citationis ille, cuius frater comparuit, proponendo excusationem absentis, si aliàs non constat de manda-

27 to, † immò si habita notitia sententiæ constitueret alium Procuratorem ad appellandum, præsumeretur pro ignorantia absentis,

28 & hic † habemus cautelam, vt nõ constituamus procuratorem illũ, qui iam pro nobis excusationem fecerit nostræ absentiæ, sed alium constituamus, quia sic tolletur omnis præsumptio nostræ scientię *Seraph. d. decis.* 1346. *n. 4.* ea autem ratio est quod requiritur monitio in causa nostræ præstitæ residentiæ, quia quamuis in ijs, in quibus imponitur pœna ex facto affirmatiuo non requiratur monitio, quia satis de se patent iudici; in ijs nihilominus, in quibus imponitur ex facto negatiuo requiritur monitio, quamuis dispositio sit affirmatiua *glos. prag. sanct. de collat. §. & quoties verb. prouideatur*, vbi hoc latè probat.

34 A sententiâ verò priuationis benè prolata non datur appellatio quoad suspensiuum *per cap. relatum 4. cap. conquerente 6. de cleric. non resident. Concil. Trident. sess. 23. cap. de reformatione*, & hæc est vera forma procedendi ad priuationem ob non residentiam.

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Beneficium vacat vbi fertur sententia priuationis, non vbi reperitur reus tempore sententiæ latæ & quomodo concipienda sit sententia priuationis vbi priuatio inducitur a iure, & quibus verbis quando priuatio fit ab homine.

1 HInc succedit aliud non inutile dubium, vbi nam dicantur vacare beneficia per priuationem, an, inquam, vbi est reus tempore priuationis, an verò vbi fertur sententia ipsius priuationis. Paulus Granutius additionator tract. Simonetæ de reseruat. benef. *in addit. ad* quæst. 29. *verb. priuatus Tholoss. in tract. de beneficijs c. 24. n. 14. Verall. decis. 48. p. 3.* Io. Franc. Pauin. *de potest. cap. Sed. vac. in 7. Pralud. uers. 4. per priuationem folio mihi 26.* & Parisius *de resignat. lib. 11. quæst. 8. n. 7.* vbi allegat etiam *decisionem Rot. 36. de præb. in antiq. & decis.*
2 *91. lib. 1. Caputaq.* † dicunt quod beneficium ibi vacat, ibi fertur sententia priuationis; quamuis de tempore sententiæ latæ in partibus contingeret reum priuatum esse Romæ; & huiusmodi beneficium sic vacans confertur per concursum, seruata forma Concil. Trident. aduertendum tamen est quod dixi beneficium vacare, vbi fertur sententia priuationis, idest, vbi beneficiarius priuatur verbaliter per sententiam hominis, nam quando priuatio est à iure non fertur sententia priuationis formaliter dicendo *priuamus*
3 *talem beneficio*; † sed duntaxat declaratur, illum tale commisisse delictum, ac propterea etiam pœnas à iure inflictas incurrisse,
4 & tunc, † si ex natura delicti be-
5 neficium erit reseruatum, † qualo est Simonia, Hæresis, & huiusmodi, nihil refert an in partibus, vel in Curia talis declaratoria commissi delicti, & pœnarum incursus fiat; Etenim ex quo beneficium propter huiusmodi delictum remanebat reseruatum, Ordinarius nullatenus poterit, huiusmodi sibi obsistente reseruatione,
6 dictum beneficium conferre; † At verò si delictum non inducit priuationem ipso facto, sed nihilominus potest beneficiatus propter illud priuari, tunc in sententia erit priuandus formaliter dicendo, *ac propterea illum priuamus beneficio*, *vel benefi-*
7 *cijs*, † alioquin non censeretur priuatus is, contra quem fertur sententia propter delictum irrogans pœnam priuationis, vt decisum fuit in *vna Fauentina coram Aquen.* teste Parisio *libro tertio quæstion. 16. numero 31. de resignatione*, vbi resolutum

fuit

fuit quod condemnatus de homicidio, ex quo in sententia non erat apposita priuatio beneficiorum obtentorum, non erat priuatus bono iure in beneficio sibi, ante homicidij condemnationem, competente, & per consequens poterat agere spolio contra possessorem. *Puteus decis. 233. lib. 2. limitat.*

8 Notandum præterea est, quod quamuis sententia priuationis, quæ lata est in contumaciam resoluatur per comparitionem, *Seraph. decis.* 1055. *n.* 4. nihilominus priuatus, etiam subsequuta absolutione, beneficium non recuperat *Seraph. decis.* 354. *n.* 6.

DVBIUM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Beneficia vacantia per priuationem quandonam sint reseruata necne traditur, & priuatio facta à Papa etiam sine causa tenet.

1 PRosequendo materiam priuationis, ex quo diximus Ordinarium non posse conferre beneficia, vacãtia per priuationem, obsistente sibi reseruatione, dubitatur quintò, an omnia beneficia
2 sic vacantia sint reseruata, † D. Gaspar de Perusio *in suo tract. de reseruat. §. quæ autem, n.* 11. dicit, quod beneficium vacans per priuationem non includitur in reseruatione si priuatus ad idem restituatur, *contra glos. in c. si propter tua*, quæ incipit *Morte* 10. *de rescr. in 6.* dicens quod illud contrariũ tollitur, in verb. *restitui-*
3 *tur.* † Æneas de Falc. *tract. eod. q.* 3. *n.* 12. referens hanc opinionẽ Gasparis, dicit illam verificari in
4 tribus casibus: † Primo in priuatione Iuris, de qua *in c. licet Canon.* 14. *de elect. in 6.* nimirũ quando collata fuit Ecclesia Parochialis non idoneo scientia, moribus, & ætate, quæ est, vt attingat xxv. annum, &, intra annum ad Sacerdotium promoueatur omninò. Eo enim in casu Episcopus conferre
5 poterit: † Secundo in priuatione à iure propter incompatibilitatem beneficij collati ab Ordinario *per*
6 *c. de multa* 28. *de prebend.* † antequam labatur terminus *extrau. execrabilis.* 4. *de prebend. inter com. & vnic. Io.* 22. *d. tit.* qui autem sit terminus d. extrauagantis, & quando incurratur pœna priuationis illius vigore, dicamus breuiter *cum Guliel. in d. extrauag.* in verbo pari modo, Rebuff. *in prax. in for. signat.* in verb. *aut per constit. execr. & tit. de dispẽs. ratio. ætat.* in verbo *quoad vixeris* Bellame. *decis.* 754. ibi *infra mensem*, Garzia *de benef. par.* 11. *c.* 5. *num.* 35. quod est mensis; Attamen *ex sententia Zenzel. in dict. extrauagant.* in verbo *absque mora dispendio, & aliorum, quos refert, & sequitur Garzia vbi supra num.* 36. debet dimissio incompatibilis fieri statim, & incontinenti, verbo, & facto, sine fraude, & sub testimonio publico, habita tamen secunda pacifica possessione *dict. extrauagant.*
7 *execrabilis.* † quando autem dicatur fieri aliquid incontinenti, non potest super hoc dari certa regula;

gula, & ideò relinquitur arbitrio boni viri; *Garzia d.c.5.n.38.p.11.* & latè *Lazarus Fœnut. in tract. de momento temporis c. 16. & 26. & sparsim fere per totum librum,* D.Paulus Bellonus Senator Mediolanen. *lib. 1. de potest. eorum; quæ fiunt incontin. in præfat. & c. 117. n.2. post Rot. Rom. decis. 11.n.36.40.p.1.in nouiss.*

8 Sed nè inuoluantur animi dum hæc traduntur siquidem iam vel ipsi Tyrones optimè sciunt,prima beneficia incompatibilia eo ipso vacare simul ac possessiò secundi pacificè apprehensa est *per c. de*
9 *multa 28. de præbend.* † vt iam non sit amplius necessarium dimittere prima beneficia sub publico testimonio,sed quòd possunt Ordinarij liberè illa conferre, dummodò nulla eis obsistat reseruatio, vel affectio *Paris. de resi-*
10 *gnat.lib.2. q.16. n.22.* † Animaduertendum propterea est pœnam *Execrabilis* non intrare,nisi quando contenditur retineri prima beneficia incompatibilia cum secundis, videlicet percipiendo fructus, vt iam decisum fuit in vna Cracouien. Canonicatus 13. De-
11 cẽbris 1562.coram Rubeo;†imò, ad probandum execrabilitatem, non sufficit producere Instrumenta possessionis beneficiorum incompatibilium, sed debet etiam probari perceptio fructuum, vel tantum tempus effluxisse, quod retinenti possit pro notabili negligentia imputari.

12 Hodie tamen, vt iam diximus *in Prælud. de Indultis dubio 20. n.9. & supra dub.2. vers.primus itaque num.4. & vers.huic planè dispos. n.* 84. quando aliquis prouidetur à Papa, apponitur decretum in ipsis literis, vt teneatur prouisus intra certum tempus inibi præfixum, vel aliàs quamprimùm adeptus fuerit possessionem, vel per ipsum steterit quominus illam adipiscatur, dimittere primum in manibus ipsius Papæ, & tunc non vacabit de facto, licet secus de iure *per d. c. de multa 28. de præbend.* & hoc decretum fit, vt notat glosator prag. sanct. *de pacif. possess.* verbo *triennium*
13 *paulo ante finem*, quia à Iure nullum præfixum est tempus ad capiendum possessionem, nisi in casu Regulæ Cancellariæ *de resignationibus publicandis*, vel, vt notat Paris. *quæst. 8. n. 74. lib. 8.* quando beneficium vacat non ex consensu resignantis, sed ex decreto huiusmodi, quinimò si vellet deinde primum retinere, & secundum adeptum dimittere, deberet de nouo supplicare super huiusmodi retentione, & gratiam obtinere de perseuerando in primo *Parisius de resignat. lib. 8.*
14 *quæst. 7. n. 102.* † vbi etiam ponit formulam huiusmodi supplicationis.

15 Tertio casu, dicit Aeneas, locum habere opinionem D. Gasparis, quando scilicet sumus in priuatione hominis; puta quando Ordinarius sua auctoritate aliquẽ priuat, quia tunc Ordinarius
16 posset illa liberè conferre. † secus autem quando priuatio fieret auctoritate Apostolica *Io. a Kochier in regul. 1. Cancellariæ num.22.*

num. 22. vel quando ex iuris dispositione vacat cum reseruatione, vt in casu *extrauag. execra-*
17 *bilis*, & † in casibus *Constitut. Greg. XIII. de publ. resignat.* & Pij Quinti, quæ incipit *in conferendis*, circa concursum, siue ob non seruatam formam Concilij, & huiusmodi. *D. Barbosa de potest. Episc. p. 3.*
18 Notandum insuper est, quod priuatio facta à Papa, etiam sine causa, tenet in beneficialibus. *Cardinalis Seraphinus decis. 254. num. 1.* Et eo casu renunciatio Papæ facit fidem.

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Beneficium incompatibile vacat, quando stat per prouisum de secundo quominus possessionem adipiscatur, quod planè verificatur, si vltra duos menses differatur apprehensio possessionis.

1 Diximus beneficium vacare de facto quando stat per prouisum quominus possessionem secundi adipiscatur, modò dubitatur quando dicatur stare per prouisum, itaut reputari debeat negligens, vt possit intrare dispositio decreti de dimittendo. Nicolaus Garzia *de benef. par. 11. c. 5. n. 63.* dicit quod tunc dicitur stare per prouisum, quando possessionis apprehensio differtur vltra
2 duos menses, † & quod non excusat eum ignorantia, quæ quomodolibet allegetur de contentis in literis Apostolicis, & in specie de decreto in eis ipsis literis apponi solito, vt infra terminum in eis expressum, vel aliàs quam primùm, dimittere teneatur be-
3 neficium, quod obtinebat, † quia, inquit, intrat dispositio iuris cōmunis propter incompatibilitatem *ex c. de multa 28. de præben.* neque etiam obstat quod decretum vacationis non intret ante collationem sibi factam, quando gratia est in forma *Dignum*, quia vt fuit consideratum *in vna Segobien. Canonicatus 9. Febr. 1589. coram Illustrissimo Seraph. & est decis. 856. num. 10.* in literis extenditur, vt duo mēses computentur à die adeptæ possessionis, vel ab eo die, quo per prouisum steterit, quominus illam adipiscatur; quo planè fit vt, qui differt adipisci suam possessionem vltra duos menses à die sibi factæ collationis, vel etiam obtentæ
4 gratiæ, † nisi probet se fuisse legitimè impeditum, vel citrà suam culpam, aut voluntatem non potuisse literas consequi, erit eo ipso priuatus beneficijs, non dimittendo primum, propter dictum decretum apponi consuetum, annuit
5 *d. decis. 856. in fin.* † & quod impedito non currat tempus ad dimittendum, superque decisum hoc habemus *apud Illustrissimum Seraphinum decis. 997. in vna Toletana Archid. 6. Iunij 1592.* vbi dictum fuit *Archidiac. de quo ibi non fuisse vacantem, quia cum bo. me. Cardinalis de Mendoza non teneretur dimittere Archidiaconatū, nisi intrà spatiū anni, isque obtinuisset plures pro-*

rogationes, quæ durabant vsque ad diem 23. Iulij 1588. & interim fuisset ei mota controuersia super Decanatu, quem Papa prætendebat vacare per promotionem ad Cardinalatum, non currebat ei
6 *tempus,* † *sed interim cessabat, donec molestiæ cessarent, nam impedito nõ currit tempus, quod etiam obseruatur in eo, qui vigore decreti tenetur expedire literas infrà sex menses: neque obstat, quod controuersia nõ fuerit iudicialis, quia hoc procedit indifferenter in omni molestia siue iudiciali siue*
7 *extraiudiciali;* † *& illæ molestiæ, quæ veniunt facto principis, videntur maximè considerabiles, & præcipuè in beneficialibus, quia Papa potest ad libitum voluntatis suæ disponere de beneficio, etiam priuando sine causa*, Mohed. decis. 86. citatus in d. Seraph. 997. n. 8. *neque obstat quod possessio à principio fuerit pacifica, tam respectu tituli, quam perceptionis*
8 *fructuum,* † *quia sufficit quod quandocunque præstetur impedimentum citrà culpam impediti, quo planè casu tantum temporis ei restituendum est, quantum per impedimentum ablatum fuit, & de iure communi non vacat beneficium per lapsum duorum mensium si superueniant molestiæ;*
9 *imò* † *neque vacat, si superueniũt pendente termino prorogato, ne clericus dimittendo prius obtentum careat vtroque beneficio, & mendicare cogatur*; & præmissa ex decis. 997. quod etiam confirmatum fuit *apud eumdem Card. Seraph. in vna Tirasonen. Canonicatus. 9. Ian. 1598. num. 2.* quæ
10 est *decis. 1254.* † vbi habetur, quod *ad effectum vt non teneatur quis dimittere primum beneficium, sufficiunt molestiæ etiam extraiudiciales, & de facto, & in alia Eluen. Sacristiæ. 17. April. 1592. coram eodem Illustriss. Seraph.*
11 quæ est *decis. 983. n. 5.* † dictum fuit quod *propter non dimissionem beneficij, quod quis ex decreto intrà certum tempus dimittere tenebatur, non potest dici constare de non titulo, dum potest doceri de contrario,*
12 *quia* † *Rota, ad effectum vt dici possit non constare de titulo, requirit quod constet de non iure per confessionem, vel per rem iu-*
13 *dicatam.* † [facit decis. *in Toletana Canonicatus. 5. Nouembris 1610. coram bo. mem. Card. Lancellotto iuncta decis. in Asten. fructuum. 1. Iunij 1610. coram Illustriss. D. Coccino Decano.* in quibus decisum fuit non currere tempus ad faciendum se promoueri ad ordines ratione beneficij obtenti donec patitur litem super
14 titulo beneficij. † Sed in terminis est *decis. Corduben. Capellaniæ. 27. Iunij 1606. coram Card. Pamphilio,* vbi resolutum fuit non currere tempus decreti de dimittendo primum incompatibile donec quis patitur litem super secundo. Facit etiam *decis. 451. Sanctiss. Gregor. XV. in Romana retractus. 27. Iunij 1610. Beltramin. ibid. n. 9.* & ex præmissis puto sufficienter dilucidatum dubium.]

D V-

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Concurſus ceſſat quando cura animarum ſpectat ad Collegiatam Eccleſiam, & exercetur per Canonicos: Epiſcopus autem poteſt curam toti Capitulo incumbentem transferre in certam Dignitatem, vel Canonicum de conſenſu tamen Capituli.

1 DVbitatur ſeptimò, circa illa verba Concilij *cap.* 18. *ſeſſ.* 24. *etiam ſi cura incumbat Eccleſiæ, vel Epiſcopo* quomodo intelligantur; nam Gonzal. *gloſ.* 6.
2 *num.* 158. † apertè dicit quod ceſſat concurſus, quando cura animarum ſpectat ad Eccleſiam Collegiatam, & exercetur per Canonicos, vel hebdomadarios, vel alios clericos; & ita etiam teſtatur cenſuiſſe Sacrã Congregationẽ Conc. 16. *Iulij* 1589. & nihilominus Concil. clarè loquitur, ibi, *etiam ſi cura Eccleſiæ, vel Epiſcopo incumbere dicatur, vel per*
3 *plures adminiſtretur*, † & adeo vrget dubium, vt ipſemet Gonzal. neſciat quid reſolutionis capere, ibi, *num.* 159. vbi dubitatiuè dicit, quod Concilium non loquitur de Eccleſia Collegiata, neque dum loquitur de cura incumben-
4 te Epiſcopo † videtur intelligendum niſi quando eſſet ipſa cura diſtincta, & diuiſa, ſecus ſi non haberet limites certos, in quibus caſibus putat non eſſe neceſ-
5 ſarium fieri concurſum; † & præſertim quando nemini confertur titulus Eccleſiæ, vel perpetuæ Vicariæ, & ſe ſubmittit cenſuræ Sacræ Congregationis.

6 Sed poſtquam hodie habemus declarationes Sacræ Congregationis, quas refert Garzia *cap.* 2. *num.* 181. *par.* 9. *de beneſic.* iam ceſſat omne dubium circà concurſum. Deciſiones autem ſunt, quæ ſequuntur: vna ſuper verbis Concilij, *etiam ſi &c.* Et ſic cantat *Collatio manſionariorum facta ſine examine in concurſu nulla eſt iudicata, etiam quod conſuetudo eſſet, quod conferantur ſimpliciter* ſed illicò ſubijcitur: *Sciendum tamen eſt, quod poſtea fuit à Sanctiſſ. D. N. deciſum in huiuſmodi manſionarijs concurſum non eſſe neceſſarium*: & iterum ſuper verbis *vni vel pluribus*, ſic deciſum fuit: *non intelligitur de Canonicis Cathedralis, & Collegiatæ Eccleſiæ, quibus cura animarum incumbit, & per quos ipſa cura animarum exercetur*: & clarius in alia ſic habetur: *quod Sanctiſſ. ſtatuit in Dignitatibus, & Manſionarijs, ſeu Hebdomadarijs habentibus curam animarum in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis, non eſſe neceſſarium examen per concurſum, quia Concilium non fecit expreſſam mentionem Dignitatum*, & cap. ſtatutum. de elect. in 6. *in Manſionarijs, vel Hebdomadarijs*, ex conſ. Oldr. 67. & Anchar. conſ. 69. *quamuis Concilium videatur ea tollere: in Parochialibus autem, quæ non ſunt in Cathedralibus, nec Collegiatis, in quibus adſunt*

tres, vel quatuor exercentes curam animarum alternis vicibus, nihil decisum, licet Sac. Congreg. censeat absque dubio faciendum examen per concursum iuxta decis. Rot. Gerunden. Sacristiæ.

7 Quo verò ad deputationem Vicarij adhuc vrget difficultas: cæterum vt aliquando nodum explicemus, dicendum est cum Gonzal. *d. glos. 6. n. 65.* quod vbi nullus adest Rector, sed Episcopus solet committere exercitium curæ animarũ alicui beneficiato, tunc huiusmodi beneficium nõ dicitur curatum, nec ille, qui exercet curam animarum, dicitur curatus, sed solus Episcopus est Rector, & apud
8 eum residet cura animarum; † ita vt per mortem illius, cui, vel quibus commissum fuit huiusmodi exercitium, non vacet beneficium; & ideo non erit constituendus Vicarius.

9 Facit ad hoc declaratio Sacr. Congreg. quam affert idem Garz. *p.3.c.2. n.179.* quæ ait, *Vicarium amouibilẽ, in exercitio curæ animarum arguere curam esse penes præsentantem, & ideo ipsum te-*
10 *neri ad residentiam.* † Sed hoc intelligendum est cum hac limitatione, nempè, nisi talis exerceret curam animarum tãquam vnitam
11 suo beneficio, † quod planè præstare potest; nimirum vnire Episcopus, vtpotè curã toti capitulo incumbentem transferre in certam Dignitatem, vel Canonicum, de consensu tamen Capituli, vti declarasse Sac. Congreg. testatur Garz. *c.2. §.1. n.190. p.9.* his verbis. *An possit Episc. curam animarũ toti capitulo Cathedr. Eccl. incumbẽtem transferre per viam vnionis perpetuæ in certam personam, seu Dignitatem eiusdem Eccl. Congregatio censuit posse de consensu Capituli, & in prouisione talis Dignitatis, seu Canonicatus esset faciendus concursus.*

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Inferiores, qui non habent iurisdictionem quasi Episcopalem, cum facultate congregandi Synodum, non possunt constituere Vicarium & eo minus concursum facere, hoc latè traditur.

1 Dvbitatur 8. an possit quilibet collator inferior Episc. constituere Vicarium, & an idem præstare valeat Capitulum Sede
2 vacante; † Vt dubium hoc melius solutum euadat, constituo parochiales in quadruplici statu.

3 Primò dicamus, quod, aut talis Parochialis vacans est subiecta collationi, & simul iurisd. Episcopi; putà quia Episc. illam habet in sua Diœcesi, & simul potest illam conferre, quando nulla sibi obest reseruatio.

4 Aut secundò, est quidem subiecta iurisdictioni Episcopi, sed non collationi, nempè quia est in diœcesi, & subest visitationi, & correctioni Episcopi; sed collatio ad alium spectat.

5 Vel tertio, est subiecta collationi, sed non iurisdictioni, nimi-

rum

rum quia, vel ex priuilegio, vel ex consuetudine, vel aliàs, ex præscriptione, habet ius conferendi Parochialem existentem alterius, vel nullius Diœcesi.

6 Vel quartò, est huiusmodi Parochialis omninò exempta à visitatione, & collatione Episcopi, quãuis sit in eius Diœcesi, nam aliud est dicere esse Diœcesis, vel in Diœcesi, & aliud dicere esse de Diœcesi, vt benè aduertit Lap. & post eum Imola, & Anchar. *in Clem. 2. de priuil. n. 1.* vbi dicit quod loca exempta non sunt de Diœcesi, quamuis sint in Diœcesi.

7 Aut tandem quintò, Ecclesia est exempta, nec est in Diœcesi, minusq. recognoscit Episcopum in Superiorem.

8 His igitur sic positis, concludamus quod in primo statu considerata Ecclesia, solus Episc. vel eius Vicarius Generalis, & etiã Episc. sede vacante, non quidem Capitulum, sed planè Vicarius ab eodem Capitulo electus potest Vicarium in ipsa Ecclesia vacante constitue-

9 re, † vti fuit declaratum per Sacram Congregationem teste Garzia *de benef. p. 9. c. 2. n. 8.* vbi ad verbũ ipsam declaratiorẽ refert.

10 In secundo autem statu, vtpotè quando subiecta est Eccl. iurisd. sed nõ collationi Episcopi, spectat ad Episcopum Diœcesanum constituere Vicarium, & concursum facere, siuè collatio spectet ad Papam ratione vacationis, quauis reseruatione generali, vel speciali, ex Concilio ipso ibi *etiam si ipsa Parochialis reseruata, vel affecta fuerit*, siue spectet collatio ad aliũ quemuis collatorem; nedum Abbatiali, vel Episcopali, aut etiam Patriarchali, verum etiam Cardinalitia auctoritate fungentem, ad idque Cardinalibus concedi solitum suffragetur indultum, vel Priuilegium (hoc tamen intelligendum est iuxta id, quod diximus *in Prælud. vlt. dub. 24.*) vel etiam si collatio spectaret ad aliquod Capitulum, vel Collegium, clarus est textus Concilij ibi *etiam vigore*

11 *Indulti &c.* † Quo vero ad inferiores Illustris. Ordinar. habemus Concilium Prouinc. Mediolanense Quintum decernens in tit. *quæ ad benef. collat. pertinent* in hæc verba. *Vacante Ecclesia Parochiali, cuius ius conferendi non ad Episcopum Diœcesanũ; sed ad alium etiam ab Episc. iurisd. exemptũ, etiam regularẽ spectat; Edictum de concursu proponat Episcopus Diœcesanus, & quicumque examen eo nomine subire voluerit, ad ipsum conueniat, qui, exploratione per Examinatores Synodales*

12 *facta,* † *ex approbatis digniorem,*

13 *& magis idoneum deligat*, † *cui vacans illa Ecclesia ab illo conferatur, cuius ius est, si secus fiat collatio rescissa, nullaq. sit.* Quod planè decretum in Mediolanensi Prouincia eam vim habere debet, ac si esset ipsiusmet Concilij Tridentini, quippequod factum fuit auctoritate ipsius *Concil. Trid. d. cap. 18. sess. 24.* ibi *liceat etiam Synodo Prouinciali, si qua in supradictis circa examinis formam addenda, remittendauè esse censuerit, prouidere,* & cum id quod aliena auctoritate facimus, non à

nobis,

nobis, sed ab impertiente auctoritatem factum dicatur *c. si Apostolicæ. 22. de præbend. in 6. l. 1. §. sed si quid. vers. omnia enim. C. de veter. iur. enucl. Rol cons. 86. n. 36. lib. 1. Natt. cons. 669. n. 16.* ideo idem dicendum est de decreto præmisso, vt auctoritatem prorsus habeat Sac. Conc. Trid.

14 Quod autem locũ habeat etiam in constitutione Vicarij, satis superq. liquet ex declaratione Sac. Congreg. quam his verbis desumpsi, ex manuscriptis Illustrifs. ac Reuer. D. Episc. Parauicini, siue Illustrifs. bo. mem. D. Card. Parauicini, & sic ait. *In locis exemptis Vicarij electionem ad eum spectare, ad quem spectat concursus.*

15 In tertio statu, non est opus immorari, quandoquidem satis clarè constat, ex his quæ diximus in secundo statu, vt scilicet deputatio Vicarij spectet ad Episc. Diœcesanum, & non ad Episc. qui ex priuilegio, vel consuetudine, aut perscriptione habet ius conferendi Eccl. in alterius, vel nullius Diœcesi existentem; Episc. enim in Diœcesi aliena habetur quasi priuatus.

16 In quarto statu respondendum arbitror cum distinctione; Nam vel huiusmodi Parochialis exẽpta, est immediatè subiecta Sedi Apostolicæ, ita vt nullum mediatum Superiorẽ ad illam recognoscat, & tunc solus Episcopus Diœcesanus constituet Vicarium, per supradicta: vel recognoscit aliquem Superiorem, & tunc subdistinguẽdum: vel enim huiusmodi Superior, siue Prælatus habet contentiosam iurisdictionem cum iure conferendi, non tamen habet territorium vllum, nec ius congregandi Synodum; vel habet quidem territorium, sed non habet ius cõgregandi Synodũ; vel certè habet ius congregandi Synodum, sed non consueuit congregare; vel tandem, licet consueuerit congregare, illam tamen re vera nõ congregauit, vel si congregauit, non

17 elegit examinatores. † Si igitur Ecclesia exempta recognoscit Superiorem mediatum ad S. Sedem, ipseq. Superior habeat contentiosam iurisdictionem, cum iure conferendi, sed nullum habeat territorium, nec ius congregandi Synodum, adhuc Episc. Diœcesanus solus constituet Vicarium, sicuti & reliqua concursus expediet,

18 prout † hisce verbis rescripsit Sac. Congreg. Episc. Placentino teste Garz. *qui ipsam declarationem de verbo affert. d. c. 2. n. 122. p. 9. Sic Reuerendiss. D. Actũ fuit in Sacra Congregat. Card. Concil. Trid. interpretum de his, quæ in libello, his literis adiuncto continentur, & matura consideratione decretum est Conc. Trid. non licuisse Abbati Oppidi Valisoleti, nec in posterum licere Parochiales sæculares conferre, nisi his, qui ab Examinatoribus in Synodo Placẽtina constitutis idonei fuerint iudicati, & ab Amplitudine tua Ordinario tanquã magis idonei electi, collationesq. ad Abbatẽ, post Conc. non seruata hac forma factas, nullas esse, iusq. Parochialis ipsas conferendi, ex bulla,*

S. mem.

S. mem. Pij V. *ad Sedem Apostolicam deuolutum esse, Ideoque A. T. debere à possessione deycere eos, qui ab Abbate sic immissi fuerint, & edictis propositis, examen per concursum indicere, & nomina eorum, quos examinatores iudicauerint idoneos, qui abs te tanquam magis idonei iudicati fuerint, ad S. D. N. mittere vt Parochiales eis conferri possint, quæ omnia, vt quam primum efficiantur A. T. quantum in se est curabit, cui bonam valetudinem, & perpetuum diuinæ gratiæ præsidium opto. Romæ* 24. die Octobr. 1573. *A. T. tanquam frater, Philippus Boncompagnus Card. S. Sixti*. Accedunt etiã pro hoc decisiones Rotæ, & præsertim in vna Forosempron. 15. Ianuarij 1593. coram Illustriss. bo. mem. Card. Mantica, quæ est decis. 210. vers. item vacatio, n. 5. ibi, *Item vacatio ex constitutione* Pij V. *ex eo probatur quod Abbas à quo Lucas Antonius fuit prouisus in districtu Barignanæ, in quo sita est Ecclesia Parochialis, non habet omnimodam, & quasi Episcopalem iurisdictionẽ, sicuti Sac. Conc. Trident. disponit & à Sac. Congregatione Illustriss. ac Reuerendiss. DD. Cardinalium sæpissimè fuit declaratum, & à Rota decisum* in Legionen. S. Facundi, & in Marsicana exemptionis, ibi, *neque etiam Abbas docet se esse solitum conuocare Synodum, & in ea deputare examinatores,*

19 *quinimò † Episcopus Forosẽpron. tanquam vicinior est in quasi possessione conuocandi Synodum, & deputandi examinatores, & à Sacra Congregatione Illustriss. ac Reuerendiss. DD. Cardinalium eiusdem* Conc. *Trid. Interpretum* die 18. Ianuarij 1585. *super hoc obtinuit mandatum de manutenendo in sua quasi possessione constituendi concursum donec Abbas legitimè probauerit, se ius cogendi Synodum habere, aut aliàs coegisse, & in ea examinatores ad præscriptum Cõcilium deputasse:*

20 *Proinde † cum beneficium de quo agitur ex d. Constit. Pij V. ad Sedem Apostolicam fuerit deuolutũ, satis intelligitur reseruatum, ad effectum de quo agitur, cum eius collatio ad eum pertineat, nisi probetur illud esse de iurepatronatus, de quo separatim agendum est: & in eadem* 17. Maij 1595. coram eodem, quæ est decis. 218. sic habetur. *Quod verò attinet ad vacationem; Domini ex Constit. fel. rec. Pij V. censuerunt à decis. in hac causa facta* die 25. Ianuarij proximè præterito *non esse recedendum; illæ enim verificantur, quia vacante Parochiali, Episcopus Forosempron. tanquam vicinior illius loci, in quo sita est, fecit cõcursum, & Abbas Classen. ad quem spectat in conferẽdi, noluit dictam Parochialem ei conferre, qui in dicto concursu fuit approbatus; sed ipsemet, facto alio concursu, contulit eam Lucæ Ant. Archangelo, tanquam legitimè approbato; quæ quidem prouisio non potest sustineri, quia vt inferior collator possit facere concursum, iuxta formam S. Conc. Trid.* cap. 18. de reform. sess. 24.

tria

tria necessariò requiruntur: Primum, quod locus, in quo Parochialis sita est, nullius sit Diœcesis, & immediatè subiecta Sedi Apostolicæ: Secundum quod collator in eo habeat omnimodam, & quasi Episcopalem iurisdictionẽ: Tertium quod habeat ius congregandi Synodum & sit solitus illam congregare, sicuti fuit in Sacra Congregatione dicti Concilij sæpè, & in specie in hac causa resolutum, quæ, cum in casu proposito, non concurrant, prouisio facta ab Abbate Luca Antonio Archangelo præter formam Sac. Conc. Trid. d.cap.18.sess.24. *corruit.* l.si plures. in princip. de condit. instit.c.quoniam frequenter. §. porrò coniunctio. §. si autem, & ibi not. Abb. vt lit. non contest. & Ripa in l. 1. num. 125. ff. solut. matr. *quod multò magis placuit esse recipiendum, quia vltimus est status ann.* 1583. & 1588. *quibus Abbas fecit collationem ijs qui facto concursu coram eodem Episcopo Sempron. ab eius examinatoribus fuerunt approbati*, & in vna Teruisina iurisdictionis.17. Februarij 1595. coram Litta fuit resolutum, *Concursum facere ad Parochiales, spectare ad Episcopum diœcesis, & non ad Abbatem, qui non docet se non esse nullius diœcesis, & Synodum legitimè congregasse, minusque examinatores deputasse.*

21 At verò si habet territorium, quia est nullius diœcesis, & habet plenam dispositionem circa huiusmodi Parochialem, sed non habet ius congregandi Synodum, vel si huiusmodi ius habet, non tamen consueuit illam congregare, adhuc constitutio Vicarij, & negotium totius concursus spectabit ad viciniorem Episcopum, non autem ad illum inferiorem prælatum, & 22 prout † etiam spectabit ad eumdem Episcopum, si talis Prælatus consueuit congregare Synodum; & re ipsa illam congregauit, sed non deputauit examinatores *per supradicta.*

23 Ratio autem prioris dicti est, quia priuilegiũ amittitur per non vsum *D. Barbosa in allegat.* 26. *num.* 13. *par.* 2. & non vsus inducitur, si priuilegiatus destitit eò vti per decennium, vbi tamen occasio se obtulerit eo vtendi *l.* 1. *ff. de nundinis.*

24 Ratio verò secundi, nimirum si non deputauit in Synodo examinatores est, quia concursus sine examinatoribus Synodalibus, est nullus, vt dicemus inferius.

25 Porrò si Prælatus inferior habet territorium; iusq. congregandi Synodum, & re ipsa illam congregauit, & examinatores deputauit: tunc ad talem Prælatum, non autem ad Episcopum viciniorem, spectabit constitutio Vicarij, & 26 concursus expeditio; † nam appellatione ordinarij veniunt etiam huiusmodi Prælati inferio-27 res, †prout declarauit Sac. Congr. *super d. cap.* 18. ibi *poterit Ordinarius*, in hæc verba. *Ex hoc verbo ord. colligitur hoc decretum locum habere in inferioribus perlatis; vnde inferior Episcopo, qui omnimodam iurisdictionem habet Episcopalem, nec alicui subditur,*

sed

sed est immediatè subiectus Sedi Apostolicæ, nullius diœcesis, proprium territorium habeat, si habet ius congregandi Synodum, & legitimè constat illam cōgregasse, & elegisse examinatores, poterit concursum instituere, examinare, & approbare, & Oeconomos, ac Vicarios deputare; denique omnia illa, quæ per hoc decretum permittuntur præstare Et ex præmissis satis enucleatum putamus dubium, in quouis statu reperiatur Ecclesia. Transeamus itaque ad alia.

¶ DVBIVM NONVM.

ARGVMENTVM.

Capitulum potest publicare vacationem Sedis Episcopalis, & potest proponere concursum ad vacantem Parochialem Ecclesiam ab eo tempore, quo Episcopus absoluitur in Consistorio per S. D. N. à vinculo illius Ecclesiæ etiam ante expeditionem literarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ; & postea quam Episcopus habuerit notitiam huiusmodi absolutionis, etiam ex testimonio Secretarij Sacri Collegij, debebit abstinere ab exercitio iurisdictionis in prima Ecclesia.

1 EX quo vidimus in proximo dubio *n.* 8. Capitulum sede Episcopali vacante posse concursum proponere ad vacantes Parochiales, per Vicariū tamen ab ipso Capitulo electum iuxta dispositionem Sac. Conc. Trid. ideò non incongruum duxi hic incidenter excitare dubium. Quandonam censenda sit vacare Sedes Episcopalis, vbi Episcopus transfertur de vna Ecclesia ad aliam.

Dubium hoc vti est de re maximè controuersa inter DD. ita vt illius solutio semper fuerit ambigua; ita erit eius decisio per quā proficua, nedum ad effectum sciendi quando inducatur vacatio Episcopatus; verum etiam ad effectum cognoscendi quando intret reseruatio reg. Cancell. S. D. N. D. Vrbani diuina prouidētia Papæ VIII. quæ hodie est secunda.

Vt igitur rem breuibus explicemus, siquidem nunc habemus elaboratissimam, elegantissimãq. & magistralem decisionem Illustrissimi P. D. D. mei Io. Baptistę Coccini Sacri Auditorij Decani, in vna Plocent. totam hanc materiam explicantem, cui etiam successit declaratio Sac. Congregat. Episcoporum, quam de verbo D. meus Barbosa in Collectanea *ad c.1. vers. translationes. num. 3. & seq. de translat. Prælat.* vt iam nihil ferè sit, quod possit vlterius
2 desiderari. † Respondendum arbitror cum distinctione; vel enim talis translatio fit cum consensu eius, qui ob merita, aut alias ob vtilitatem, necessitatemvè Ecclesiæ, siuè etiam ad electionem, vel postulationem, seu præsentationem alicuius ad id ius habentis est
3 transferendus, † vt vidi in Reuerendiss. D. Petro Georgio Odescalco bo. mem. qui ex Alexandrina Ecclesia, quam habuerat per renūciationem bo. mem. Illustriss. Octauij Parauicini S.R.E. Presbyteri

teri Card. sub tit. S. Alexij, translatus fuit ad Ecclesiam Vigleuanensem ad nominationem, seu presentationem potentissimi Catholici Regis Hispaniarũ Philippi III. fel. mem. aut fit huiusmodi translatio sine consensu ipsius transferẽdi quantumuis transferatur ob merita.

4 Si itaque translatio fiat cum consensu illius, qui erit transferendus, tunc cessat omnis difficultas; etenim translatus de eius cõsensu statim perdit iura primę Ecclesię, *ad tradita per Abbatem in cons. 101. n. 3. & 4. par. 2.* & nihil amplius habet agere in prima Ecclesia, *eleganter Io. Andr. in c. quod ob gratiam. n. 5. de reg. iur. in 6. in mercurial. allegatus per Rot.*

5 *in d. Plocent. n. 5.* † vbi plus habetur quod si postulatio fiat à Capitulo de consensu transferendi, desinit esse Episcopus loci, à quo transfertur, statim post ipsam translationem factam à Papa, non expectato aliter ipsius consensu, quia licet ignoret translationem, sciuit tamẽ postulationem, & submisit se voluntati Papali.

6 Hinc Sacra Congregatio Illustrissimorum DD. Cardin. Concil. Trident. interpretum consulta, *An Capitulum potuerit deputare Vicarium in generalia, à qua quis fuit translatus, si translatio fuit facta de ipsius translati consensu etiam ante adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ*; Congre-

7 gatio *censuit quod sic*, † & meritò quidem, nam consentiens nedum sibi præiudicat ex facto Papę trãsferentis, sed etiam ex facto proprio, prȩstando consensum *c. quam periculosum. 7. q. 1. & c. ex transmissa. de renunciat.*

8 Si verò nullus interuenit consensus transferendi, & nihilominus transfertur ob merita, in hoc est difficultas, nam plures DD. allegati *in d. Plocent. n. 6.* tenent quod in simplici trãslatione etiam non facta pro vtilitate, aut necessitate Ecclesiæ, aut ob merita, statim post translationem, absque alio consensu præcedente, aut subsequente, translatus perdit ius in

9 prima Ecclesia, † ea ratione, quia in Episcopatibus contrahitur ma-

10 trimonium spirituale, † & Papa trãsferendo absoluit à vinculo primæ Ecclesiæ, ita vt, facta absolutione, prima remanet libera, nec ad eam datur regressus *Host. in summ. de translat. præl. num. 6. vers. sed si episcopus.* & huius sententię fuerunt octo Auditores Rotæ ex 14. vt meminit *d. decis. n. 6.* licet ibi relinquatur pro controuersa.

11 Sed re vera videtur quod non vacet sine consensu, quinimò neque sine scientia translationis, ipsiusmet transferendi, tum ex dicta declaratione Sac. Congreg. Conc. Trid. in qua suppositum fuit interuenisse consensum transferendi; tum maximè ex alia declaratione Illustrissimorum DD. Cardinalium super negotijs Episcoporum propositæ, nouissimè anno prox præterito 1624. die 10. Decembris ædita in hec verba.

12 *Sacra Congregatio Episcoporum S. D. N. approbante censuit Ecclesiam, à qua volens transfertur, seu*

seu quam dimittit Episcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absoluitur in Consistorio S. Suæ etiam ante expeditionem litterarum, vel adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ; & posteaquam huiusmodi absolutionis notitiam Episcopus habuerit, etiam ex testimonio, seu documento Secretarij Sacri Collegij, illicò teneri eum abstinere ab exercitio ordinariæ iurisdictionis, eamque transire in Capitulum tanquam sede vacante; & ita posse, & debere Capitulum statim ea iurisdictione vti, ac Vicarium iuxta Tridentini Concilij præscriptum eligere, sedemque vacantem publicare.

13 Quæ planè declaratio optimæ inhæret rationi, & æquitati, & secũdum istam intelligendi videntur Io. Monach. *in cap. generali. num.* 10. *de elect. in 6. Io. Andr. in d. cap. quod ob gratiam. num.* 1. *& ibidem Franc. num.* 3. *& alij allegati in d. Plocen. n.* 4. qui dicũt quod Episcopus ante consensum non censetur translatus, nisi appareat Papam voluisse inuitum

14 illum transferre; † nam translatio, & absolutio facta ob merita sine præuio consensu, intelligitur facta quatenus translato pla-

15 cuerit, † cum intentio Papæ sit complacere translato *Rota vbi supra num.* 5. *cum ibi allegatis.*

16 Nec obstare videtur *glos. in cap. si quis iam translatus.* 21. *quæst.* 2. quæ deduci posset ad probandum, quod quis non dicitur verè translatus, nisi post adeptam possessionem secundæ Ec-

17 clesiæ, † nam huic obiecto respondetur per Rot. *in d. Plocent. num.* 16. quod ipsa glosa loquitur in translatione abusiua, non autem in vera translatione, & ideo non debet intrare in casu transla-

18 tionis veræ; † nam prouisio Papæ habet vim non solum electionis, sed etiam confirmationis,

19 & † sic cum sit absolutus à vinculo primæ Ecclesiæ, & habeat ius acquisitum in secunda, dicitur proinde effectus sponsus secundæ Ecclesiæ, quapropter cessare debet ei omne ius, quod habebat in prima, ne videatur sponsus duarum Ecclesiarum *Rota ibidem num.* 7.

20 Minus etiam releuare potest, quod iam omnes sine controuersia admittunt, videlicet beneficia translati non vacare, nisi post adeptam pacificam possessionem Ecclesiæ, ad quam transfertur; nam vt benè obseruat *Rota*

21 *in dicta Plocent. num.* 18. † hoc prouenit ex eo, quia ista beneficia non vacant per absolutionem à vinculo, prout vacat primus Episcopatus, sed per adeptionem Episcopatus *gloss. in capit. cum in cunctis. §. inferiora. vers. ad quem spectat, de elect. & in capit. de multa. in verbo sic post receptionem, de*

22 *præbend.* † Ea tamen beneficia possunt statim impetrari, & euentus doceat an impetratio fuerit bona *Castrens. in consil.* 265. *volum.* 2. sed hoc potius fit vt inducatur vacatio propter decretum,

 quod

23 quod consueuit apponi, † nam vbi non apponitur expressè vt statim beneficia vacent, ius commune suffragatur vt non vacent, nisi post adeptam pacificam possessionem *Rota ibid. n. 20.*

24 Et ex his puto liquere quando censeatur vacare sedes Episcopalis per translationem Episcopi: sed suboritur dubitatio quamdiu daret? & breuiter cõcludo quod durat vsque ad confirmationem electionis vbi processum fuit per electionem *glos. in clem. 1. vers. collatio vt lit pend. cum alijs allegatis per Rot in d. Plocen. n. 11.*

25 nam † per cõfirmationem acquiritur exercitium iuris, quod dat electio, *glos. in c. quanto. 63. dist. Fel. in c. cum Bertoldus. n 2 vers. quale ius. de re iud. Abb. in cap. transmissa. n 2. de elect.*

26 Quod si non datur electio, Ecclesia vacat vsq; ad prouisionẽ factã per Papã, quę vt diximus vim habet electionis, & confirmatio-

27 nis; † & in odium ipsius prouisi vacat vsquequo præsentatæ fuerint literæ Capitulo *per Extrau. Iniunctæ. & ibi notatis per DD. de elect.* quod considerauit Rota *in d. Plocent. n. 13. & seq. in qua fuit resolutum Episcopum nulliter contulisse Canonicatum ante præsentationẽ literarũ Capitulo.*

Quibus sic stantibus facilè apparet quando dicantur beneficia esse reseruata ex Reg. 2. Cancell. propter vacationem sedis Episcopalis, quæ quidem Regula habebitur extensa in sequenti dubio ad quod iam transeamus in nomine Domini.

¶ DVBIVM DECIMVM.

ARGVMENTVM.

Ecclesia Parochialis de qua in sequẽti casu validè fuit impetrata à S. Sede etiam non facta mentione de concursu inito in partibus, & de electione facta oppositoris.

Inseruntur etiam Reg. Cancell. 1. 2. 4. & 68.

INter quamplurimas Regulas Cancellariæ Apostolicæ S. D. N. D Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. Catholicã Ecclesiã hodie summa cũ prudentia, sapiẽtia, & fortitudine gubernantis, quem nobis, & toti ipsi Ecclesiæ diutissimè incolumem seruet diuina clementia, habetur secunda, & 68. sequentium tenorum videlicet.

Reseruatio Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac de tempore vacationis Episcopatuum, vacaturorum beneficiorum. Reg. 2.

1 *ITẽ reseruauit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, Primitiales, Archiepiscopales, Episcopales, necnon omnia Monasteria virorum, valorem annuum ducentorum florenorum auri communi extimatione excedentia, tunc quomodocumque vacantia, & in posterum vacatura. Et voluit, quod excessus huiusmodi in literis exprimatur. Ac etiam reseruauit dignitates, & beneficia omnia ad collationem, præsentationem, electionem, & quamcumque aliam dispositionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, necnon*

Ab-

Abbatum, ac aliorum quorumcumque collatorum, & collatricũ, ſæcularium & regularium, quomodolibet (non tamẽ ad collationem cum alio, vel alijs, aut etiam ad alterius præſentationem, vel electionem, pertinentia) quæ poſt illorum obitum, aut Eccleſiarum, *ſeu Monaſteriorum, vel aliarum dignitatum ſuarum dimiſſionem, ſeu amiſſionem, vel priuationem, ſeu translationem, vel aliàs quomodocumque vacauerint, vſque ad prouiſionem Succeſſorum, ad eaſdem* Eccleſias, *aut Monaſteria, vel dignitates Apoſtolica auctoritate faciendam, & adeptam ab eiſdem ſucceſſoribus pacificam illorum poſſeſſionem, quomodocumque vacauerint, & vacabunt in futurum.*

Reſeruatio beneficiorum vacantium Sede Apoſtolica vacante. Reg. 68.

2 *ITem S. D. N. prouidè conſiderans conſueuiſſe quandoque Roman. Pontifices Prædeceſſores ſuos beneficia, quæ vacante Sede Apoſtolica vacare contigerat, diſpoſitioni ſuæ reſeruare, intendens de beneficijs huiuſmodi tàm Conclauiſtis, quàm pauperibus clericis, & alijs benemeritis perſonis prouidere, omnia & ſingula beneficia per regulas Cancellariæ Apoſtolicæ, aut quaslibet alias Apoſtolicas Conſtitutiones temporales Romani Pontificis pro tempore exiſtẽtis diſpoſitioni quomodolibet, & ex quauis cauſa reſeruari ſolita, quæ à die obitus fal. recor. Greg. XV. Prædeceſſoris ſui vſque ad diem ſupradictam ſeptimam Auguſti vacauerunt, & de quibus per quoſcumq; Ordinarios collatores tunc diſpoſitum non fuerat, ſuæ diſpoſitioni reſeruauit, decernens, irritum, &c.*

Hinc proſequendo materiam facultatis Capituli ſede vacante ex huiuſmodi regulis oritur dubitatio circa ſequentem caſum.

3 De menſe Nouembris Apoſtolica Sede vacante, Epiſcopali tamen plena, vacauit Parochialis Eccleſia S. N. apud Sanctam Sedem, ſiue per obitum in curia, per obitum B ſede vacante adſcripti inter veros familiares cuiuſdam Cardinalis, qui B. etiam obijt antequam nouus Pontifex fuiſſet creatus; Epiſcopus A. in cuius diœceſi ſita eſt dicta Parochialis S. N. vbi notitiam habuit huiuſmodi vacationis, ſtatim in ea parochiali cõſtituit Vicarium cum congrua, ædictumq. iuxta præſcriptum Concilij prout propoſuit pro concurſu, & alia eſt executus ad formam Sac. Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de refor.* & Conſtitut. Pij V. glorioſæ mem. vſq; ad examen incluſiuè, ad quem planè concurſum vnus tantum ſe oppoſuit, qui fuit ab examinatoribus Synodalibus approbatus ad formam eiuſdem Concilij Tridentini. Mox, creato nouo Romano Pontifice, Epiſcopus obijt antequam de Eccleſia præfata vlterius quidquam diſpoſuerit, Capitulum verò publicata Sedis Epiſcopalis vacatione, & facta Vicarij deputatione, iuxta Concil.

Triden. *sess.* 24. *de refor. c.* 16. cũ sibi sius conferendi, & instituendi reseruauerit, specialem procuratorem deputauit ad expediendum negotium dicti concursus, qui quidẽ procurator cũ intellexisset æditionem Regularum, & maxime d. 68. & ambiguus de obseruantia d. 2. regul. elegit dictum oppositorem, & inter quatuor menses ipsam electionem significauit Illustrissimo Datario: Cumque electus prætactus vellet suas literas expedire, inuenit ipsam Parochialem iam ab alio fuisse impetratam tanquam reseruatam, nulla prorsus facta mentione concursus, & electionis, nedum approbationis factæ de dicto oppositore, ac proinde occurrit dubitari de validitate dictæ impetrationis.

Dubium sanè est de re valde proficua, sed illius decisio nedum erit difficilis, sed periculosa quippequæ tanguntur Regulæ Cancellariæ: attamen vt quæ mihi occurrunt proferam, nonnulla præmittenda puto, vt facilius explicare valeam.

4 Primò igitur præmitto dispositionem *cap. si Apostolica*. 35. *de prabend. in* 6. per quod tollitur reseruatio earum Parochialium, quæ vacarunt apud Sedem Apostolicam, siue per obitum in Curia quod idem est, ipsa Apostolica Sede vacante, seu etiam ante illius vacationem, sed de ipsis Romanus Pontifex ante ipsius obitum non disposuit.

5 Secundo præmitto dispositionem *cap. quia diuersitatem*. 5. *de concess. prabend.* per quod declaratur vt semestre à iure præfixum inferioribus Papa ad conferendum non currat legitimè impedito, quantumuis impedimentum ex sua culpa procederet.

6 Tertio præmitto dispositionem *cap. illa. ne sed. vacan. & cap.* 1. *§. cum vero. tit. eod. in* 6. per quæ tollitur facultas Capitulo vacante sede Episcopali conferendi beneficia spectantia ad collationem Episcopi iure proprio.

7 Quarto præmitto conclusionem Æneæ de Falconibus *in tract. reseruat. benefic. cap.* 4. *effectu* 19. nempè collationem factam à Papa de aliquo beneficio vti reseruato cum non sit, esse nullam.

7 Quinto præmitto aliam conclusionem Rotę *in antiq. decis.* 69. *& Felin. in c. in nostra. n.* 6. *vers. secundo casu. de rescript.* scilicet non esse opus facere mentionem de gratia aduersarij nulla.

9 Sexto & vltimò præmitto conclusionem iam firmatã in hac ipsa Praxi superius *Pralud.* 4. *dub.* 6. *& infrà req.* 5. *dub.* 22. *post Garziam de benef. par.* 4. *cap.* 3. *n.* 81. videlicet per oppositionem ad cõcursum, imò neque per approbationem factam per examinatores synodales de eo, qui solus se opposuit ad concursum non acquiri ius absolutè, sed tantum ex suppositione si nullus alius se opposuerit probatusvè fuerit.

10 Quibus præmissis stantibus videtur dicendum impetrationem de qua in casu esse nullam; nam cum vacauerit d. Parochialis per obitũ in curia, seu apud S. Sedem, ipsa Apostolica Sede tunc vacãte, Epi-

episcopali verò plena, clarum est quod intrauit dispositio *d. c. si apostolica*, ac proinde ipsius collatio effecta est ordinaria.

11 Nec huic cõclusioni obstat *c. licet 2. de preb. in 6.* per quod reseruantur omnia beneficia vacantia in Curia, quia respondetur quod est correctum quoad parochiales vacantes in Curia Sede Apostolica vacante *per d. c. si Apostolica*, vt ibi sentiũt Io. Andr. Frãc. & alij.

12 Minus etiam obest quod † ipsa parochialis vacauerit in mense Nouembris, qui siue ratione mensis, siue ratione alternatiuæ semper est Apostolicus, & etiam si vacauerit ex persona familiaris Cardinalis, nam respondetur quòd cum vacauerit dum Apostolica Sedes vacabat, & eodem tempore contracta fuerit dicta familiaritas nullam proinde potuit ipsa Parochialis attrahere reseruationem neque ex mẽse, nec ex dicta familiaritate, huiusmodi enim reseruationes inductæ sunt tantummodo per regulas Cancellariæ, quæ planè extinguuntur, & cessant Apostolica Sede vacante quoad omnia in eis disposita vltra ius cõmune; *Iac. Simon. de reser. benef. q.* 43. ac propterea cũ effecta fuerit libera,

13 debet semper libera remanere †, siquidẽ semel liberũ semper remanet tale, & perpetuò retinet suas liberas qualitates *§. restituta autem Instit. de fideicom. Rot. decis.*

14 1363. *apud Ill. Seraph.* sicut † semel reseruatum, vel affectum semper remanet tale donec fuerit plenariè prouisum. *Franc. in c. statutum vers. idem 3. de preb. in 6.*

15 Quapropter habuit Episcopus sex menses ad conferendum ipsam parochialem prçuio tamen debito concursu ad formam d. Sac. Conc. Trid. *ad trad. per Io. And. & alios in d. c. statutum per c. 1. de iure patr. in 6.*

16 Cum itaque Episcopus ante lapsũ ipsorum sex mensium obierit, & per consequens iniectũ sit legitimum impedimentum quo minus potuerit ipsam Parochialem vsque ad omnimodam collationẽ disponere, & ordinare iuxta dict. constit. Pianam, quod planè impedimentum nec per Episcopum, stante morte, nec per Capitulum Sede vacante potuit per aliquam quamuis diligentiam remoueri, prout requirit Rota *in vna Placent. Parochialis* 22. *Martij* 1585.

17 *coram R. P. D. Bubalo.* † stante quod Capitulum Sede Episcopali vac. nequit beneficia cõferre *c. illa ne Sede vac. c. 1. §. cum verò tit. eod. in 6. glos. in clem. 1. §. propter quod* in verbo *Capituli de haeret.*

18 nec † potest acquirere in hoc quasi possessionem conferendi Sede vacante, *Couarr. practic. quaest. cap. 17. quaest. 11. vers. quartò, Menoch. de retinenda possessione remed. vltim. num.* 24. obsistente semper sibi mala fide *Caputaquen. decis. 69. lib.* 1. & in terminis Sacra Congregatio Concilij Tridentini, vt in quadam declaratione allegata per Rotam *in vna Abulen. Parochialis prima Februarij* 1593. *coram Illustrissimo Cardinale Millino*, & in eadem *coram eod.* 8. *Martij eiusdẽ*

19 *anni*, † per quas Sac. Cong. cẽsuit

Capitulum sede Episcopali vacante non posse conferre parochiales, sed earum collationem spectare ad Papam; imò nec posse conferre in commendam, prout ei erat permissum *per cap. bonæ. vbi Abbas. n. 14. de appell.* fecit nihilominus quod potuit; nimirum constituit specialem procuratorem ad prosequendum cōcursum, per quem oppositor fuit electus *Rot. in d. Abulen.* videtur propterea quod intret dispositio *c. quia diuersitatem. de concess. præb.* &c. d. termino pendente impetratio sit nulla, saltem non facta mentione &c.

20 Nec videtur quod possit huiusmodi impetratio sustineri ex eo quod prouisio facta sit à Papa, qui cū sit Dominus absolutus in beneficialibus *Atneas de rescr. Prœl. 2. n 2.* nedum potest concurrere cum ordinario *glosat. prag. Sanct. de collat. §. neque. & vers. præuentionem.*

21 † sed potest quemlibet etiam sine causa suo beneficio priuare, *Simon. de rescr. quæst. 2. n. 6. & ibi Granut. n. 15. P. Greg. Tholos. de benef. c. 24. n. 22.* quasi Papa præuenerit, quia responderi potest quod concesso quod Papa potest concurrere, & præuenire, in quo

22 nullà est difficultas; † nihilominus ex quo Papa non intendit ius alterius vllatenus lædere *Genuen. de Indult. Cardi §. alioquin n. 21.* nec censetur velle præuenire, seu concurrere, nisi adsint in bullis clausulæ huiusmodi intentionem argu ētes, quales planè sunt *dummodo à die datæ præsentium nō sit alicui specialiter ius quæsitum,* & vbi sit mentio mensis addatur, *seu alio veriori mense Rot. in vna Pampilon. Canonicatus. 29. Martij 1610. coram Illustriss. D. meo Coccino Rotæ Decano, & prius in Eluen. beneficij. 21. Iunij 1616. corā bo. me. Penia. & in Hispalen. Canonicatus. 23. Iunij 1616. corā*

23 *R. P. D. Buratto.* † vt è contra si adsit clausula *dūmodo collatio ad nos hac vice pertineat,* non censetur velle concurrere, neque præuenire *Rota decis. 441. in fi. p. 1. in recent. & decis. 777. num. 6. p. 2.* & benè notat D. Oliuer. Beltram. *ad decis. 314. fal. rec. Greg. XV.* qui dictas decis. allegat ibidē. ita non potest dari in casu nostro de concurrentia, seu præuentione Papæ; quin imò cōtrarium penitus arguitur stāte quod dicta prouisio facta fuit tanquam de Parochiali reseruata, & sic excluditur omninò

24 concurrentia, † prout contrueret: prouisio si narratiua dispositiue restringeretur ad reseruationem & ea deficeret, vt obseruat Gonz. *de mensib. §. 4. proœm. num. 80.*

25 tandem † non videtur obesse reg. Cancell. 68. nouissima, nam cum, vt clarè sonat, nō comprehendat nisi ea beneficia quæ per reg. Cancell. Apostol. aut quaslibet alias Apostolicas constit. tēporales dispositioni Sūmi Pontificis quauis causa reseruari sūt solita. quæ à die obitus eius prædecessoris vsq; ad diē suæ assūptionis vacarunt; videtur quod nostram Parochialem non cōprehendat, stāte quod ex dispositioni *d. c. si Apostolica.*, vt dictū est effecta fuit ordinariæ collationis, & iam disponi circa illam cæptum erat per Episcopum, † vnde

26 cum.

cum non comprehendat regul. 2. eiusdem Cancell. ea beneficia, quæ vacarũt Episcopali sede plena, nec fuerũt per Episcopum in vita collata, vt luculenter probat Gonzal. *de mensib. pluribus in locis, sed potissimũ & latius glos. 24. n. 108. vsque ad 122. & dixi in Prælud. 26. dub. 3.* quicquid dicat Garzia *in tract. de benef. p. 5. c. 1. n. 636.*
27 gratis impugnans Gonzal. † quia vbi agitur de reseruatione inspiciẽdum est tempus vacationis ab illius initio; ita à simili dicendum videtur de nostra Parochiali, quia parificari potest vacanti ante vacationem Sedis Episcopalis in mense osdinario.

28 His tamen non obstantibus videtur concludendum dictam Parochialem esse validè impetratam etiam non facta mentione dicti concursus, & electionis, nam ex quo concursus nõ fuit directus ad collationẽ legitimi collatoris, propterea fuit infectus *Rota in Dertusen. Parochialis de Tibisa. 14. Nouembr.* 1595. quam retuli *hic dub. 1. num. 16. & 22. & dicam*
29 *req. 17. dub. 1.* † & de gratia aduersarij nulla non est opus facere mentionem *ex decis. 69 . . . . . in an tiq. iuncto Fel. in c. in nostra.*
30 *n. 5. de rescrip.* † vltra quod præparatoria ad collationem non retrahũt Papam à collatione, & ideo illorum reticentia non vitiat gratiam *Innoc. in c. cum nostris. de conceß. præb. Fel. in c. super literis. 3. de rescr. Bellam. decis. 4. allegat. in vna Placent. de Malpartita coram Illustriss. bo. mem. Cardin. Pamphil. 20. Decembris* 1585.

Quod autem concursus non fuerit directus collationi legitimi collatoris patet ex electione facta & directa ad S. Sedem per Capitulũ, quam oppositor ipse prosequi co-
31 nabatur, † & in omnẽ casum quatenus aliquod ius acquisiuisset ex huiusmodi approbatione, & electione, cum tamen res non dicatur non integra, quia poterat & alius se opponere, prout liquet quod ille impetrator impetrauit, dicebatur proinde d. ius acquisitum ex suppositione, & ideo resolutum per dictam impetrationem *ad trad. per Ias. post alios in l. qui roma. §. flauius. n. 14. de verb. obligat. Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ sub n. 33. de constit.* nam huiusmodi ius dicitur quæsitum cum sua causa *Rot. in d. Placent.*

32 Nec releuat quod dicta Ecclesia dicatur ordinariæ collationis ex vi *d. c. si Apostolica*. quia respondetur quod ex quo Reg. moderna 68. reseruat omnia, & singula beneficia per reg. Cancellariæ Apostolicæ aut quaslibet alias Apostolicas cõstitutiones temporales Romani Pontificis pro tempore existentis dispositioni quomodolibet, & ex quauis causa reseruari solita, quæ à die obitus fęl. recor. Greg. XV. vsque ad diem 7. Augusti, quo fęliciter creatus, & ad apicẽ Apostolatus assumptus fuit S. D. N. Vrbanus Papa VIII. eiusdem reg. conditor, vacauerat, & de quibus per quoscumq; ordinarios collatores tunc dispositũ non fue-
33 rat, † per regulã verò 4. eiusdem Põtificis reseruari cõsueuerat nedum dignitates, sed etiã quęcumq;

beneficia familiarium suorum, & & etiam S. R. E. Cardinaliũ, vt ex
34 reg. quæ ..ic subijcietur; † necnon & per reg. 9. reseruātur omnia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, quicquid sit de reg. 2. præinsertæ intellectu, ideo videtur d.reg. 68. habere in vẽtre reseruationem dictarum regular. 4. & 9. quàm planè 9. reg. retuli superius
35 *Prælud.* 23. *n.* 21. † quinimò & regulæ primæ, per quam reseruari consueuerunt ea beneficia, de quibus per ordinarios, aut alios collatores contra Conc. Trid. decretorum formam dispositum fuerit, vt in ipsa reg. quæ pariter hic subijcitur, quasi Papa velit ipsa beneficia vacantia Apostolica Sede vacante haberi, ac si regulæ Cancellariæ tunc extitissent in viridi suo esse, & sic cessare videtur ratio de extinctione regularum Cãcell. Sede Apostolica vacante.
36 Nec obest ad id Conc. Trident. *d.c.* 18. *de reform. sess.* 24. quatenus disponit vt cõcursus fiat de omnibus parochialibus vacãtibus tam
37 in curia, quam extra, † quia iam inoleuit stylus Cur. Rom. vt beneficia, quæ vacant in curia, conferantur in curia cum concursu in ipsa curia corã Illustris. D. Datario, & ipse vidi nudius tertius de Parochiali S. Nicolai Castelleonis Pennen. diœc. ad cuius concursum vocati fuerunt omnes vt in sequẽti cedula, quam habui & pro exemplo insero in hæc verba.
38 Intimetur omnibus & singulis examinari volentibus in concursu ad Parochialem Ecclesiam S. Nicolai terræ Castelleonis Pennen. diœcesis, vt intrà decem dies dent eorum nomina & cognomina in Dataria, ad hoc vt describantur, & elapsis decem diebus ad examen transmittantur, alioquin iisdẽ diebus effluxis nullo modo describentur. die 29. Nouembris 1625.

Reseruationes generales, & speciales. Reg. 1. Cancell.

39 IN *primis fecit easdem reseruationes, quæ in Constitutione fal. rec. Benedicti Papæ XII. quæ incipit,* Ad regimen, *continentur, & illas innouauit, ac locum habere voluit, etiamsi officiales in eadem Cõstitutione expressi Apostolicæ Sedis officiales ante obitum eorum esse desierint, quo ad beneficia, quæ tempore quo officiales erant, obtinebant. Declarans nihilominus, beneficia, quæ dictæ Sedis Officiales, qui ratione officiorum suorum huiusmodi eiusdem Sedis Notarij erãt, etiam dimissis ipsis officijs, & quandocumque assequuti fuerint, sub huiusmodi reseruationibus comprahẽdi. Ac reseruauit beneficia, quæ per Constitutionem pia me. Ioannis Papæ XXII. quæ incipit,* Execrabilis, *vacant, vel vacare contigerit; Quam Constitutionem, & reseruationem S. S. tàm ad beneficia obtenta, quàm alia quæcumque, de quibus ordinarij, & alij collatores contra Concilij Tridentini decreta disposuerunt, & disponent in futurum, extendit, & ampliauit. Et ea etiam beneficia omnia dispositioni suæ reseruauit, de quibus per dictos ordinarios, aut alios collatores,* contra

contra eiusdem Concilij decretorum formam dispositum fuerit.

Reseruatio Dignitatum, necnon suorum, & S R. E. Cardinalium familiarium, beneficiorum.

40 *ITem reseruauit generaliter dispositioni suæ omnes dignitates maiores post Pontificales, in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, necnon valorem decem florenorum auri communi extimatione excedētes, principales in Collegiatis Ecclesijs, reseruauit etiam Prioratus, Præposituras, Præpositatus, ac alias dignitates conuentuales, & Perceptorias generales Ordinum quorumcumque (sed non militiarum.) Ac quæcumque beneficia, quæ sui, etiam dum Cardinalatus fungebatur honore, existentes, ac S. R. E. viuentiū nunc, & qui erunt suo tempore Cardinalium, familiares, continui commensales obtinent, & in posterum obtinebunt, eorum familiaritate durante, ac in quibus seu ad quæ, ius eis competit, aut competierit, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorumdem vel aliàs recesserint. Declarans dignitates, quæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis post Pontificales maiores existunt, & quæ ex Apostolicæ Sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine præscripta, vel aliàs quouis modo in Collegiatis Ecclesijs principalem præheminentiam habere noscuntur, sub reseruatione prædicta comprehendi debere.*

Et ex his ni fallor remanet absolutum dubium pro validitate impetrationis.]

DVBIVM XI.

ARGVMENTVM.

Inferiores, qui quasi Episcopalem iurisdictionem, & ius congregandi Synodum non habent, nequeunt Vicarium deputare.

1 EX præmissis dubijs aliud emanat, an videlicet eisdem Prælatis, qui omnimodam iurisdictionem quasi Episcopalem, & ius cōgregandi Synodum non habent, liceat cōstituere Vicarium cū congrua, saltem in casibus repentinis.
2 Ratio † huius dubitationis est desumpta ex quadam declaratione Sac. Congreg. quam refert Garz. *de benef. p. 9. c. 2. n. 11.* per quam fuit resolutum, quod possit Collegium ad cuius presentationem est Vicaria, quam primum, in casibus repentinis, constituere Vicarium ad custodiam Ecclesiæ vacantis, donec certior sit factus Episcopus, & prouiderit. Sed planè, in dubio nostro, dicendum est pro solutione, id nullatenus licere prælatis iurisdictionem, nec ius vt supra
3 non habentibus; † Quinimò, nec huiusmodi collegijs id competere, quando ad ipsa beneficia simpliciter habent ius collationis; secus autem si eis competat dumtaxat ius præsentandi Vicarium perpetuum, quia fortè ipsis Collegijs, vel eorum mensis esset vnita Parochialis, & cura animarum translata in Vicarium perpetuum, ab eodem

de Collegio presentandum,& huic dicto suffragari videntur verba ipsiusmet Conc. Trid. ibi *etiamsi cura Ecclesiæ incumbere dicatur* conducunt quæ dixi *in Præludio de unionibus, & ibidem dub.* 1.

DVBIVM XII.

ARGVMENTVM.

Vicarius deputandus cum congrua, dummodo aliàs sit idoneus non est necessario examinandus.

1 Dubitatur decimò; an Vicarius constituendus iuxta dispositionem Sac. Conc. Triden. *d. c.* 18. *sess.* 24. debeat examinari quamuis aliàs videatur, & sit idoneus, aut alioqui sit admissus ad Sacramentorum administrationē: Ratio huius dubitationis desumitur ex eodem Concilio quia dicit *Idoneum Vicarium*, & vt infra
2 etiam videbimus, † quia quilibet se opponens ad concursum quamuis esset alioqui Doctor, vel etiā Parochus alicuius Ecclesiæ, vel etiam fuisset per huiusmodi concursum aliàs admissus ad huiusmodi Parochiales, debet nihilominus de nouo examinari. Hoc sanè dubium non caret difficultate, nec hactenus aliqua, quam viderim, reperitur declaratio in terminis, attamen si vacat aliquid dicere, dicamus, Episcopum pos-
3 se † constituere eiusmodi Vicariū absque vllo examine, dummodo aliàs sit idoneus ád regendum curam animarum; ratio autem ea
4 erit, quia vti iam vidimus, † Episcopus vti debet omni diligentia, quæ præscribitur in declaratione per me allegata superius *dub.* 1. *n.* 4. *huius* 1. *requisiti*, nimirum debet in primis constituere illum, qui sit in ea ipsa Ecclesia, qui velit curam exercere, aut vicinum
5 Parochum: † Cum itaque Sacra Congreg. eos nominet, quos supponit aliàs idoneos, nec circa illos quidquam disponat de aliquo examine, videtur proinde hoc re-
6 linquere arbitrio Episcopi; † facit quod tradit Garzia *d. par.* 9. *c.* 2. *n.* 12. vbi aduertit *vt vidimus in proximo antecedenti dubio*, quod Collegium in repentinis casibus constituit Vicarium, & quāuis dicat, quod non potest ei dare iurisdictionem in spiritualibus, nisi aliàs sit approbatus ad Sacramētorum administrationē, sed quod potest illū ponere ad custodiā; annuere nihilominus videtur, ex his, à contrario sensu, quod si sit admissus poterit ei dare iurisdictionem in spiritualibus: Sed me subijcio censuræ superiorum.

DVBIVM XIII.

ARGVMENTVM.

Deputatio Vicarij cum congrua videtur quod debeat fieri intra triduum, & maximè in hac Mediolanensi Prouincia, in qua intra triduum debet proponi edictum pro concursu.

1 Diximus *Episcopum debere statim habita notitia vacationis Parochialis constituere in ea Vicarium cum congrua*, sed modo occurrit dubium, an possit ali-

aliquandiu differre huiusmodi deputationem. Vtile sanè est hoc scire, quippequod frequentissimũ
2 est & quotidianum; † & videtur quod nihil differre possit, tum quia Conc. Triden. vult vt statim constituatur, tum quia hoc etiam annuere videtur Sacr. Congregat. eiusdem Concilij Interpretũ, quę teste Garzia *par. 9. de benef. c. 2. n.* 22. sic aliquando declarauit *Congregatio, censuit statim, habita notitia vacationis parochialis, debere Episcopum constituere Vicarium idoneum, & non esse expectandum tempus, quo dignior ipsi Parochiali praeficiendus nominatus sit*: nihilominus, si expedit dicere quid tenere debeamus, arbitrarer eum *Hoyeda p. 1. de incompatib. benef. cap.* 13. *n.* 49. *Mascard. de probat. conclus.* 183. *n.* 42. *& Paris. de resignat. benef. lib.* 3.
3 *q.* 1. *n.* 130. qui in terminis adeptionis possessionis secundi beneficij, ad effectum videndi an vacet primum incompatibile, dicunt quod id debet esse arbitrarium Episcopo, quando quis incõtinenti fuisset reiectus à possessione secundi
4 beneficij, & quamuis *Garzia d. tract. de benef. p.* 1. *c.* 5 *à num.* 111. *vsque* 122. vbi quærit quando dicatur aliquid fieri incontinenti, postquam plurium Doctorum dicta, & Rot. decis. retulit, videatur in ea sententia residere vt possit dici litem incontinenti motam super beneficio, quando mota fuit
5 intra duos menses; † Hoyeda tamen *in d. c.* 13. *n.* 80. asserens esse maximè controuersum, & dubium quando dicatur incontinenti turbari, constanter tenet hoc relinqui Iudicis arbitrio, quæ sententia æqua videtur, nam secundum subiectam materiam aliquid dicetur factum incontinenti tametsi lapsi sint quindecim dies, vel mensis; aliquando verò non dicetur factũ incontinenti, quamuis lapsæ sint duntaxat horæ, vti esset in casu propulsionis iniuriæ, vel repulsio-
6 nis primi motus. † Hanc itaque sententiã Hoyedæ nos sequendo, dicamus posse Episcopum differre constitutionem huiusmodi Vicarij vsque ad tres dies à die notitiæ vacationis, non autem vlterius, & maximè in hac Mediola-
7 nensi prouincia; † in qua habemus decretum *Conc. prou.* 1. *tit. de proponendo edicto*, vt intra triduum proponatur edictum pro cõcursu, & nihilominus Conc. Trid. *d. c.* 18. *de refor. sess.* 24. decernit, vt statim constituatur Vicarius, & post modum proponatur edictum &c. Nec obstare videtur allegata declaratio Sac. Congregationis, nã si rectè perpendantur illius verba, facile patebit quod non modo nõ repugnat huiusmodi declaratio huic sententiæ, sed tantum declarant in casu illius consultationis, non licuisse differri constitutionẽ Vicarij donec dignior esset ele-
8 ctus, † quippequi non valet eligi nisi post peractum examen, quod planè cessat in casu nostro.

DVBIVM XIV.

ARGVMENTVM.

In Ecclesia baptismali non est proponendus concursus: at vero Vicarius

carius cum congrua est deputandus, baptismus enim est omnium Sacramentorum necessarijssimus, quia sine illo nemo potest esse saluus.

1 DVodecimò dubitatur, an sit constituendus Vicarius, cũ congrua, in Ecclesia baptismali, dum eius vacatio contingit. Hoc dubium deriuat ex eo, quod diximus Ecclesiam baptismalem dici Curatam, quamuis nõ habeat territorium, & videtur dicendum quod non sit constituendus, nam de rigore *c.*18.*seß.* 24. *Conc. Trid.* non est pro ea proponendus con-
2 cursus, † ergo non tenetur Episc. vti tanta diligentia circa illam,
3 quanta circa parochialem, † nihilominus quia Sacramentum baptismi est omnium Sacramentorũ necessarijssimũ, adeò vt absque illo nemo possit esse saluus *Io. c.* 3. ibi *nisi quis renatus fuerit &c.* Et
4 homo sine † baptismo est incapax aliorum Sacramentorum *cap.*1. *& clarius in c. veniens de Presbyt. non baptizat.* vbi dicitur quod *ante susceptionem baptismi non su-*
5 *scipitur aliud Sacramentum,* † *cũ baptismus sit fundamentum om-*
6 *nium Sacramentorum*, † & vbi fundamentum non est, super ędifi-
7 cari non potest; † expedit proinde vt ab idoneo, & experto, ac scientia calente Sacerdote administretur huiusmodi Sacramentum; quocirca videtur quod poterit imò debebit Episcopus, pro officij sui munere, constituere Sacerdotem, seu Vicarium ad huiusmodi baptismalem Ecclesiam vacantem, qui id baptizandi muneris obeat;
8 Ecclesia † enim baptismalis quamuis in reliquis Curata nõ sit, comprąehenditur nihilominus sub dispositione Conc. Trid. *c.*17. *de reformat. seß.* 24. vbi agitur de incõ-
9 patibilitate † beneficiorum, prout Sacra Congregatio declarauit *in vna Perusina*, quæ habetur in manuscript. Illustris. D. mei Episcopi Parauicini *super dict. c.* 17. *seß.* 24. in hæc verba. *Ecclesia baptismalis licet non sit in reliquis curata; nihilominus est incompatibilis, & hoc decreto comprehenditur.*

DVBIVM XV.

ARGVMENTVM.

Vicarius cum congrua deputatur in Ecclesijs resignatis simpliciter, nõ in fauorem, quia resignata in fauorem non dicuntur statim vacare, sed potest resignans incumbere possessioni.

1 DVbitatur decimo tertiò, an sit constituendus Vicarius in Ecclesijs resignatis. Videtur quod non, & pro hac negatiua facit declaratio Sacr. Congregationis relata per Garziam *de benef. p.*9. *c.*2. *n.*159. in hæc verba. *Cum Parochialis Ecclesiæ resignatio fit in manibus Sanctissimi, quia tunc non dicitur vacare ante-*
2 *quam alteri acquiratur*, † *nec in ea potest statim deputari Vicarius, & non est necessarium concursum fieri, & aptiorem eligen-*
3 *dum esse per Ordinarium*; † *sed satis est resignatarium ab* Exa-

mina-

minatoribus in Synodo deputatis, simul cum ordinario, probari idoneum, nihilominus hoc dubiũ soluendum est iuxta distinctionẽ, quã fecimus supra in dubio 2. huius requisiti, vbi eãdem declarationem
4 retuli plenè, † & dixi ibi, quod quando resignatio facta est simpliciter, simulatq. admissa fuit, vacat Eccl. siue ipsa resignatio fuerit facta in manibus Sanctiss. siue in manibus Ordinarij, & proinde eo in casu cõstituendus erit Vicarius, secus vbi resignata fuerit in fauorem alterius, & sic accipienda est præinserta declaratio, vt intelligatur de resignatione in fauorem facta, non autem de facta simplici-
5 ter, & admissa. † Nec repugnat illud quod dicit Parisius *de resig. benef. lib. 8. q. 7. n. 36.* nempe quod Illustriss. Mathæus Cõtarellus Cardinalis S. Stephani, vir eruditissimus, & in hac materia excellentissimus prodatarius, in Pontificatu fæl. rec. Greg. XIII. mandauerit, vt non apponerẽtur illa verba *in fauorem* tamquam non necessaria, & suspecta, neque in capite, neque
6 in corpore supplic. † & quod tunc cœpit practicari, vt apponatur dũtaxat *resignatio*, pro quo testatur idẽ Parisius se vidisse infinitas supplicationes, quamuis postea cõpositores supplicationum addiderũt *simplex*, itaut hodie communiter soleat poni *resignatio simplex*, quippe qui ille renunciat simpliciter in manibus Papæ, qui Sum. Pontifex postea ad preces resignatarij ei dictum beneficiũ resignatum confert *Federicus de Senis de*
7 *permut. benef. q. 19.* † nam Papa nõ habet respectum ad mentem resignãtis, sed ad supplicationẽ humiliter sibi factam à Resignatario, *Boer. in tract. de auctorit. Legat. à latere n. 127.* & à Papa d. resignatarius habet ius, & non à resignante *Cassad. decis. 15. sub n. 1. de præ-*
8 *bend.* Nihilominus ex quo habet quamdam correspectiuitatem, quia vnus renunciat, & alter supplicans obtinet *ad not. per Felin. in c. pastoralis 14. de rescriptis*, & dixit idem Parisius *lib. 1. q. 3. circa finem*, ideo non dicitur simplex resignatio, sed de stylo adhuc dicitur facta in fauorem, *Cassad. decis. 10. n. 10. de concess. preb.* Parisius *in princ. dict. q. 3. lib. 1.* attestatur etiam hoc esse de mente Rotæ, & se audiuisse idem à pluribus excellentissimis Aduocatis, & huiusmodi resignationem dici conditionalem attento quod vnus renunciat, alter supplicat pro collatione, quamuis in capite vel in corpore supplic. non dicatur *in fauorem, vel alias, nec alio modo &c.* & sic fuisse resolutum in vna *Tranen.* ac alia *Vicentin. Cantoriæ*: ac alia *Firmana prioratuũ coram Card. S. Crucis 28. Iulij 1547.* Tradit idẽ Parisius *d. quæst. 7. n. 40. lib. 8.* vbi alias Decisiones Rotales pro hoc adducit.

Resignationes verò in fauorem nequeunt fieri coram Ordinarijs.

DVBIVM XVI.

ARGVMENTVM.

Vicarius cum congrua constituitur vbi dignitas curam animarum habens vacat, secus de concursu.

Du-

1 Dubitatur decimo sextò, an sit opus constituere Vicarium cum cōgrua dum vacat aliqua Dignitas, quę habet annexam
2 curam animarum, † loquor hic de dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium, vel Collegiatarum, in quibus, vt vidimus, non sit aliquis concursus ex Gonzales *glos.* 5. §. 3. *n.* 13. & clarius ex declaratione Sacrę Congregationis, in his verbis. *In dignitatibus habentibus curam animarum in Collegiatis, non esse necessarium examen per concursum, quale requiritur in Parochialibus Ecclesijs, censuit*
3 *Sacra Congregatio*, † non autem loquor de illis ruralibus dignitatibus, quæ sonant tantummodo in nomen dignitatis, & re vera non sunt dignitates, nec potest illam habentibus delegari causa ab Apostolica Sede *per c. statutum de rescript. in* 6. quia non sunt ve-
4 ræ dignitates, † & sine vlla exceptione, constanter arbitrarer dici posse, quod Episcopus debet Vicarium constituere, dum huiusmodi quæuis dignitas vacat, nam dicitur verè habere curam anima-
5 rum cum Parochia, † ac propterea non debet cura huiusmodi destitui interim dum pendet tempus collatori ad prouidendum, seu cō-
6 ferendum: † faciunt ad hoc ea, quæ tradit Gonzales *d. glos.* 5. §. 3. *n.* 47. vbi ait quod Episcopus potest constituere Vicarium temporalē in beneficio reseruato, qui inseruiat, dum Papa prouidet, ad quod allegat Conc. Trid. *d. c.* 18. *sess.* 24. *& supra allatam declarationem Sac.* Congregationis.

DVBIVM XVII.

ARGVMENTVM.

Vicarius constituitur vbi vacat Canonicatus, vel Capellania, aut simplex beneficium quibus incūbit exercitium curæ animarum.

1 Germanum dubium decimoseptimò occurrit, an videlicet in vacatione alicuius Canonicatus, vel Capellaniæ curam animarum adiunctam habentium necessarium sit constituere Vicariū,
2 & breuiter resoluamus cum Garzia *de benef. p.* 8. *c.* 2. *n.* 189. quod
3 sic, † ex auctoritate Sac. Congregationis, cuius declarationem ibi refert Garzia in hæc verba. *Quando cura animarum pertinet ad Canonicum, & ad præsentationem Capituli, ad quod collatio huiusmodi Canonicatus spectat, Episcopus debet ponere examen concursus, & si hoc examen ab alio fieret, collatio esset nulla,* vbi etiam extendit Garzia casum ad simplex beneficiū alicuius Ecclesiæ Parochialis, quod habet de per se administrationem, & exercitium curæ animarum in aliquo loco d. Parochialis, & sic fortasse erit intelligendū illud, *si per vnū,*
4 *vel plures cura exerceatur,* † quia inquam esse posset, vt cura vnius Parochiæ administraretur ex officio per plures in aliquo districto loco ipsius Parochiæ.

DVBIVM XVIII.

ARGVMENTVM.

Episcopus potest examinare Canonicos seu Capellanos deputatos à Capi-

Capitulo ad exercendum curam animarum.

1 DVbitatur decimooctauò, an poſſit Epiſcopus examinare Canonicos ſeu Capellanos deputatos à Capitulo ad exercendũ curam animarum. Hoc dubium ſoluitur per declarationem Sacræ Congregationis, quæ ſic habet, *licet Epiſcopis Capellanos; ſeu adiutores ad exercendum curam animarum deputatos à Capitulo, ſiue à quocumque ad id auctoritatem habente, examinare, nec permittere illis, abſque eius approbatione, curam exercere, nec Sacramenta adminiſtrare.*

DVBIVM XIX.

ARGVMENTVM.

Vicarius cum congrua ponitur in Eccleſijs vnitis æquè principaliter, & vbi cura animarum transfertur in Vicariam perpetuam erectam.

1 DVbitatur decimo nonò, an debeat conſtitui Vicarius cum congrua in Eccleſijs vnitis,
2 dixi † iam in Prælūdio de huiuſmodi Eccleſijs vnitis, quod in eis conſtitui ſolent Vicarij aliquando temporales, aliquando perpe-
3 tui. † Pro ſolutione autem huius dubij dicamus, quod quandocunque Eccleſia eſt vnita ad vitam alicuius tantum, vel in ea eſt Vicaria perpetua cum translatione curæ animarum in perpetuum Vicarium, vt vidimus *in Prælud. de Vicarijs* (debet enim prius erigi Vicaria, vt poſſit Epiſcopus in executionem Conc. Trident. *ſeſſ. 7. c. 7.* Vicarios temporales in perpetuos mutare, iuncta etiam declaratione Sacræ Congregationis. quam ibidem retuli) poterit inquã Epiſcopus adueniente vacatione huiuſmodi Eccleſiæ, ſeu Vicariæ, conſtituere Oeconomum, ſeu Vicarium, cum congrua, donec eidem fuerit de Rectore, vel Vica-
4 rio prouiſum, † nam, vt vidimus, huiuſmodi Eccleſia, vel Vicaria venit conferenda per concurſum *Garzia c. 2. n. 298. p. 8.* Et quod dixi de Eccleſijs vnitis, locum habet etiam in Eccleſijs patrimonialibus, Receptiuis, & Patronatis *ex eodem Garzia.*

DVBIVM XX.

ARGVMENTVM.

Mentio facienda eſt de adminiſtratione poſt electionem à magis idoneo, quia qui exhibet electionem Papæ ſignificat ſe habere ius.

1 VIgeſimò dubitatur, an dato quod magis idoneus, & electus adminiſtrauerit poſt electionem tamquam Vicarius, teneatur facere mentionem de huiuſmodi adminiſtratione. Garzia tangit hoc dubium *in tract. de benef. p. 9 c. 2. n. 30.* & reſoluit affirmatiuè, nempè teneri; itaut, ſi taceat, gratia ſit ſubreptitia, & nul-
2 la, † & ratio ſecundum ipſum eſt, quia exhibendo Papæ electionem de ſe factam ab Ordinario in concurſu, videtur etiam ſignificare ſe habere aliquod ius ad Eccleſiam, quam

quam intendit impetrare. *Facit c. Auaritiæ 5. de elect. in 6.*

DVBIVM XXI.

ARGVMENTVM.

Episcopus proponit concursum, & eligit magis idoneum in Ecclesijs inferiorum collatorum, nisi inferior habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, & ius congregandi Synodum, & re vera illam congregauit, aliàs secus.

1 DVbitatur vigesimo primò, quid faciendum vbi aliqua parochialis non est de iure patronatus, sed eius collatio spectat ad alium quam ad Diœcesanum, & potissimum ad inferiorem Episcopo. Breuiter concluditur, quod in huiusmodi parochialibus erit habendus concursus, & ita *teste Garzia de bene f. p. 9. c. 2. n.* 149. respondit Sac. Congregatio Episcopo Vicentino his verbis. *Quoties aliqua Ecclesia Parochialis vacauerit, ad quam aliquis Abbas habet ius*
2 *nominandi, † quemcumque Abbas nominauerit, eum Ordinarius ad examen admittere debet, si autem Ecclesiæ vacabunt ob mortem Rectorum, in quibus Abbas habet ius conferendi, earum curationẽ, qui suscipere volent eos Ordinarius probare debet illo examinis genere, quod vocatur concursus,*
3 *nec Abbas, † ob eam causam, vllum examinis ædictum proponere potest, nec illius officij partem aliquam attingere, sed id pertinet ad Ordinarium, qui debet ipse proponere ædicta, & examinatores ex Concilij præscripto deputatos adhibere, à quibus omnes istiusmodi concursus examinentur, quo examine confecto, ex his, quos vita integritas, & doctrina commendabit, Ordinarius debet*
4 *eligere magis idoneos, † ac postea Abbati relinquere vt ex electis, cui maluerit curam conferat,*
5 adhoc etiam facit Bulla Sixti V. fæl. rec. quam refert Rodrig. *in noua collect. priuileg.* Mendic. *quæ habetur ibi* 22. *inter bullas eiusdem Sixti* & incipit *Ex iniuncto* ibi *Insuper etiam volumus, & iuxta eiusdem Concilij dispositionem, & mentem statuimus, & mandamus, quod in Parochialiũ Ecclesiarum, & beneficiorum curam animarum habentium, quæ de eiusdem ordinis, & Congregationis Iurepatronatus Ecclesiastico extiterint, & sæcularibus clericis conferri consueuerunt, earum vacatione quandocumque*
6 *occurrente, † quamuis per dictos* Episcopos *ad concursum, & examen admitti possint, vltra eos, qui per eiusdem Congregationis Abbates, & alios Superiores patronos erunt nominati, nequeant ta-*
7 *men per eosdem* Episcopos, *† etsi ad eos institutio, & non ad alium pertineat, institui, & ordinari, nisi illi tantum, qui inter approbatos, & ab examinatoribus idoneos repertos, ab eiusdem ordinis, & Cõgregationis Prælatis patronis digniores, & magis idonei iudicati, & pro Institutione recipiẽda eisdẽ* Episcopis *præsentati fue-*
8 *rint; † quod si institutio non ab ipsis* Episcopis, *sed alijs fuerit facien-*

cienda, tunc quidem soli Episcopi ex dignis digniorem debeant eligere, 9 † *sed non ante ab eo, ad quē spectat, institui possint, quā ab eisdē patronis ei fuerint præsentati, sicque in præmissis per eosdem, & alios quoscumque Iudices &c. & cum decreto irritanti &c.*

DVBIVM XXII.

ARGVMENTVM.

Beneficia patronata laicorum si deuoluant ob non factam præsentationem intra tempus à iure statutum non conferuntur per concursum quia iuspatronatus facit deuolutionem cū suo onere & qualitate, & impetrans à Papa resignatum in manibus Ordinarij, sed deuolutum propter negligentiam eiusdem in conferendo, habet tantum tres menses ad publicandum.

1 SVccedit dubium, quod maiorem habet difficultatem, & est an sit conferenda per concursum illa parochialis, quæ cum sit de iurepatronatus laicorum, attamen patroni intra tempus à iure præfixum non præsentarunt, ac proinde Ecclesia fecit deuolu-
2 tionem ad Episcopum. † D. Augustinus Barbosa in suo tractatu de potest. Episcopi *par.* 3. *alleg.* 60. *n.* 18. dicit cum Galet. *in Margarita Cas. consc.* verbo *iuspatronatus* quod Ordinarius confert per concursum beneficia iurispatronatus deuoluta; at in contrarium est veritas si indistinctè loquamur
3 etenim † beneficia deuoluuntur cum suo onere, & qualitate, vt planè decisum fuit in vna Mediolan. parochialis 29. Maij 1600. coram bo. me. Illustriss. Seraph. quæ est
4 *decis.* 1363. *n.* 4. † [*& in alia beneficij* 13. *Ian.* 1597. *coram Corduba allata per Garz. de benef. p.* 11. *c.* 3. *§.* 4. *num.* 284.] per quam fuit resolutum *ex hac ratione quod impetrans beneficium à Papa tamquam deuolutum ob negligentiā*
5 *Ordinarij* † *habet tantum tres menses ad publicandum iuxta formam Constitutionis Gregorij*
6 *XIII.* † *quia beneficium deuoluitur cum suo onere, & qualitate* [quicquid dicat Paris. *de resignat. lib.* 11. *q.* 5. *n.* 14. *vers. non obstat §. de beneficijs*, vbi dicit quod cum collatio deuoluitur ad Papam tunc intrat tempus sex mensium ad publicādum, quod datur in prouisionibus Apostolicis, & Garzia *de benef. p.* 11. *c.* 3. *§.* 4. *n.* 287. impugnās d. decis. coram Corduba.] cum itaque beneficia iurispatronatus laicorum non cadāt sub dispositione *d. c.* 18. *sess.* 24. vt iam
7 vidimus, † ita, si quauis ratione deuoluantur, non assumunt con-
8 ditionem concursus, † quia non potest amittere suam qualitatem exemptionis ab huiusmodi concursu, sed semper transeunt cum illa. *Fel. n.* 18. *post Innoc. in c. cum accessissent* 8. *de constit.* neque obstat doctrina D. Barbosæ, quia respondetur quod locum habet in deuolutis iurispatronatis Ecclesiastici, super quibus, vt etiam vidimus, cadit reseruatio 8. regulæ, nedum dispositio Concilij.

X DV-

DVBIVM XXIII.

ARGVMENTVM.

Episcopus existens in quasi possessione iuris conferendi, iure ordinario confert non expectato fine litis: finita autem lite, & constito de iurepatronatus, patronus præsentat institutum, vt sibi acquirat quasi possessionem: nec patronus amittit quasi possessionem propter deuolutionem, quia deuolutio non immutat statum beneficij.

Traduntur casus, in quibus potest moueri lis super beneficijs iurispatronatus, & in quibus possit Episcopus prouidere.

1 PRæmissum dubium aliud ciat, quid videlicet faciendum, quando vacat Ecclesia Parochialis; quæ pluries collata fuit ab Episcopo, & potissimum vltimo loco, & nihilominus insurgunt prætendentes se habere in ea iuspatronatus, hæc difficultas, duo amplectitur. An scilicet possit Episcopus illam conferre, non expectato fine litis; & an, dato quod possit conferre, sit nihilominus necessarius concursus, quod idem est, ac dicere, an possit Episcopus, pendente lite super iurepatronatus conferre.

2 Hæc difficultas magna est, attamen omissis omnibus disputationibus videndũ est quomodo, & quo iure fuerit collata huiusmodi Ecclesia, nimirum, an iure ordinario,
3 an iure deuoluto, † nam patrona-
4 tus ob nõ vsũ amittitur, † & potest præscribi contra iuspatronatus libertas Ecclesiæ, vt in terminis cõsulit *Abb. cõs.* 106. *p.* 2. quẽ refert, & sequitur etiam *Lambert. lib.* 3.
5 *quæst.* 7. *art.* 8. † si itaque collata fuit iure ordinario, & Episcopus est in quasi possesione conferendi quia per 40. annos patroni in omnibus casibus non pręsentarũt, & vltima collatio est facta iure ordinario, vtique debebit conferre, non expectato fine litis *arg. c. volumus* 16. *quæst.* 4. Lambert. *lib.* 2. *par.* 2. *quæst.* 1. *art.* 9. *n.* 8. *cas.* 3. vers. *dicerem ergo sub n.* 9. Garzia *p.* 9.
6 *c.* 2. *n.* 259. † *Rot. in vna Dertonen. iurispatr.* 19. *Febr.* 1601. *coram Penia est decis. Farinac.* 586. *n.* 1. *inter nouit. nouiss.* quamuis si postea finita lite constaret de iurepatronatus litigantium, deberet fieri præsentatio per euincentem, vt sibi acquireret quasi possesionem in futurum, *Lambert. ibi n.* 9.
7 si vero † collata fuit semper iure deuoluto, tunc ex quo Episcopus per eiusmodi collationem non potuit mutare statũ beneficij *per c. cum de beneficio* 5. *de præb. in* 6.
8 nec Patronus amittit suam quasi possesionem, vt latè probat *Lambert. lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 3. *art.* 15.
9 etenim, † vt Episcopus dicatur esse in quasi possessione, tria requiruntur. *Secundum Ripam* in resp. 48. *de caus. possess. & propriet. n* 4. videlicet, vt primò detur scientia
10 primi † possessoris *per l.* 2. *C. de seruit. acquir.* Abb. & alij, *in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. pos-*
11 *sess.* † Secundò quod Episcopus conferat iure ordinario, siue libero, & non deuoluto *l. fin. ff. quemad. seruit. ammitt.* Tertiò quod bona fide conferat credens sibi

tale

tale ius competere *l.1.§.Aristo de aqua quotid. & aest.* quae est doctrina Abb. *in d. c. cum Ecclesia Sutrina*, quem omnes sequuntur.
11 probatur † autem bona fides quādo praesentatus steterit per viginti annos in possessione, vt fuit decisum in Rot. *in vna Salamantina Cappellania* 1545. *coram Puteo, quam allegat Grilenzon.cons.* 41. *num.* 28. *& dicit esse decis.* 243.
13 *lib.* 2. † & bona fides praesumitur etiam in non habente titulum. *Franc.n.2. c. Episcopus 1.de praescr.in 6.* ideo facio sequētes casus, ex quibus facilè dignoscetur quid faciendum sit Episcopo adueniente huiusmodi casu.

14 Primò itaque aduertendum est quòd potest moueri lis super iurepatronatus, vel quasi possessione inter patronos, siue sint Clerici, siue Laici, Ecclesia iam vacante, vel aliàs nondum vacante;
15 Si igitur † primo modo mota sit lis, tunc terminanda est intra semestre, si sit inter clericos, vel inter clericos & laicos; aut intra quadrimestre si sit inter laicos
16 tantum, alioquin, † prouisio deuoluetur ad habentem ius insti-
17 tuendi: † Si secundo modo lis mota fuerit, idest, Ecclesia nondum vacante, expectandus erit finis litis; & ideo non priuabitur possidens sua quasi possessione, sed adueniente casu, admittetur ad prae-
18 sentandum, & † praesentatus, lite deinde finita, non ammouebitur, *cap. consultationibus 19. de iurepatr.* Sed summopere hic aduertendum est, namque hic casus videtur inuolutus, & deciditur per Lambert. *lib.2.p.2.q.1. art.9. n.3.* qui tamen in secundo casu ibidem
19 n.6. dicit, † quod quando quaestio iurispatronatus est inter patronos super iurepatronatus, vel ipsius quasi possessione, ante Ecclesiae vacationem, & durauit tantum, quod ante eius decisionem Ecclesia vacauit, si lis adhuc durauit tanto tempore, vt lapsum sit semestre, vel quadrimestre, respectu clericorum, vel laicorum, vt dictum est, poterit Episcopus ibi aliquem instituere sine aliqua praesentatione ipsorum patronorū
20 litigantium, † quia, inquit, idem est litem esse coeptam post vacationem Ecclesiae, vel ante, sed non finita lite intra terminum à iure datum ad praesentandum: sed planè animaduertendum est ad hoc, ne capiatur error, vt scilicet in primo casu, puta, quod possit patronus praesentare, adueniente vacatione ante finitam litem, intelligendum sit, quando vnus tantum est in quasi possessione praesentandi; vel lis non est super quasi possessione praesentandi, vt bene aduertit Illustriss. Lancell. *de attent. lit.pend.in praefat. c.4.n.691. in*
21 *nou. edit.* † In secundo verò casu intelligendum sit, quando vterque praetendit se possidere, & agitur de interdict. retin. & sic lis pendet super possessione, *Lancellot. ibi n.* 646. *&* 650. vbi respondet ad obiecta.

22 Secundò potest moueri lis inter patronos, vel quasi possidentes, & Episcopum, quando videlicet Patroni praetendunt se esse in quasi possessione praesentandi: Episcopus

cõtra dicit se esse in quasi possessione conferendi, & non constat cla-
23 rè de libertate, † in hoc casu, siue lis fuerit inchoata ante, siue post vacationem, & lapsum fit semestre, vel quadrimestre, non poterit Episcopus in totum ordinare huiusmodi Ecclesiam, vel de ea
24 institutionem facere, † sed debebit, iuxta dispositionem *cap. cum vos* 4. *de offic. ordin.* ponere in ea Oeconomum, qui Ecclesiæ deseruiat, & fructus percipiat, atque conseruet pro futuro Rectore,
25 ne dilapidentur, lite durante, † idem erit si quæstio oriatur super idoneitate præsentati; nempè quia Episcopus dicit præsentationem factam fuisse de non idoneo, quia tunc lapsus semestris, vel quadrimestris non præiudicabit, vt late scribit Lambert. *d. l.* 2. *p.* 2. *q.* 1. *art.* 9. *n.* 12.

26 Quinque autem modis potest Episcopus incidere in controuersiam cum patronis quos recenset Lambert. *d. lib.* 2. *par.* 2. *q.* 3. *art.* 9 *num.* 13.

27 Primo quando Episcopus dicit se esse in quasi possessione conferendi, & velle conferre, & constat de huiusmodi quasi possessione.

28 Secundo quando dicit Ecclesiam esse liberam, & collationem id ipsum spectare.

29 Tertio quando dicit præsentatum non esse idoneum, aut præsentationem non firmiter factam, & similia.

30 Quarto quando Episcopus, & ipse prætendit iuspatronatus ab alijs prætensum, siue sit lis super proprietate iurispatronatus, siue sit super iure præsentandi, & illius quasi possessione.

31 Quintò quando Episcopus ex officio opponit contra præsentantes aliquid, per quod non veniant admittendi ad præsentandum, vel dicit eos amisisse iuspatronatus.

32 Si igitur lis primo modo concipiatur, & moueatur, non impedit, vt vidimus, quominus possit Episcopus prouidere, etiam non expectato fine litis prosequendo
33 suam quasi possessionem; † in alijs verò casibus debet Episcopus supersedere donec lis fuerit finita, quia patronis in his casibus
34 non currit tempus: † inclinat tamen Lambertinus *d. lib.* 2. *par.* 2. *quæst.* 3. *num.* 13. *in fine*, vt etiam currat tempus, quando oppositiones fierent per compatronos, vel contra præsentantes, vel contra præsentatos citrà officium Episcopi, idest si Episcopus non se ingerit in huiusmodi oppositionibus, nam tunc, nisi intra semestre, vel quadrimestre lis decidatur, poterit, inquit, Episcopus prouidere.

35 Tertiò principaliter, lis intercedere potest inter patronos, quia diuiserunt vota plures præsentando, & sic litigatur super meritis
36 præsentatorum, † & in hoc casu non currit tempus, sed expectatur litis euentus, & interim Episcopus prouidet de Oeconomo, donec facto calculo numeri, & meri-
37 torum possit, † qui pluribus legitimè iuuatur suffragijs institui,
38 vel aliàs gratificari † si poterit sine scandalo, alioquin, si institutio, vel aliàs gratificatio fieri non pote-

poterit, ne ſcandalo, interdicet Epiſcopus Eccleſiam *c. 1. de iurepatr.* & ſi etiam ſic non concordabunt, auferentur reliquiæ iuxta
39 *cap. 2. eod. tit.* † *ibi D. Barboſa in collect.* quod ſi nec iſta via reduci poterunt ad concordiam, lapſis ſex menſibus ſi Iuſpatronatus ſit Eccleſiaſticum, vel quatuor menſibus, ſi ſit laicale, & decreto certo temporis ſpatio, arbitrando per Epiſcopum eiſdem patronis ad concordandum præfixo, ſi patroni ipſi fuerint proterui, nec voluerint conſentire gratificationi vnius, ex præſentatis, Epiſcopus inſtituet alium auctoritate Conc. Generalis, *ex c. 2. de conceſſ. præb. c. eam te 22. hoc tit. de iurepatr.*
40 Et quod dicitur de ſcandalo, intelligendum eſt de valido, ideſt, vbi poteſt mors ſuccedere, vt notat Lap. *allegat. 75. num. 5. & allegat. 78. n. 16.* Lamb. *lib. 2. par. 2.*
41 *quæſt. 3. art. 9. ſuper n. 24.* † poterunt tamen patroni pro conſeruatione eorum Iuris præſentandi repræſentare eum, qui fuerit ob eorum diſcordiam ab Epiſcopo in-
42 ſtitutus, † prout etiam poterunt in quocumque alio caſu quando Epiſcopus confert iure deuolutionis, vt obſeruat Lambertin. *d. nu. 24.* Illud præterea hic cauendum eſt circa gratificationem, ne inſtitutor gratificare ſe poſſe putet, quando iuſpatronatus eſt mixtum, videlicet partim Clericorum, partim laicorum *vt not. deciſ. 134. ſenat. dolan.* Vel melius quando præſentatio facta eſt ſucceſſiuè, non autem cumulatiuè, aut alias iam vnus fuit inſtitutus, quia faceret huiuſmodi gratificationē perperam, & maxime ſi iuſpatronatus eſſet totum Eccleſiaſticum, in quo planè non licet patronis ſucceſſiuè præſentare *c. quod autem, & ibi Doct. 5. de iurepatronatus*, vt latè dixi *in Prælud. 7. Dub. 21. n 141. & ſeq.*

43 Quartò principaliter, contingit litigari, quando conſtat Eccleſiam eſſe quidem patronatam, & tales eſſe patronos, ſed ob eorum negligentiam labitur ſemeſtre, vel quadrimeſtre, & patronus excipit de non lapſu, propter computationē huiuſmodi ſemeſtris, vel quadri-
44 meſtris; † hoc enim in caſu elapſo tempore à iure eis præſcripto ad præſentandum poterit Epiſcopus iure deuolutionis, omiſſo tamen concurſu, ſi beneficium ſit Laicale, Eccleſiam ipſam conferre,
45 nam † vt vidimus, deuolutio fit cum ſuis qualitatibus, & oneribus, Rot. corā Seraph. *deciſ. 1363. n. 4.* neque mutat modum vacandi, ſed præſupponit beneficium vacare cum ſuis qualitatibus requiſitis *Seraph. deciſ. 1309. n. 3.*

46 Quintò principaliter mouetur lis inter compatronos, non ex vi iuriſpatronatus, nec iuris præſentandi, ſed ſuper forma præſentationis, vel ex alijs oppoſitionibus extrinſecis, citra tamen officium Epiſcopi, & in iſto caſu non currit tempus, ſed expectatur litis euentus.

47 Sextò principaliter mouetur lis inter ſolos præſentatos, vel etiam inter eos vnà cum ipſis præſentantibus, ſuper ipſis præſentationibus, non ex vi formæ, idoneitatis,

vel meritorum, sed ex vi Iurispa-
48 tronatus, & præsentandi; † vel est inter prætendentes se esse patronos, & tamen dubitatur, an verè sint patroni, & in hoc casu, expectatur per semestre, vel quadrimestre, & si lis non finiatur intra d. tempus, Episcopus cõfert cui melius secundum Deum sibi videtur,
49 reseruato iure euincenti,† & causa decisa, euincens repræsentabit prouisum per Episcopum iuxta *c.consultationibus hoc titulo de iure patronatus*, & in hoc nullum dubium est, *teste Lambert.d.lib.2. p.2.q.3.art.9.n.20.in fine*.

50 Septimò principaliter oritur quæstio inter patronos, dum alios non admittunt ad præsentandum sub aliquo prętextu quod amiserint Iuspatronatus, & ideò ad eos pro illa vice, vel in perpetuum, dicunt non competere ius præsentã-
51 di, † isto in casu, lapso tempore semestris, vel quadrimestris, nec decisa lite, poterit Episcopus instituere quem maluerit, *Lambert. p.2.lib.2.q.3. art.9. n.17.* asserens ita sæpius se in facto obtinuisse, & attestatur hoc fuisse in persona sua obseruatum; dicens etiã, quod hodie vt plurimum quæstio exorditur, non ex vi numeri, vel meritorum, sed ex vi iuris præsentantium propter diuersas successiones, hæreditates repudiatas, vel non aditas, censuras præsentantium, & huiusmodi.

52 Octauò oritur lis, quando aliqui dicunt se esse hæredes fundatorum, vel in quasi possessione, existentium pro tali quota, ex quo iuspatronatus succeditur per stirpes, & non per capita, & talem hæredem esse priuatum iurepatronatus, vel illud repudiasse, &
53 huiusmodi; † & in hoc casu lis finiri debet intra quadrimestre, vel semestre postquam Ecclesia vaçauit, alioquin Episcopus ipse ordinat Ecclesiam *Lambert. lib.2. p.2.q.3.art.9.n.19.*

54 Nonò fit lis principaliter, quãdo dubitatur an tales sint patroni, quia neuter eorum est in quasi possessione conferendi, & litigatur super proprietate, & isto casu expectanda est litis discussio fienda intra semestre, vel quadrimestre, secus si non decidatur, Episcopus confert saluo iure euincenti *per d.cap.cum te, cum alijs 22. de iurepatronatus* Lambertin. *lib. 2. par. 2. quæst. 3. art. 9. num.21.*

55 Decimò principaliter litigatur super proprietate Iurispatronatus, nempe quando vnus non est in quasi possessione præsentandi, & alius est in quasi possessione huiusmodi, & isto casu, si omnes præsentant ante litis contestationem erit instituendus præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi *Lambert. lib. 2.p. 2. q.3.art.9. num. 22.* sed se remittit ad dicta per eum *in art. 4. q. 3. lib.2.par.1.*

56 Tandem concludit in hæc formalia verba. Ego *dicerem, sicut dixit Antonius de Butrio, vt su-*
57 *pra retulimus*, † *quod si præsentatio est facta ante motam litem, licet postea lis moueatur, sequi debet institutio, non obstante lite*
58 *mota super proprietate*, † *quia ille*

ille fructus præsentationis non subiacet amplius restitutioni, secundum Abb. post Ant.
59 † *eodem modo dicere possumus quod si præsentatio est facta ante contestationem litis, & sic etiam lite mota, sed ea non contestata, omninò debet sequi institutio, etiam lite contestata super proprietate, quia ille fructus non est restituendus, ex quo non fuit collectus post litem contestatam, sed ante,* per supradicta, *& ponderata ista sunt verissima, & certè pro-*
60 *cedunt;* † *& adde non obstare, quod ante litem contestatam non fuerit facta institutio, quia ad hoc sufficit factam fuisse præsentationem, vt ille fructus dicatur*
61 *collectus:* † succesiue format plures alios casus, qui ibi poterunt videri, & hæc quoad primum
62 membrum dubij. † videnda est præallegata decisio 186. vbi enarrantur casus, in quibus fiat, vel non deuolutio iurispatronatus. Quo verò ad secundum membrum, nempe an debeat Episcopus conferre per concursum, distinguendum arbitror, vel enim loquimur in his casibus, in quibus Episcopus confert, quia est in quasi possessione liberè conferendi, vel etiam confert in ijs casibus, in quibus potest Parochialem iurispatronatus Ecclesiastici, & sic erit omninò faciendus concursus, vt obseruauimus in antecedenti dubio; vel loquimur in alijs casibus, de quibus supra, in terminis tamen iurispatronatus laicalis, & tunc nullo opus erit concursu, per ea, quæ in eodem præcedenti dubio notauimus, & hæc sufficiant.

DVBIVM XXIV.

ARGVMENTVM.

Patronis currit tempus ad præsentandum à die vacationis secundũ vnam opinionem, quamuis ignoraret vacationem: & allegatio ignorantiæ non admittitur post lapsum temporis nisi resignans perseuerasset in possessione tamquam Rector, sed secundum aliam opinionem non currit nisi à die scientiæ certæ, & non interpretatiuæ.

1 SAtis clarè ni fallor vidimus in quibus casibus beneficium iurispatronatus faciat deuolutionem ad Episcopum, vel ad alium quemuis inferiorem Institutorem; verumtamen quia diximus, in quarto principali casu præcedentis dubij, Episcopum, ob negligentiam patronorum non præsentantium intra semestre, vel quadrimestre, posse liberè prouide-
2 re, succedit alia dubitatio, † videlicet quandonam incipiat currere patronis tempus ad præsentandum, ratio difficultatis desumitur ex his, quæ tradit Lapus *allegat.* 78. quæ incipit. *In Nomine Domini vacauerat Ecclesia Sancti Laurentij, in quarto dubio*
3 *num.* 12. † vbi tenet quod tempus incipit currere patronis à die
4 scientiæ, sed non ante, † dicitque talem scientiam debere esse certam, & non interpretatiuam,
5 quia † huiusmodi tempora cur-

runt solum negligentibus *per Iu-*
6 *ra ibi allegata*: † sed negligens, inquit, dici non potest in eligendo, qui rationem electionis ignorat, ergo &c. eiusdem sententiæ est Ioann. Andr. *in cap. 2. de concess. prabend.* vbi tenet tempus currere à die notæ vacationis, non autem à die vacationis, de quo testatur Rochus de Curte *tractatu de iurepatronat.* in verbo *honorificum quæst.29* [ad quod tradit Bald. *in l. quamdiu C. qui admitt. ad bo. possess.* vbi voluit singulariter quod si sit talis casus in quo requiritur factum, vel mora tunc tempus non currat ignoranti, sed à die scientiæ *l.2. C.qui admitt.ad bo. possess. & l. si ideo, & l. cum fratri cap. de his quibus, vt indij. l.cum sex ff. de ædif. edict.*

7 Sed quicquid dicat Lambertin. *hoc tractatu lib.2. par.2. quæst.2. art. 8. num. 6. & Io. de Selua de benefic. par. 3. quæst.59. vers. & istud tempus* qui dicunt]quod tempus incipit currere patronis, à die vacationis, non solum ignorantibus, sed etiam impeditis, vbi Lambertinus hanc difficultatem enodat, & contrarijs respondet,
8 additque rationem † diuersitatis inter collatores, & electores, atque patronos, qui est videndus;
9 dicit † præterea quod hodie ita obseruatur, vt per Ordinarium non admittatur allegatio ignorantiæ, vel impedimenti; sed elapso tempore dato ad præsentandum, Episcopus ipse incontinenti prouideat, & ratio etiam fortasse esse potest, quia, vt ait, addit. ad Ancharan. *in cap. quam sit 6. de election. in 6.* diligentia est mater omnium artium in suo opere: negligentia verò est nouerca eruditionis *Speculat. in tit.*
10 *de aduoc. num.4.§.9.* † hoc enim limitat, siue declarat Lambertinus vt locum non habeat, quando beneficium vacauit per resignationem, seu priuationem, & nihilominus resignans, siue priuatus perseuerauerit in possessione, nam tunc, inquit, tempus incipit currere quo die possessor huiusmodi possessionem deseruerit, *vt ibi in fine*, & latius *in artic. 20. eiusdem quæstionis*
11 alioquin † vix, vel saltem nonnisi cum maxima difficultate conuincerentur patroni de scientia, & sic præberetur ansa longiori vacationi Ecclesiæ in detrimentum diuini cultus, & animarum perniciem; imò in his terminis *est dicta allegatio Lapi* 78. vbi insistit, patronis non currere tempus, quia possessor perseuerauit tamquam Rector, non obstante edicto Episcopi, quod planè, quamuis fuerit notorium, inobedientia tamen Rectoris, seu quod non potuerit illud obseruare, non fuit notoria, & maximè cum aliquis titulus fuerit productus, nec
12 reprobatus, † & in omnem casum mandatum fuit de non faciendo; & sic facta patent, non facta latent *ad notata in cap. licet Canon. 14. de election. in 6.* hæc sunt verba Lap. *dict. allegat.* 78.

¶ [Nos dicamus cum Dom. Quintil. Mandosio cuius sanè æquior est opinio *in cons. 7. num. 21. lib. 1.*

vt

vt tempus currat patronis à die notæ vacationis, videlicet à die qua notitiam habere potuisset diligens patronus si se benè informasset, ex quo apud alios fuerit nota vacatio beneficij; nam patronus secundum ipsum *Mandos.* tenetur facere diligentiam vt sciat quando beneficium vacat tuta nihilominus erit practica *Lambert.* supra tradita ***num. 9.*** vt ordinarius non admittat patronum allegantem ignorantiam vacationis, vel impedimentũ, quando comparet post terminum datum ad præsentandum; qui eo casu computandus erit à die vacationis quantumuis ignotæ; citrà tamen dictæ limitationis casum.]

13 Sed concludamus quod quoties, & quandocumque Episcopus in aliquo ex numeratis casibus debet conferre Parochialem Ecclesiam iurispatronatus laicorum, poterit, & debebit, vt sæpius diximus, illam conferre, omisso concursu à Concilio Tridentino præ-
14 scripto, † quia vt iam diximus, semel liberum, semper remanet liberum nulla superueniente causa de nouo, & perpetuò retinet suas liberas qualitates *§. restituta autem instit. de fideicommiss. Rot. co-*
15 ***ram Seraph. decis.*** *1363.* † secus tamen dicendum est de Ecclesia iurispatronatus Ecclesiastici; in
16 ea enim semper fit cõcursus. † Vicarius autem in qualibet Ecclesia etiam iurispatronatus laicalis, erit constituendus habita ratione eorum, quæ diximus supra.

DVBIVM XXV.

ARGVMENTVM.

Congrua portio assignanda Vicario est arbitraria Episcopo, pensata qualitate personæ, beneficij, & loci, & duorum aureorum portio iudicata fuit congrua.

IAm vidimus in quibus Ecclesijs, quomodo, & à quo sit constituendus Vicarius pro tempore vacationis Ecclesiæ Parochialis; vidimus etiam, an sit de forma constituere huiusmodi Vicarium cum congrua; nunc dubitatur vigesimoquintò, quanta debeat esse congrua. Et breuiter adducimus pro hoc declarationem Sacræ Congregationis relatam à *Garzia de beneficijs par. 9. c. 2.* ***num. 15.*** in hæc verba. ***Duorum aureorum pro singulis mensibus visa fuit congrua portio***, & in
2 alia † ***boc ipsum potest Sede vacante Capitulum, quod si in portionis assignatione grauamen***
3 ***intulerit***, † ***poterit nouus Episcopus corrigere***; & sic videtur restrictum huiusmodi arbitrium ad duos aureos, & alibi consulta
4 Sacra Congregatio, † ***an congrua portio debeat referri ad solam Vicarij sustentationem, an ad ipsarum vacantium annuum valorem, vel ad ipsius Vicarij qualitatem, & quid ab ordinario super præmissis sit agendum, & vndè hæc portio sit desumenda, quando constat fructus***

ctus esse consumptos, aut stantes ita tenues esse, vt Vicarij sustentationi non sufficiant. Congregatio respondit: *ad haec omnia referendam ad congruam portionem & stipendium arbitrio ordina-*
5 *rij*, † *& sumendam ex fructibus percipiendis, nisi aliquae personae sint iure obligatae ad supplendum*
6 *aliundè*; † & alibi sic respondit. *Arbitrio Episcopi debere designari, pensata qualitate beneficij, &*
7 *Vicarij deputandi*. † Cum itaque ex his postremis videatur, quod possit Episcopus huiusmodi portionem arbitrio suo assignare, ac proinde, vt non astringatur taxa duorum aureorum, videtur adhuc casus indecisus.

8 Quid ergo concludendum? Videtur opportunè desumi posse regulam à *Constitut. S. mem. Pij V.* quae incipit, *Ad exequendum*, per quam decernitur, *vt portio assignanda Vicarijs perpetuis Parochialiũ Ecclesiarũ perpetuò vni-*
9 *tarum pijs locis*, † *non sit maior centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa*,
10 *computatis* † *omnibus, etiam incertis, emolumentis, & alijs obuentionibus communiter percipi*
11 *solitis*; † *vbi verò redditus vnitae Ecclesiae ad quinquaginta non ascenderent attribuantur eidem Vicario omnes fructus*. Haec sunt
12 verba ipsius Constitutionis, † huiusmodi edicto causam dedit communis Episcoporum abusus, qui dum arbitrio suo congruam huiusmodi perpetuis Vicarijs pro sibi attributa auctoritate à Cõc. Trid. *sess. 7. c. 7. & sess. 25. c. 16. de refor.*
13 assignarent, excedebant. † Quocirca satius esset vt Episcopi, in assignanda huiusmodi cõgrua Vicarijs, seu Oeconomis Ecclesiarũ vacantium sequerentur normam huius Sanctissimae Constitutionis,
14 nè, † vti Capitulum Sede vacante si grauamen intulerit in assignanda huiusmodi portione potest, vt vidimus ex Sacrae Congregationis declaratione corrigi à nouo Episcopo, ità Episcopus ipse ab eadem Sac. Congregatione animaduersionem acipiat. Si quid certius, vel clarius occurrisset in hac materia libenter in medium attulissem; quocirca donec specialis aliqua emanat decisio à Sac. Congregatione, arbitranda erit cum grano salis huiusmodi portio: vbi verò agatur de congrua pro Rectore dixi *Prælud. 7. dub. 14. n. 14.* vbi adduxi decisiones Rotales.

DVBIVM XXVI.

ARGVMENTVM.

Vicarius semel constitutus cum congrua non potest remoueri sine causa, quia Episcopus non retractat quod semel executus est pro executione Concilij.

1 Dubitatur 26. an Vicarius semel constitutus possit remoueri, & nouus constitui; hoc ta-
2 ctum hactenus nullibi vidi; † sed si licet aliquid dicere, videtur quod nullatenus possit huiusmodi Vicarius remoueri, vbi semel fuerit constitutus, saltem sine causa, tum ex ipsamet dispositione Conc. Trid. *d. c. 18. sess. 24.* ibi *qui onera*

su-

sustineat donec de Rectore ei pro-
3 *uideatur*; † Sed multò fortius, ex
sequenti, & alijs Sac. Congregat.
declarationibus quarum vna sic se
habet *statim habita notitia vaca-*
4 *tionis Ecclesiæ*, † *& antequam*
vllam fiat examen, *constituet*
idoneum in ea Vicarium cũ con-
grua fructuũ portionis assigna
tione, reseruatis aliquibus fructi-
5 *bus ijs*, † *quibus verè debebuntur,*
hic autẽ Vicarius, sic positus eius-
dem Parochialis onera sustinebit,
donec de rectore prouideatur. Ex
hac quidẽ declaratione possumus
duo colligere: primum ponderan-
do illa verba *reseruatis aliqui-*
bus fructibus ijs, quibus debebun-
6 *tur*, † vt inferatur ad portionem
congruam, de qua diximus in an-
tecedenti dubio, nimirum, vt possit
huiusmodi congrua constitui vl-
7 trà 100. † nam *aliqui fructus* ve-
rificantur in quauis quantitate,
sed non propterea putemus esse
recedendum à norma Pianæ con-
stitutionis, hæc autem decisio vi-
detur intelligenda, vbi fructus ex-
cedant quinquaginta, sed minores
sint 100. vel etiam vbi fructus sint
quidem maiores 100. sed non in
admodum magna quantitate, pen-
sata semper loci, & personæ quali-
tate: Secundum vt ex illis verbis,
hic autem Vicarius, inferatur ad
nostrum casum, vt inquã nequeat
remoueri, ponderando eas dictio-
8 nes *hic*, & *sic* † nam Sacra Congr.
disponit circa rem demõstratiuè,
per pronomen *hic* quod planè fa-
cit simplicem demonstrationem,
vt not. *Alberic. in diction*, & cum
dictione *sic*, quæ designat modum,
& formam Concil. seruatam *Rot.*
decis. 128. *n.* 4. *par.* 2. *diuers.* &
9 *Alberic. in dictionario*, † & quã-
do aliqua fiunt in executionem
Concil. non possunt ab Episcopo,
amplius retractari, etiãsi ipsemet
illa executus fuisset, quia videntur
facta auctoritate Conc. *c. si Apo-*
stolica. 22. *de præb. in* 6. *& dixi*
sup. dub. 8. *vers. in secundo. n.* 13.
¶ [facit quod tradit *Oldr. cons.* 227.
n. 7. vbi dicit quod quicquid facit
Vicarius attribuitur ei, cuius vi-
ces geruntur *l. filius.* & *l. Vica-*
rius. ff. de leg. 1.]

10 Hinc videmus, quod vbi semel
Episcopus cognouit, & declarauit
cõstare de iurepatronatus ex fun-
11 datione, & dotatione, † non po-
test vlterius stringere patronos ad
docendum de huiusmodi titulo,
quando tamen id præstitit post
Concil. Trid. & causa cognita, &
ita declarasse Sac. Congreg. in
vna Faretren. Lauden. *sup. cap.* 9.
sess. 25. testatur Gonzal. *glos.* 18.
12 *n.* 26. † quam postmodum vidi in
manuscript. bon. mem. Illustriss.
Card. Parauicini, his verbis, *Con-*
gregatio censuit hoc Decretum
habere locum, tam in petitorio,
quam in possessorio, & ideo non
esse admittendam patroni præsen-
tationem, nec faciendam institu-
tionem, nisi verificato prius iu-
repatronatus ex dicto decreto Cõ-
cilij: si autẽ Ordinarius post Con-
cilium cognouit, de iurepatrona-
tus, & admisit, non potest patro-
nus compelli; secus si absq; causa
cognitione admissus esset, & si
constat iuspatronatus non habere
qualitates hic requisitas, abrogã-
dum

13 *dum est.* † ita etiã decisum habe-
mus *in vna Astoricen. congrua.*
23. Martij 1588. coram Illustris.
Mantica, quod vbi semel con-
stituta est congrua portio, & à
pluribus Rectoribus fuit accepta-
ta, non augetur, etiamsi Parochus
sustentari commodè non valeat,
ex eo, quod postea pretia rerum
14 aucta fuerint, † nec obstat alia
decisio *coram eodem* 14. *Martij*
1594. *in vna Burgen. congrua*,
in qua fuit dictum *congruam esse*
augendam, nam *decis. Astoricen.*
loquitur de Rectore; at verò *decis.*
Burgen. versatur circa congruam
assignatam Vicario, qui tantum
percipiebat pro cõgrua scuta 25.
15 vel parum plus: † vltrà quod di-
ctio *donec* importat conditionem
extinctiuam *Bart. in l. ambigui-*
16 *tates.* 12. *C. de vsufruct.* † & est
temporis limitatiua *Cardin. in*
17 *Clem.* 2. *§.* 1. *de ætat.* & adiecta
simplici dispositioni efficit vt tem-
pus appositum censeatur apposi-
tum causa differendæ, non autem
finiendæ obligationis, & ideo agi
non potest, nisi post tempus assi-
gnatum *Panut. de momento temp.*
cap. 10. *num.* 10.

18 Igitur videtur, quod vbi semel
sit constitutus Vicarius non possit
amplius remoueri, ad quod faciũt
sequentes declarationes Sac. Con-
gregat. his verbis. *Multò magis*
idem Capitulum abstineat à con-
ferendo Parochialem vacantem
in Commẽdam ei, qui magis ido-
neus fuerit iudicatus, maximèq.
etiam caueat, ne concedat omnes
fructus ipsius Parochialis eidem
dicta Cõmenda durante, quoniam
Conc. hac omnia prohibuit, dum
statuit debere Episcopum, statim
habita notitia vacationis Paro-
chialis, idoneum in ea Vicarium
cum congrua fructuum portione
constituere, quod munus obibit
precisè Vicarius Sede vacãte de-
putatus, cauebitq. etiam ipse à di-
cta Commenda, & concessione
19 *omnium fructuum:* † *Et illud*
quoque interdictum sciet, ne eum,
quem magis idoneum ipse iudi-
cauerit, constituat Vicarium in
Parochiali, aut ei quoquomodo
præficiat, donec collatio fiat, sed
debebit omnino à principio vaca-
tionis, & antequam vllum exa-
men fiat, in ea alium Vicarium
constituere, qui curam animarum
intereà gerat, donec Parochialis
à Sede Apostolica fuerit collata
magis idoneo.

20 Ex qua planè declaratione, ibi,
interdictum sciet, colligo quod
non possit Episcopus remouere
Vicarium, quandoquidem, vti iam
vidimus, & verba ipsius Concilij
clarè cantant, debet Episcopus,
statim habita notitia vacationis
Ecclesiæ Parochialis, constituere
21 in ea Vicarium: † Vndè perperam
modò per Sac. Congreg. esset de-
claratum, vt non possit constitui
Vicarius is, qui fuit iudicatus ma-
gis idoneus, quando posset Epi-
scopus pro libito remouere huius-
modi Vicarium, cum debeant de-
currere tot dies antequam fiat
huiusmodi iudicium super idonei-
22 tate magis idonei; † quod nec
etiã fieri potest nisi peracto exa-
mine: in alia etiam data Episcopo
Placentino 1593. sic habetur, *Con-*
gre-

gregatio Concilij censuit, statim habita notitia vacationis Parochialis, debere Episcopum consti-
23 *tuere Vicarium idoneum,*† *& sic non esse expectandum tempus, quo dignior ipsi Parochiali præficiendus nominatus sit*. Facit etiam, quod variatio in Ecclesiast. personis est perquam odiosa *c. inter dilectos. vers. cum igitur. 11. de excess. prael. & ibi glos. verb. postmodum*.

24 Sed re vera, putarem posse Episcopum remouere Vicarium iam constitutum, stante declaratione Sac.Congreg. quod possit Episcopus constituere Vicarium, *etiam diurnum, vel hebdomadarium*, si ergo potest diurnus cōstitui, idest, qui dietim curā exercet, ergo po-
25 test ad libitum remoueri;† nec obstare videntur verba Conc. ibi, *qui Ecclesiæ vacantis onera sustineat donec &c.* hoc enim videtur intelligendum, vt non possit Episcopus Vicarium huiusmodi quoad omnes tollere, ita vt nullus remaneat, non autem quoad vnum in specie, & in indiuiduo, ita vt verba Concilij potius respiciant constitutionē Vicarij, quoad continuationem Vicariatus in genere, nō autem in specie, intuitu alicuius particularis; neque obstat quod pronomen *hic* facit simplicem demonstratio-
26 nem;† nam respōdetur, quod pronomen *hic* est quidem demonstratiuum rei, at non quidem tantum præsentis ad oculum, sed mentis, vt tradit Alex. *contra not. in l. hoc quod dictū. 24. ff. de ser. vrb. præd.* & idē Alex. & Bart. *in l. 1. de oper.*
27 *nou. nunciat. in princ.* † vbi dicit saluari testem, qui examinatus in Palatio Prętoris, interrogatusq de loco celebrati contractus respondit fuisse celebratū in Palatio Episcopi, & postea iterum examinatus in Palatio Prętoris, & interrogatus de eodem contractu, respondit celebratum fuisse in hoc Palatio, quia inquit Bart. intelligitur, de hoc Palatio, habita ratione ad oculum mentis, non autem corpo-
28 ris,† nō etiam obstat, quod dictio *sic* importet modum, & formam; nam hoc intelligendum est, prout
29 dixi de dict. *hic*, † minus obstat, quod variatio est odiosa, quia hoc intelligitur in electionibus, vel præsentationibus ad beneficia, per quas acquiritur ius ad illa, nō autem in huiusmodi Vicarij constit. per quam nullum penitus ius acquiritur ipsi Vicario, nec ad illam Ecclesiam, minusq. in ea.

DVBIVM XXVII.

ARGVMENTVM.

Vicarius constitutus cum congrua si obeat, & ipse examen, & eligatur tanquam magis idoneus debet se retrahere à prosecutione exercitij curæ, & administratione bonorum alioquin incurreret pœnam c. auaritiæ. de elect. in 6.

1 DVbitatur, an Vicarius constitutus ad formā Concilij si subeat, & ipse examē in cōcursu, & vti magis idoneus eligatur, poteritne illius curę exercitium prosequi, & bona administrare donec literas suæ prouisionis expedierit;
2 Videtur † distinguēdum, vel enim talis

talis effectus, antequã constitueretur Vicarius, erat procurator, vel Oeconomus ad custodiam fructuũ beneficiorum vacantium pro tempore, & sic habebat Oeconomatũ ratione officij, vel consuetudinis;
3 aut † fuerat simpliciter constitutus Oeconomus vigore Cõc. aut aliàs propter discordiam patronorum.
4 Si † primo casu possumus tutò cõcludere, ex Anc. *in c. auaritiæ. n. 3. vers. quid ergo. 5. de elect. in 6.* iũcto *Franco ibid. vers. tene menti* post *Io. Andr. ibid.* vt possit sine metu *d. constit. Auaritiæ*, prosequi curæ exercitiũ: Secundo vero casu nullatenus posse affirmo, *ex sen-*
5 *tentia præcitat. Doct. ibid.* † nam ante collationẽ nemo potest percipere fructus beneficij, etiam vti Oeconomus; quinimò priuatur huiusmodi iure, & beneficio *per d.*
6 *c. auaritiæ. & ibi scribentes;* † nec valet consuetudo contraria, *Abb. n. 3. in c. transmissam. 15. de elect. Sel. de benef. p. 2. c. 15. n. 4. & alij apud Garz. de benef. p. 9. c. 2. n. 26.*
7 Consuetudo tamen excusaret ab ista pęna administrantem in bona fide, vt putà, quia arbitratur id sibi licere, *Paris. de confiden. q. 3. n. 14.*
8 nam † consuetudo etiam mala, & in his, quæ de se mala sunt, excusat à pœna, *Roman. cons. 466. num. 2.*
9 prout † etiam excusat consuetudo inualida, & irrationabilis, vt obseruat Fel. *n. 12. in c. ex tenore. 16.*
10 *de rescr.* † secus tamen est dicendum de eo, qui malam fidẽ habet, quia scit consuetudinem non esse bonam *Garz. p. 9. c. 2. n. 26.* nec obstant, quæ not. *per glos. in cap. 1. verb. prouisio, & per glos. 1. in c.*
11 *vt circa. 4. de elect. in 6.* † vbi quod electus, & confirmatus potest administrare, quas gl. refert, & sequitur *Belenc. de charit. subsid. q. 66. n. 27. Anchar. in d. cap. auaritiæ.*
12 *n. 24.* † vbi apertè dicit, quod post confirmationem electionis quis potest statim administrare, & sic apprehendere possessionem bonorum dignitatis propria auctori-
13 tate, † sicut hæres apprehendit bona hęreditatis post additionem *l. tum hæredes. 23. ff. de acq. poss.*
14 nam † de iure non requiritur installatio *per not. in d. c. transmissam. 15. de elect.* & ibi *Io. Andr.*
15 *allegat. per Anchar. vbi sup.* † vbi plus dicit, nẽpè quod posito, quod installatio esset necessaria, tamen administrans ante dictam installationem non meretur pœnam *d. c. auaritiæ*, si iam electio esset confirmata, nam, inquit constitutio *Auaritiæ* est pœnalis, ideo non debet extendi: non inquam obstãt
16 iam dicta notata, † etenim electio, de qua ibi, secuta confirmatione, tribuit ius in re, at verò electio de qua loquimur nos, tribuit tantum ius ad rem, nec eam potest sequi aliqua confirmatio, sed omninò opus est sequi collationem, & in omnem casum satis clara videtur, pro hoc, declaratio Sac. Congreg. allata *d. 26. n. 19.* ibi, *interdictum sciet, ne eum, quem magis idoneum iudicauerit constituat Vicarium in Parochiali donec collatio fiat, sed debebit &c.* quasi alludens ad dictam constitutionem Auaritiæ.

RE-

REQVISITVM SECVNDVM.
De Ædicto proponendo.

ORRO Episcopus, & qui iuspatronatus habet, debebit, intra decem dies, vel 20. ad summũ, si per totidem prorogãdum duxerit Episcopus, nam vlterius non potest huiusmodi tẽpus prorogare, quãuis licitè possit eosdem dies, citrà 20. abbreuiare, debebit, inquam, idoneos aliquot clericos, ad regendum Ecclesiam, coram Examinatoribus deputandis nominare; ac proinde deputandi erunt Examinatores, intra eumdem terminum, ante videlicet nominationem huiusmodi clericorum: liberum nihilominus erit etiam alijs, qui aliquos ad id aptos nominauerint, eorum nomina deferre, vt possit postea, de cuiuslibet ætate, moribus, & sufficientia, fieri diligens inquisitio. Vbi autem Conciliũ Prouinciale aliquid statuerit, de proponendo ædicto, quod hodie succedit loco nominationis, erit omninò illud seruandum, propter auctoritatem, quam dat Concilium Tridentinum ipsi Synodo Prouinciali, addendi, vel remittendi de forma huiusmodi cõcursus; & in specie, relinquit arbitrio ipsius Synodi proponere ædictum pro concursu.

In hac autem Mediolanensi Prouinc. Episcopus, iuxta dispositionem Conc. *Prouinc. 1. tit. de Aedicto proponendo, iubebit intra triduum, à die notitia ipsius vacationis Ecclesiæ, publicum adictum, ad ianuam Cathedralis, & Parochialis vacantis, per totos decem dies, vel viginti ad summum, propositum esse; vlterius enim, vt dictum est, tempus decem dierum primò constitutum, ex constit. Pij V. non potest Episcopus prorogare, quo inuitentur omnes, qui volent examinari, vel alios nominare, vt transacto præstituto tempore, examen confici possit.*

Forma Ædicti Proponendi iuxta præscrip. act. Eccl. Mediolan.

E*Rasmus &c. Vacante* Ecclesia *Parochiali S. N. Oppidi A. nostra Diœc. Alexandrin. per obitum R. G.* vel si fiat per liberam resignationem dicatur, *per liberam, & spontaneam resignationem in manibus nostris sponte factam per R. G. Nos eo nomine examen, quod ex Trid. sanctione, Prouincialique decreto præstari planè debet, à die promulgationis huius ædicti vsque ad diem decimum proximè sequentem confecturi sumus, ac deinceps, & ex auctoritate Apostolica nobis concessa, quousque eidem vacanti Ecclesiæ per nos prouisum erit,* Vel si prouisio spectet ad S. Sedem dicatur, *quousque eidem vacanti Ecclesiæ per S. Sedem prouisum erit.*

erit. Quare omnes, & singulos, qui vel examinari, vel alios examinãdos nominare voluerint præscripto illo tempore, ad infrascriptum Cancell. nostrum, qui nomina describat conuenire, tum constituta examinis die coram nobis, atque examinatoribus Synodalibus per nos eo nomine delectis adesse, hoc edicto significamus, atque edicimus, vt quos confecto examine, moribus, ætate, doctrina, prudentia, alijsq. rebus ad curam animarum benè gerendæ rationem opportunis idoneos esse cõpertam erit, ex ijs nos, quem cæteris magis idoneum censuerimus, illum Ecclesiæ vacãtis Rectorem, Parochumq. eligamus, aut præficiamus. Quod sanè sicut nos pro eo, quod debemus integrè, sanctèq. in Domino præstare cupimus, ita omnes, præcipuèq. illos, quorum Ecclesiæ, & curæ spirituali per nos consulendum, ac prouidẽdum est magnoperè hortamur, ac requirimus, vt hanc nostram sollicitudinem, Pastoraleq. studium omni supplicatione, omniq. intima pietate, ac religione, precibus continenter adiuuent.

Dat. &c.

Vel certè breuior concipietur iuxta Conc. Prou. Bonon.

E *Rasmus &c. Vacante Parochiali Ecclesia S. N. nostræ Diœc. Cupientes eidem de idoneo Rectore prouidere, atque Sacr. Conc. Trid. decreta pro viribus exequi: Tenore præsentium requirimus, & monemus* 1. 2. 3. *& peremptoriè omnes, & singulos Presbyteros, & Clericos volentes ad examen per concursum faciendum se præsentare ac omnes volentes clericos ad id aptos nominare, quatenus infrà decem dies proximè futuros à die executionis præsentis edicti computandos, debeant in actis notarij infrascripti Curiæ nostræ describi facere eorum nomina, cognomina, ætatem, & patriam ad effectum vt de eorum natalibus, vita, moribus, & alijs rebus ad Ecclesiam vacãtem gubernandam opportunis, iuxtà decreta d. Sac. Conc. inquiri, & transacto constituto tempore examinari possint.*

In quorum &c. Dat. &c.

Hac ipsa breuiorem habemus *super req.* 1. *d.* 10. *n.* 38.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Patronus Ecclesiasticus habet sex menses ad præsentandum, laicus verò habet quatuor; ædictum succedit loco nominationis, & admittitur oppositor etiam post terminum ædicti.

1 DIctum est in hoc secundo requisito quod Episc. & qui iuspatr. habet si velit aliquos clericos nominare ad regẽdum Eccl. debet id præstare intrà decẽ dies, vel aliud tempus ab Episc. pręscribendum. Sed dubitari occurrit, primò an si patronus differat vltrà decem dies, vel aliàs vltrà tempus ab Episc. præscribendum, & velit post lapsum huiusmodi tẽpus nomi-

mi-

minare, ſit nihilominus admittēd.
2 Diſtinguendum videtur, vel enim dubium excitatur circa beneficia curata laicalis patronatus, quæ nullo modo cadūt ſub diſpoſitione Conc. quoad concurſum, vt annuit Sac. Congr. *in vna Burgen. quæ eſt inter manuſcript. Illuſtriſſ. D.*
3 *mei*, † & eo caſu cōcludendum eſt quod laici patroni poſſunt non nominare, quippequi nullo iure coar-
4 ctātur ad hoc: † Vel dubiū verſatur circa patronatus Eccleſiaſtici, ſeu mixti, & tūc quia huiuſmodi Eccl. cadunt quoad concurſum ſub iſta diſpoſitione Concil. *ad trad. per Gōz. gl.* 18. *n.* 6. *&* 7. ita pariter arctabitur patronus Eccleſiaſ. & etiā laicus, qui mixtū habet iuſpatr. ad obſeruantiā huius Conciliaris decreti quocirca nequibit poſt lapſū
5 tēpus nominare, † huiuſmodi verò tempus non poteſt maius, nec longius eſſe, quàm xx. dierū ad ſummū iuxta conſtit. Pij V. S. mem. ibi *prohibentes etiam eiſdem Ordinarijs, & patronis ab eodem Concil. Trid. ad nominandū idoneos clericos corā deputatis examinatoribus præfixum vltrà alios x. dies prorogare audeāt vel præſumāt.*
6 Porrò patronus laicus in patronatu merè laicali habet quatuor mēſes ad præſentādum *c. cum pro-*
7 *pter.* 27. *de iurepatr.* † nominatio verò ſuppletur per ædictū, nā ædictum ſuccedit loco nominationis,
8 *Garz. de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 39. † ſed, profectò videtur hoc loco implicare Concil. namque patronis Eccleſiaſt. præfixū eſt tem pus 6. menſiū ad prēſentandū *c.* 1. *de iurepat. in* 6. *&* *c. ſicut.* 2. *de ſupplen. negl.* & nihilominus Cōc. præfixit tantū tēpus x. dierum ad nominandū ibi. *Porro Epiſc. & qui iuſpat. habet.*
9 at † reſpondetur, quod aliud eſt nominare, aliud præſentare, nam per nominationē nullū acquiritur ius nec in re, nec ad rē *latè Garz p.* 7. *c.* 1. *à n.* 28. *vſq; ad* 39. *& dixi in*
10 *Prælud.* 7. *dub.* 21. *n.* 87. † è cōtra verò per prēſentationē acquiritur ius ad rē conſiderabile, & maximè in caſu cōcurſus, in quo ſi inſtitutio ſpectat ad ſolū Epiſc. patronus tenetur præſentare ipſi Epiſ. inſtituendū, quē ex approbatis ipſemet patronus iudicabit digniorem,
11 quāuis † ſi inſtitutio ad inferiorē pertineat non poterit patronus præſentare niſi quē Epiſc. digniorem ex dignis eliget *Garz. d. c.* 2.
12 *n.* 261. *& ſeq.* † vbi affert declarationes S. Congr. & potiſsimū haſce *Epiſc. inſtituere debet in beneficio præſentatū ab Eccleſiaſt. patrono ſi digniorē elegerit ex approbatis ab examinatoribus*, & alia ſuper verbis Conc. ibi, *is quem patronus digniorem inter approbatos ab examinatoribus iudicabit &c. & ad eumdem patronū ſpectabit quando duo æquè idonei ab examinatoribus fuerint iudicati, quia electio dignioris ſpectat ad patronū, quādo inſtitutio ad Epiſ. pertinet.*
13 Cęterū illud ab animaduertēdum omnino eſt, quod ſi inſtitutio ſit facienda à Sūmo Pont. puta quia vacatio contigerit in mēſibus Apoſt. vel aliàs Eccl. ſit ex reſeruatis, tunc ordinarius, nulla habita ratione patronorum, debet ipſe facere cōcurſum, & magis idoneum eligere, ac inſtituēdum remittere,

vt censuit Sac. Congr. cuius declarationes refert de verbo Garzia *d. c. 2. p. 9. n. 273.* quarum vna sic
14 ait † *si institutio ad Parochiales Ecclesias, quæ iuspatr. Ecclesiastici sint, facienda erit à Summo Põtifice, quia fortasis in mensibus reseruatis vacauerint, ius eligẽdi digniorem ad solum Episcopũ pertinet, qui transmittere debet attestationem examinis facti, & concursus, quot in eo approbati, & quem ex approbatis vti digniorẽ, cui Sanctitas gratiã faciat, nominarit, ita Congreg. censuit, & Sãctissimus voluit, quia Episcopus melius cognoscit personas,* & alia
15 *si † beneficium curatũ iuspatronatus Ecclesiastici in mensibus Sedi Apost. reseruatis vacauerit Episcopus ipse ordinarius nulla habita ratione patronorum debet edicta cõcursus proponere, & idoneũ eligere, ac Romã mittere cum fide ordinarij à Summo Pontifice instituendum, sicut fit in alijs curatis, quæ non sunt de iurepatro-*
16 *natus,* † & alia sic prosequitur *Congreg. censuit si institutio ad Parochiales Ecclesias, quæ iurispatronatus Ecclesiastici sint, facienda est à Summo Pontifice, ius eligẽdi digniorem inter approbatos ab examinatoribus ad solum Episcopum, non ipsum patronum*
17 *pertinere* † idem cẽsendum est de Ecclesia iurispatron. mixti quantumuis pertineret ad laicos pro duabus partibus, & pro vna tãtum ad Ecclesiast. nam quoad concursum, vt dictum est supra, cẽsendum est Ecclesiast. ad quod refert declarationes Sac. Congr. *Garz. d. c. 2.*
18 *n. 278.* † in hæc verba *si iuspatronatus mixtum sit, laicale scilicet, & Ecclesiasticum, quoad examen per concursum Ecclesiasticum cẽ-*
19 *sendum est,* † & alia, *in collatione Ecclesiæ Parochialis, quæ sit iurispatronatus partim Ecclesiæ, partim laici, seruanda forma est examinis per concursum hic posita, quam Concilium præstituit in cõferenda Parochiali, quæ iurispatronatus sit meri Ecclesiastici: idẽ dicendum quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicos, pro vna tantum ad Ecclesiasticum,* quæ omnia extendit Garz. *vbi sup. n. 281.* etiam ad Parochiales, in quibus persona Ecclesiastica habet ius nominandi Rectorem,
20 nam † idem, inquit, in effectu est habere ius præsentandi, & habere ius nominandi Rectorem *Thesaur. for. Eccl. c. 18. n. 42.*

21 Sed adhuc resultat nescio quid difficultatis, ac dubitationis ex eo quod dictum est patronum debere præsentare digniorem, an inquam si patronus digniorem nõ elegerit, teneatur nihilominus Episc. eum instituere. Garzia hoc dubium excitat *d. c. 2. n. 168.* & resoluit affir-
22 matiuè, † nam, inquit, cum electio non spectat ad instituentem debet proinde instituere præsentatum à patrono, nisi alius ex approbatis in termino ædicti, seu saltem ante institutionem se opponat dicens non esse præsentatum magis idoneum, nam tunc constando ita esse ex relatione examinatorum facta, vel facienda, vel aliàs, videtur conferenda oppositori.

23 Nec prætereundũ est quod etiam

in

in iurepatron. Ecclesiastico potest non cadere concursus, vtpote quãdo aliter in institutione, vel fundatione cautum est; erit enim seruãda fundationis dispositio vt obseruat Garz. *d. c.* 2. *n.* 270. pro quo affert declarationem S. Congr. his
24 verbis † *Non habet locum hoc decretum cõtra institutionẽ, ac fundationem, sed seruanda est lex in ipsa institutione posita, sed tãtum præsentatus est examinandus, & approbandus ab Ordinario citrà concursum si repugnaret institutioni, siue fundationi*, & in terminis *d. c.* 18. *sess.* 24. dictũ fuit *in vna Vlixbonen. prioratus.* 4. *Iul.* 1601. *coram Illustriss. Seraph. & est de-*
25 *cis.* 1403. *n.* 4. † *decretum illud quod habetur* sess. 24. de reform. c. 18. *non procedere vbi in fundatione fuit data diuersa forma, quæ est obseruanda vt patet ex resolutione Sacræ Congregationis.*
26 Sed vt reuertamur ad quæsitum principalẽ, an videlicet sit admittendus patronus ad nominandum post lapsum tempus decem dierũ, videtur quod sic, nam cum, vt vidimus, nominato nullum ius quæratur, nec in re, nec ad rem; & loco nominationis huiusmodi succedat ædictum *Garz. d. c.* 2. *n.* 39. *p.* 9.
27 & † post lapsum terminũ ędicti, vt dicã infra *dub.* 2. *req.* 3. *n.* 6. sit admittendus oppositor, etiam aduersario reclamante, vt declarauit Sacra Congregatio, cuius verba per extensum ibi refero, dicendum est ex pari etiam ratione, vt possit admitti patronus, re tamen integra, & ita remanet solutum dubium.

DUBIUM SECUNDUM.

ARGUMENTUM.

Nominari, & præsentari potest simplex clericus ad beneficium curatum, nec in literis impetrationis facienda est mentio de ordinibus, quia mentio defectus ordinum non vitiat, quamuis dignitas vel beneficium requireret de consuetudine, vel statuto ordinem Sacrum, nisi requireret tempore cõtemporaneæ prouisionis, & quamuis Papa non consueuerit dispensare super ætate, vbi tamen Ecclesia est iurispatronatus prorogat tempus patronis ad præsentandum: Affertur breue dispensationis huiusmodi.

1 ALiud suboritur dubium ex eo, quod dictum est patronos debere nominare aliquot Clericos: Dubitatur proinde secũdò an possint simplices clerici in minoribus dumtaxat constituti nominari ad huiusmodi Parochiales absque dispensatione, ratio dubij desumitur *ex c. præterea.* 5. *de ætat. & qualit.*
2 vbi † habetur quod non debet aliquis admitti ad regimẽ Parochialis Ecclesiæ nisi subdiaconus sit ad minus, constituti verò in minoribus ordinibus consueuerunt assumi tantum dispensatiuè, dum tamen tales sint, qui intra breue tẽpus possint in presbyteros ordinari, à qua planè decretale asserit *gl. in c cũ ex eo ver. subdiaconatus.* 34. *de elect. in* 6. quod non est recedẽdum, & proinde tenet negatiuam; attamen D. Philip. Franc. *n.* 6. *in c. licet Canon.* 14. *de elect.*

in 6. & in c. si pro clericis. n. 5. in glos. super verb. prouidere. 5. de præb. eod. lib. 6. aduertit ad tres casus, quia, inquit, aliquando assumitur per viã præsentationis faciendæ per patronos, & tunc potest as-
3 sumi sine dispensatione. † Secundo assumitur per viã impetrationis, vel per literas Papæ, & idem adstruit, etiam si in ipsis literis non fiat mentio ordinum, vt est tex. *in*
4 *d. c. si pro clericis,* † qui secundum Lap. *ibi*, procedit etiam si mandetur per literas Papæ prouideri de dignitate curata, & Collegiata, valent, inquam, literæ etiam non facta mentione de defectu ordinum, maximè si in literis Apostolicis clericus nominatur, quia, inquit, Francus, magis viget ratio vt in Ecclesia Parochiali promouendus sit in Sacris, quam in dignitate, maximè Collegiata; pro quo dicit facere *tex. in d. cap. si pro clericis*, qui loquitur de be-
5 neficijs curatis, † quorum appellatione venit etiam dignitas & affirmat prædicta procedere in beneficijs, & dignitatibus requirentibus sacrum Ordinem, de iure, consuetudine, vel statuto Ecclesiæ, non tamen contemporaneè tem-
6 pore prouisionis; † quod si requirantur contemporaneè, vtpote quia consuetudo, vel statutum disponit quod conferri non possit
7 non existenti in Sacris, † tunc, inquit, nisi in dictis literis statuta, vel consuetudines tollantur per clausulam *non obstante*, non poterunt talia beneficia conferri per dictas literas non existenti in Sacris, sed si in literis sublata sint statuta, vel consuetudines per dictam clausulam *non obstante*, vt ait fieri cõmuniter in literis gra-
8 tiosis, † tunc, inquit, si talis qualitas ordinum fuit impressa per statutum, vel aliam dispositionem Ecclesiasticarum personarum, poterit de eis prouideri non existenti in sacris, cum Papa intendat talibus præiudicare, *arg. cap. propo-*
9 *suit. 4. de concess. præb.* † si verò talis status fuit impressus per laicũ tempore fundationis, vel dotationis, tunc, inquit, tales clausulæ generales non extendunt se ad talia, cum Papa non intendat per illas eis præiudicare, vt not. *in cap. cum dilectus. 28. de iurepatr.*

¶ [Rota *in vna Gerunden.* 2. *Decembris* 1605. *coram Illustrissimo Sacrato.* vbi etiam dictum fuit quod forma fundationis est seruanda alioquin præsentatio facta & admissa etiam cum consensu patroni est nulla cum non possit derogari per Episcopum qualitatibus in fundatione appositis, &
10 sæpius Rota ita resoluit.] † Tertio assumitur per viam electionis, & tunc secundum glos. *in d. cap. si pro clericis super verb. prouidere. 5. de præb. in 6. & super verb. subdiaconatus in d. c. cum ex eo. 34. de elect. in 6.* non possunt assumi constituti in minoribus sine dispensatione *per cap. præterea. 5. de ætat. & qualit.* vbi Innoc. & Abb. annuit quod constituti in minoribus possunt eligi ad Personatus non habentes curam animarum, & Innoc. respondet *ad cap.*
11 *innouamus. 60. distin.* † vbi dicitur quod honores Ecclesiæ non de-

debent habere nisi in Sacris Ordinibus constituti, vt scilicet illud *c. innouamus* loquatur tantum de honoribus, qui habent curam; & cum *d. c. præterea* non sit correctũ in hoc, procedit saltem quoad Ecclesias parochiales; secundum Io. And. qui sequitur glos. *vbi supra* licet Archid. indistinctè teneat, vt possit quis assumi ad talia beneficia sine dispensatione *per d. c. cum ex eo 34. de elect. in 6.* vbi patet quod cõstitutus in minoribus promouetur ad Parochiales, & facit *d. c. si pro clericis*, vbi nihil dicitur de dispensatione, & opinionẽ Archid. tenet Paul. *in cle. 1. de off. Vic. & in clem. vt hi de ætat. & qual.* cum nõ sit maior ratio quare potius constitutus in minoribus possit assumi per viam præsentationis vel per viam impetrationis, quam per viam electionis, quæ est ordinaria, & fauorabilis: via autẽ præsentationis, & impetrationis est extraordinaria, & sic odiosa, & sequitur etiam Anchar. *in d. c. licet Canon super n. 7. vers. tertiò quæro 14. de elect. in 6.* sed opinionem glos. sequitur Imol. *in d. cle. de off. Vic. n. 4.* & dicit esse tutiorẽ *per c. dubium 22. de elect.* quod loquitur de dignitate, & ita etiã videtur cõcludere Francus *in d. c. si pro cler. in verbo tu aduerte n. 5.* vt nõ valeat quis assumi ad dignitates curatas per viã electionis, secus verò in alijs beneficijs curatis inferioribus, attestans de cõmuni *per d. c. si pro cler. 5. de præb. in 6. & d. c. cũ ex eo 34. de elect. in 6.* & proinde non obstabit *d. c. præterea 5. de ætat. & qualit.* quia locum habebit solum vbi proceditur per viam electionis ad dignitates curatas, sed non in alijs inferioribus parochialibus, & ita quotidie videmus obseruari, & ipse testis sũ, qui practicaui casum alias nõ auditum, & de quo nullum prorsus exemplum extabat in Dataria; nã cum Vniuersitas Castri spinæ huius Diœcesis, ad quam spectat ius præsentandi Rectorem Præpositũ nuncupatum ad parochialẽ d. Pagi; cupientesque ad illam vacantẽ de anno 1614 præsentare D. Bartolomeum Maluicinum tunc in Alma Vrbe S. Theol. studio operam dantem, adolescẽtem optimis moribus, & virtutibus præditum, eiq. obstaret defectus ætatis, quippe qui vix agebat 21. an. nunquã potuit obtinere dispẽsationem super ætate, vt posset licitè præsentari ad ipsam parochialem, verumtamen illud pro expediẽti captum fuit, & est validè notandum, cum sit exẽplum singulare, & vsui futurum sit, ac valde proficuum præsentandis, & patronis præsentantibus; illud inquam captum fuit remedium, vt Sanctiss. Dominus Noster prorogaret tempus laicis patronis à iure statutum, per menses quindecim à fine quatuor mensium patronis datorum, computandos, intra quos possent liberè, & licitè præsentare coram Ordinario ipsum Bartholomeum, prout re ipsa obtinuit huiusmodi prorogationem nedum per quindecim, sed per triginta menses in duabus vicibus.

1 Cæterum vt testimonium meũ veracius habeatur apud omnes

non reputari vanum, breue Apostolicum hic de verbo inserere ad illius confirmationem, estq. talis tenoris videlicet.

13 *PAulus Papa V. ven. fr. seu dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionē. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Vniuersitas, & homines castri Spinæ Alexandrinæ Diœc. necnon Bartholomæus Maluitinus clericus d. castri, quod cum Parochialis Eccl. d. castri, quæ vt ipsi asserunt de iurepatronatus laicorū, videlicet pro tempore existentium vniuersitatis, & hominū eiusdem castri, ex fundatione, vel dotatione existit, per obitū q. Petri Radelli illius dū viueret vltimi possessoris extra Rom. Cur. de mense Septēbris proximè præteriti defuncti vacauerit, & vacet ad præsens, vniuersitas, & homines præfati pro ipsius Ecclesiæ fælici regimine, & animarum illius Parochianorum salute, prosperaq. directione ad eãdem Ecclesiam vt præfertur vacantem Bartholomæum præfatum præsentare desiderãt: & quia idem Bartholomæus in legitima ad id ætate constitutus nō est, desiderij eorū adimplere non possunt, nobis humiliter supplicari fecerũt quod eis super hoc opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur Nos igitur eosdē exponentes specialis gratiæ fauore prosequi volentes, necnon eorum singulos à quibusuis excōmunicationis suspensionis & interdicti alijsq Ecclesiasticis sententijs cens. & pœn à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis; si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentiū dumtaxat consequendum absoluentes, & absolutos fore censentes, certam tamen de præmissis notitiam non habētes, huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tuæ frater Episcope, seu discretioni tuæ fili Vicarie, per præsentes cōmittimus, & mãdamus quatenus verificato prius coram te dicto iurepatronatus, ex fundatione, vel dotatione huiusmodi quatuor mēses Vniuersitati, & hominibus præfatis ad personam idoneã ad dictam Ecclesiã, vt præfertur vacantem, præsentandum à iure præfixos ad quindecim menses à fine ipsorum quatuor mēsium cōputandos, quibus durantibus Vniuersitas, & homines prædicti d. Bartholomæū ad Ecclesiam prætactam coram te, seu pro tempore existente ordinario loci præsentare, & sic præsentatum in eadē Ecclesia ad præsentationem huiusmodi per te, seu pro tempore existentē ordinariū loci instituì facere, liberè, & licitè valeant in omnibus, & per omnia ac si idē vniuersitas, & homines intra dictos quatuor menses personã idoneã præsentassent, auctoritate nostra proroges, extendas, & amplies; ipsosq. exponentes desuper à quoquam, quouis prætextu colore, vel ingenio molestari, inquietari, aut quoquomodo impediri, ac collationem, seu dispositionem dictæ Ecclesiæ ob lapsum quatuor mensium huiusmodi, ad quemcumque deuolui, aut deuolutam esse dici, vel censeri minimè posse, sicq. per quoscumq; Iudices, & commissarios*

rios iudicari & definiri debere, irritum quoq; & inane dicta auctoritate decernas, si secus super his à quoquā quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumque. Volumus autem, & Apostolica auctoritate decernimus quod durante tēpore prorogationis huiusmodi aliquem Presbyterum à te approbatum pro seruitio dicta Ecclesiæ cum assignatione congruæ portionis illius fructuum deputes. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die nona Octobris 1614. Pontificatus nostri anno decimo: subscrip. S. Iacomellius: à tergo Ven. fratri Episcopo Alexandrin. siue dilecto filio eius Vicario in spiritualibus generali: in angulo D. Larpius, & sigillatum cum cera rubea, & clausum in forma &c. Transmissum, & præsentatum fuit coram D. Francisco Maria Gasparino Forosemproniense tunc Vicario Illustriss. D. mei Apostolicam Legationem tūc agentis apud Serenifs. Archiducē Ferdinandum postmodum inter Augustos cooptatum viro summæ probitatis, & doctrinæ, quem vnicè colo, & hæc Ciuitas pro eius virtutibus ciuium Alexandrin. priuilegio donauit, & cohonestauit.

14 Sed ex præinserto breui 4. præcipuè notabilia colligo.

Primum quod quamuis Papa apposuerit manum in prorogando tempus patronis ad præsentādum nihilominus ipsa Parochialis non remansit affecta ex ea ratione, quam adduxi in *Prælud. 25. dub. 13. n. 64.* in primo casu, quo cessat affectio; ex hoc infero etiam quod iuspatronatus laicorum non cadit sub reseruationibus generalibus, Marescot. *var. resol. lib. 2. c. 4. n. 25. & seq.*

15 Secundum colligo notabile, quod in huiusmodi prorogationibus non est necesse vt exprimatur nomen Sancti illius Ecclesiæ, sed fortasse, & benè posset responderi quod ex suppositione quod in dicto castro vnica sit parochialis, prout re vera est, pro expresso habetur nomen; nam frustrà exprimitur, quod tacitè subauditur, *l. non rectè. C. de fideiuss.*

16 Tertium colligo notabile, quod non est opus exprimere in qua ætate sit constitutus is, quem præsentare prætendunt patroni.

17 Quartum, & vltimum quod non est necessarium exprimere valorem beneficij, ad quod intenditur præsentationem fieri.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Aedictum est de forma concursus vbi Conc. Prouinc. hoc statuit vt proponatur, & illius omissio vitiat concursum.

1 Diximus Episcopum debere proponere ædictum, sed dubitatur, an sit de forma concursus. Nic. Garz. *de benef. p. 9. c. 2. n. 38.* videtur cōcludere negatiuè, contra Zerolam *in prax. Episc.*

p.1. verb. Parochia. §.2. dub.2. & Lælium Zechum *de repub. Eccl. c. 28. sub n.6.* ea ratione, quod sine ædicto potest fieri concursus, *vt in d. cap. Conc. Trid.* 18. *de reform. sess.* 24. At Io. Aluis. Ric. *in prax. for. Eccl. resol.* 364. tenet, *cum Zerola, & Zecho*; cui sententiæ accedit nouissimè D. Barbosa, *allegat.* 60. *num.* 43. *p.* 3. *de potest. Episc.* quorum planè sententia fundatur tam in dispositione bullę, seu constitutionis Pij V. S. mem. quam ipsiusmet Concil. Trident.
2 *d. c.* 18. verf. *& si Episcopo*. † vbi relinquit hoc arbitrio ipsius Episcopi, vel Synodi Prouinc. quo fit, vt si Prouinc. Synodus aliquid circa hoc statuerit, obseruandum omnino sit, propter auctoritatem, quam dat ipsum Conc. Tridentinum ei Prouinc. Synodo *d. c.* 18. *vers. licebit*. per quam quidem dispositionē potest addere, vel remittere circa examinis formam.

5 Attamen sic possemus concludere quod vbi Concilium Prouinc. statuit vt huiusmodi ædictum debeat proponi, prout nos, in hac Prouinc. Mediol. habemus d. Conc. Prouinc. 1. *tit. de proponendo adicto*, tunc vitietur concursus, ex illius omissione; & in hunc sensum intelligunt supracitati doctores,
6 asserentes esse de forma; † vbi verò Conc. Prou. nihil statuit, tunc relinqui hoc arbitrio Episcopi, ita vt etiam non proponendo ædictum huiusmodi non vitietur concursus; & ita fortasse intellexit
7 Garzia, † & hæc conclusio corroboratur quadā declaratione Sacr. Congr. quæ ait, *Congregatio censuit, faciendum examen pro concursu quoties contigerit vacare Parochialem Ecclesiam, nec ideo à decreto Conc. recedendum erit, quod rixa, & tumultus oriantur, & alia forsan peiora sequantur, quo verò ad propositionem adicti attinet, hoc totum positum esse arbitrio ipsius Episcopi, faciat, nec ne, nisi Prouinc. Synodus aliquid circa hoc pracisè statuerit, quod obseruandum erit.*

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Inferior, qui non habet iurisdictionem quasi Episcopalem, & simul Territorium ac ius congregandi Synodum, non potest proponere adictum pro concursu.

1 Dubitatur quartò, an inferior Episcopo possit proponere ædictum: satis de auctoritate huiusmodi inferiorum diximus supra *dub.* 8. *super primo requisito*, ac proinde, ne eadem repetere videa-
2 mur, † concludendum est, eos tantum inferiores collatores posse ædictum huiusmodi proponere, qui nullius sunt Diœcesis, & habent ipsi Territorium, cum potestate Episcopali, & iure congregandi Synodum; & re ipsa illam congregarunt, atque in ea elegerunt examinatores.

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Vicarius Episcopi, qui vult, & ipse subire concursum, potest proponere adictum pro concursu.

Du-

DVbitatur quintò, an Vicarius Episcopi possit proponere ædictum pro concursu, vbi ipsemet velit examen subire, & Episcopus illi sit Ecclesiam ipsam vacantem collaturus Sbroz. *de off. Vicar. in addit. q.* 188. *lib.* 2. concludit affirmatiuè, & attestatur sic fuisse decisum per Sacr. Congreg. Concil. *super d. c.* 18. *sess.* 24. ibi, *& idoneum in ea Vicarium.*

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Aedictum est proponendum intra decem dies, sed in hac Prouincia Mediolanensi debet proponi intra tres dies.

1 DVbitatur sextò intra quale tempus sit proponendum
2 huiusmodi ædictum. † Dicamus breuiter quòd cum ædictum istud succedat loco nominationis ab Episcopo faciendæ, Garz. *de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 39. ad quam ex Conc. præfixum est tempus decem dierũ, nec tale tempus potest, ex constit. Pij V. prorogari, vltra alios decem dies, ibi, *prohibemus sup. dub.* 1. videtur proinde vt debeat proponi intra dictum terminum decem dierum, vel aliàs ad summum 20. si ad totidem prorogari contingat.
3 Nihilominus † melius fortasse cõcludemus, si dicamus fore in hoc seruandum Concilia Prouincialia, quapropter in hac Mediol. Prouin. debebunt Reuer. D. Episcopi huiusmodi ædictum omnino proponere, intra triduum, à die notitiæ vacationis Ecclesiæ Parochialis, prout cauit d. Conc. Prouinc. 1. *tit. de proponendo ædicto.*

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Aedictum non est necessariò legendum, sed sufficit vt affigatur, tempus autem affixionis est arbitrarium Episcopo.

1 DVbitatur septimò, an sit publicãdum siue legẽdum ædictum, an verò sufficiat si affigatur. Zerola *in prax. Episc. p.* 1. *dub.* 1. *§.* 2. verb. *Parochia*; putat fore legendum, & postea affigendum: at Garz. *p.* 9. *c.* 2. *n.* 42. tenet quod sufficiat vt affigatur, & quod Nũcius, vel Notarius referat illud fuisse affixum quamuis non dicat quanto tempore steterit affixum, quia, inquit; est arbitrarium Episcopo quanto tempore debeat remanere affixum, & ita practicatur, teste Garz. *d. c.* 2. *n.* 43. *par.* 9. Verba autem Conc. Prouinc. ibi, *per totos decem dies*, designant tempus ædicti non autem affixionis, vt doctè obseruat *idem Garz. d. n.* 43.

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Aedictum non potest apponi cum maiori termino viginti dierum, & si apponatur cum maiori vitiatur quoad excessum tantum.

1 DVbitatur octauò, an vitietur prouisio quando propositum fuit ædictum cum maiori termino viginti dierum. Hoc dubium tangit Garzia *de benef. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 46. vbi *num.* 47. videtur incli-
2 nare in partem affirmatiuã; † hac

ra-

ratibus, quia edictum poſitum à principio cū maiori termino 20. dierum, videtur in totum nullum, ſtante decreto irritante con-
3 ſiſt. Pianæ; † nam forma eſt indiuidua *Decius conſ. 532. n. 5.* & poſt alios *Bec. conſ. 12. n. 30. lib. 2.* & ſic, inquit, videtur quod prouiſio ſit nulla tamquam facta ſine edicto valido, requiſito à Concil. Pro-
4 uinc. † Inferius tamen poſtquam dixit quod ſi à principio poſitum eſſet cum termino competenti, & poſtea prorogaretur vltra 20. dies, quod tunc ſola prorogatio, vtpote de per ſe, & ſeparatim facta, eſſet nulla *per c. vtile 37. de reg. iur. in*
5 *6.* † ſubiungit, quod ex æquitate, & mente Papæ verius videtur, quod ędictum poſitū à principio, etiam cum maiori termino 20. dierum, non ſit nullum in totum,
6 ſed tantum quoad exceſſum, † & ſic inquit, qui ſe oppoſuerunt intra 20. dies ſunt legitimi oppoſito-
7 res, † non autem, qui poſtea, niſi intra 20. nullus ſe oppoſuiſſet.

DVBIVM NONVM.

ARGVMENTVM.

Tempus quo debet affixum eſſe edictum eſt arbitrarium Epiſcopo, modo non excedat 20. dies.

1 DVbitatur 9. per quod tempus debeat poni ędictum, vbi Conc. Prou. nullum tempus præ-
2 ſcribit, † hoc dubium monet Garzia *de benef. p. 9. c. 2. n. 50.* & breuiter concludit eſſe arbitrarium iudicio Epiſcopi modo non excedat 20. dies, per *leg. 1. ff. de iur. delib.*
3 nam Conc. Trid. nullum tempus præciſè deſignat.

DVBIVM DECIMVM.

ARGVMENTVM.

Apponenda eſt dies propoſiti edicti.

1 DVbitatur 10. an debeat apponi dies propoſiti ędicti. Hoc dubium tollitur per deciſionem Rotæ *in vna Toletana Parochialis de Alcandete* 3. Iulij 1595. coram Illuſtriſſimo Seraphino, quæ eſt *deciſ. 1148.* vbi dictum fuit, *Concurſum eſſe defectuoſum, nec in eo ſeruatam formam Conc. Trid. quia non fuit appoſita dies propoſiti edicti, adeo vt ſciri non poſſit, an intra terminum, vel poſt terminum fuit Michael exami-*
2 *natus, † quod tamen videtur neceſſarium ad examinis valillita-*
3 *tem, † cum terminus ille, qui præfigitur, iuxta diſpoſitionem Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. ſit ad conuocandum eos, qui concurrere volue-*
4 *rint, † & eo tranſacto, non prius, debent examinari, & iſta non eſt forma ad effectum, ſed præciſè.* Hæc ſunt formalia verba præcitatæ deciſionis.

DVBIVM XI.

ARGVMENTVM.

Tres Examinatores adhibendi in concurſu eligendi ſunt per Epiſcopum priuſquam proponat edictum.

1 DVbitatur 11. quandonam deputandi ſint Examinatores

res adhibendi in concursu pro aliquā vacante Parochiali: hoc tamen specialiter non vidi, sed videtur quod sint deputandi priusquā proponatur ædictum; quod planè colligitur ex ipso Concilio, dum statuit, vt Clerici nominentur coram ipsis examinatoribus deputandis; cum itaque nominatio fieri debeat intra 10. dies, & coram Examinatoribus; necessarium cōsequens est vt prius sint deputati examinatores.

REQVISITVM III.

De examinandis descriptis ad concursum.

RANSACTO constituto tempore ad nominandum, vel describi faciēdum, debebunt intra 4. menses, à die notitiæ vacationis, examinari in Concursu, omnino expediendo, præfixo ad id certo determinato tempore, ea tamen habita ratione, vt intra quadrimestre significari possit Collatori electio dignioris, debebunt, inquam, omnes, qui nominati, vel descripti fuerint examinari in Concursu ab Episcopo, & eo impedito, ab eius Vicario Generali, atque ab alijs examinatoribus in Synodo electis, & iam ad hoc ab ipso deputatis, non paucioribus quam tribus, tametsi non ob id inficeretur Concursus, si plures deputarentur quam tres, qui examini in concursu faciendo interessent.

Si verò ad præfixam diem non compareant oppositores, vel saltem non omnes, vocandi prius sunt, quam claudatur concursus, & eò magis vbi viget consuetudo vt vocentur.

Porro si quis compareat ad examen post lapsum tempus præfixum, re tamen adhuc integra, nimirum antequam facta fuerit electio, erit admittendus, quamuis in termino ædicti non fuerit 1 descriptus, non obstante aliqua aduersarij reclamatione, quæ fortè fieret; quod si vocati non compareant, vel licet compareant, nullius tamen fuerit idoneus repertus, debebit Episcopus aliud ædictum proponere, etsi nec tunc aliquis 2 comparuerit, vel nullus etiam secundo loco repertus fuerit idoneus; poterit tunc Episcopus, statim elapso tempore præstituto, eligere aliquem prævio examine, sine concursu, & valebit prouisio.

3 In casu etiam quod magis idoneus desistat, vel renunciet, siue decedat, ante electionem, & intra quadrimestre, tunc eligetur magis idoneus inter cæteros oppositores iam approbatos, nec opus erit nouo concursu.

At verò si desistat, cedat, renunciet, vel decedat, post electionem, intra quadrimestre datum ad eligendum, includum erit nouum examen in nouo concursu.

Si autem huiusmodi cessio, vel obitus contingeret post ipsum quadrimestre, nullatenus poterit iniri aliud examen, vel concursus, quia eo in casu fieret deuolutio ad Papam.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Dies notitiæ obitus non includitur in quatuor mensibus datis ad faciendum concursum, quia illius exclusio magis resultat in fauorem Ecclesiæ, quam collatio Papæ sine concursu.

1 DIximus concursum fore expediendum intra quatuor menses, à die notitiæ vacationis; modo oritur dubium, an ipsa dies notitię computetur in dictis mensibus. Dubium facit propositio, *a*, an videlicet ponatur inclusiuè nec ne. Dominicus *in c. statutum 3.*
2 *de præb. in 6* sic distinguit, aut talis dictio profertur à lege, aut profertur ab homine, si profertur à lege, dicit quod tunc debet dari intellectus, qui magis amicatur alijs iuribus, & est assumendus prout illi conuenit; vbi verò, ex alijs iuribus constare non possit talis intellectus, tunc, inquit, videndum est, an cõstet verbis, qualiter velit quod assumatur, & eo modo est assumendus, *vt in c. ante triennium 3. distinct.* vbi Greg. ait, *mihi videtur, vt à præsenti die Episcopis omnibus dicatur, vt nullum facere Subdiaconũ præsumant, nisi qui se victurum castè promiserint*, & sic videmus, ex his verbis, quod præpositio, *à*, ponitur inclusiuè, quod si, ex verbis constare non possit, tunc si appareat de mente legis illa seruatur, *vt in c. à Subdiacono 93. dist.* vbi Anacletus, & Zaccharias statuunt, *vt à Subdiacono, vsque ad Lectores omnes subditi sint Diacono Cardinali*, At si non appareat de mente legis tunc inspiciendum est, an inclusio, vel exclusio sit odiosa, an fauorabilis, & tunc erit semper accipienda pro fauorabili *arg. cap. odia 15. de reg. iur. in 6.*

3 Secundo vero casu principali, puta quando profertur ab homine, idem erit quidem dicendum, vt stet inclusiuè, vel exclusiuè, vt dictum est; vbi autem materia est indifferens; nempe, quia non habeat plus odij, quam fauoris, nec possit constare de mente proferẽtis, tunc si referatur ad ipsum exprimentem, accipienda erit contra ipsum, siue stet inclusiuè, siue exclusiuè: In dubio autem stat exclusiuè, & computatur de mom. ad momentum; quod si ipsum exprimentem non respiciat, tunc sumitur intellectus, qui verisimiliter est longior, hæc Dominicus.

4 Quid modo dicendum in casu proposito? videtur quod non includat, per ea, quæ notat Specul. *de citat. §. viso n. 17.* quem refert, & sequitur Io. Andr. *in d. c. statuti 3. de præb. in 6.* & post eum *Ancaran. num. 3. vers. quintò nota, & Franc. n. 5. ibidem*, & nouissimè *Io. à Köchier in Comment. reg. Cancell. 18. n. 39.* dicentes quod de natura præpositionis, *à*, est excludere terminũ à quo; nec obstat, inquit, Io. Andr. quod ea die possit prouidere, vel eligere, quia dicta decretalis non punit negligentiã. Faciunt ad id ea, quæ tradit Parisius *de resignat. benef. lib. 1. q. 7. n. 7. vsque ad 15.* vbi cõcludit quod præ-

præpositio, *à*, in materia *regulæ de XX.* non includit diem, in qua præstatur consensus, quia, inquit, præpositio, *à*, de sui natura, excludit; sed in casu nostro, cū odium, & pœna resultet, expeditq. vt dies notitiæ excludatur, vt fieri possit concursus, quippe qui magis resultat in fauorem Ecclesiæ, quam resultet collatio Papæ sine concursu, & etiam quia sic fit redditus ad ius antiquum, quod habebant Episcopi in conferendo liberè Ecclesias suæ diœcesis, ideo est fauorabile vt excludatur dies notitiæ.

6 Nec obstat illud, quod notat Parisius *d. q. 8. n. 15.* vbi concludit in casu dictæ regulæ de XX. vt computetur dies, in qua præstitus fuit consensus, & sic etiam attestatur fuisse decisum bis, nam respondetur quod ibi ita est iudicandum, quia est magis fauorabile Ecclesiæ, & expedit vt computetur, quia sic promptius occurritur vacationi, quod cessat in casu nostro vt vidimus.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Admittitur oppositor etiam post terminum edicti, re integra; etiam reclamante coöppositore, interest enim Ecclesiæ habere plures oppositores; imo si non admittitur potest appellare.

1 DVbitatur secundò, an sit admittendus oppositor comparens post terminum ædicti. Hercules Marescot. *variar. resolut.* *l. 2. c. 52. n. 59. p. 1. Garzia c. 2. n. 206. p. 9* & post eum *D. Barbosa de potest. Episc. allegat. 60. n. 46. p. 3.* concludunt posse; imo debere Episcopum admittere oppositorem, etiam post terminum edicti, re tamen integra, idest, ante peractum examen, & ad hoc adducit Garzia declarationem Sac. Congreg. per

2 quam decisum fuit quod † *Occurrente vacatione beneficij in concursu prouidendi, ad quod, intra terminum in edicto præfixum, plures sunt oppositi, si dicto termino elapso alter superueniat, re*

3 *integra, debet admitti.* † iuxta quam declarationem resoluit Rota *in Calagurit. dimidij beneficij, siue portionis* 22. Aprilis 1602. coram Reuerendiss. P. D. Ottembergo, quod *poterit prouisor admittere ad concursum venientem, elapso termino ab eo præfixo, licet contradicat aduersarius, qui comparuit in termino, propter auctoritatem Congregat. Concilij, quæ*

4 *in simili casu respondit,* † *si termino elapso alter superueniat, eum re integra esse admittendum, idque æquitas, & fauor Ecclesiæ suadere videtur, cuius interest plures oppositores concurrere, & hanc opinionem Domini receptiorem, & de iure veriorem laudauerunt,* arg. l. etsi post tres ff. si quis cautio; cap. consuluit de

5 officio delegat. † *in electionibus enim, & prouisionibus, sicut & in iudicijs, circumducitur edictum* cap. Ecclesia de election. Innocentius in dict. capit. consuluit, *& fuit decisum in vna Firmana Parochialis sexta Martij*

tij 1592. coram Illustris. Pamphilio, in qua non solum agebatur de potestate, verum etiam de necessitate admissionis; hæc Rota in dicta decisione. Et de his decisionibus meminit Io. Aluis. Ritius, *resolut.* 360. *in praxi*. Marescot. *d.c.*52.*n.*29.*p.*1. Gonzal. *de mensibus, & alternat. glos.*9.§.1.*n.*115.
6 qui etiam dicit, *in annot. contra nullit. n.* 183. *d. glos.*9. quod si is, qui comparuit post terminum edicti non admittitur, potest appellare quicquid dicat *Thesa. for. Eccl. c.*18.*n.*30. qui in contrarium allegat declarationem Sacr. Congreg. in vna Perusina, sed debet intelligi vt non sit admittendus re non integra.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Examen potest fieri coram Vicario, quamuis Episcopus non sit impeditus, nam illa verba, vel eo impedito, *important tantum quandam conuenientiam.*

1 Dvbitatur tertiò, an examen possit fieri coram Vicario, si Episcopus non est impeditus. D. Augustinus Barbosa *allegat.* 60. *n.*41.*p.*3. *de potestate Episcopi* post d. Nic. Garz. *c* 2. *n.*119.*p.*9. *de benef.* tenet quod Vicarius, etiam Episcopo non impedito, potest expedire examen per concursum, dicens quod illa verba Concilij, *ab Episcopo, siue eo impedito, ab eius Vicario &c.* non tollunt quin examen fieri possit coram Vicario, Episcopo etiam non impedito; sed quod posita sunt huiusmodi verba dumtaxat ad demonstrandum conuenire, vt examen ab ipso Episcopo, cessante impedimento fiat.

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Episcopus debet, & ipse examinare cum tribus examinatoribus Synodalibus in concursu, & videtur esse de forma.

1 Dvbitatur quartò, an sit de forma vt Episcopus examinet. Hoc tactum hactenus non vidi; verumtamen, clarus est textus Concilij, ibi, *d. c.* 18. *sess.* 24. *examinentur ab Episcopo, vel eo impedito, ab eius Vicario Generali, & ab alijs examinatoribus non paucioribus, quam tribus.* Quo circa
2 videtur† quod sit de forma, vt Episcopus examinet, quod colligitur ex verbis eiusdem Concilij, ibi, vers. *In omnibusque supradictis casibus, non cuiquam alteri, quã vni ex prædictis examinatis, & ab examinatoribus approbatis, iuxta supradictam regulam, de Eccl. prouideatur*, iunctis verbis paulò inferius sequentibus, *aliàs prouisiones omnes, seu institutiones, præter supradictam formam factæ, subreptitiæ esse censeantur* prouisiones insuper etiam nouæ, & priuilegia, ac exemptiones quæcumque contrariæ, ibidem † ex-
3 cluduntur, cum clausula annullatiua, quæ planè declarat omnia ibi adiecta esse de forma, vt obseruat *Acevedo conf.* 9. *n.*28. & 29. post Loaz.

Loaz. *in allegat. de mula. dub.* 1. *fundam. 7. pro oppido n.* 2. per me alleg. *sup. dub.* 1. *n.* 13. *requis.* 1. vltra quod ponderando † illud pro-
4 nomen alijs, quod vt iam diximus, refertur ad rem sibi similem, con-
5 cludendum etiam videtur, † vt debeat Episcopus examinare, tametsi votum non habeat, nisi vbi vota examinatorum fuerint paria vel singularia, vt videbimus in sequenti requisito.

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Episcopus non potest admittere in examine concursus examinatores non Synodales.

1 DVbitatur quintò an liceat Episcopo in examine concursus admittere examinatores non Synodales. Rota *in vna Dertusen. Parochialis de Villa Franca* 18. Decembris 1581. coram *Gipsio* quam refert de verbo Nicol. Garzia *de benef. c.* 2. *n.* 232. *p.* 9. tenuit *concursum per huiusmodi admissionem examinatoris non Synodalis non vitiari* per l. testa-
3 mentum C. de testam. † nam superabundans cautela non nocet *d. l. testamentũ* 17. *C. de testam.* attamen Sacra Congregatio *in vna Toletana*, quam refert Garzia *d. c.* 2. *n.* 339. *ad tertium*, & Rota pariter *in vna Toletana Parochialis de Alcaudete*, 10. Maij 1596. coram R. P. D. Arigonio, secuta ipsam declarationem Sacr. Congreg. resoluit in hæc verba: *Ex quo interuenerunt alij, qui non fuerunt approbati in Synodo; ideo concursum, & examen, ex hoc quoque capite, fuisse nullũ, & inualidum, & collationem deuolutam ad S. Sedem*, & hanc decisionem, seu decisionis particulam scriptam reliquit *Garzia d. c.* 2. *n.* 341. *par.* 9.

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

In Ecclesia, quæ acquiritur per regressum non est opus concursu, nã semper possidetur per aliquem; imo si regrediens iam aliquando fuerat in possessione non erit ulterius examinandus, secus si numquam possedisset.

1 DVbitatur sextò, an sit proponendus concursus in Ecclesia obtenta per regressum, & an regrediens sit examinandus. Resoluendum est hoc dubium ijs rationibus, & iuribus, quibus resoluimus *dubio* 2. & 13. *primi re-*
2 *quisiti*, quia non dicitur propriè vacare, quippè quod beneficium huiusmodi semper de facto ab ali-
3 quo occupatur, vel possidetur; † quo verò ad illum, qui regressu vtitur, an sit examinandus, dicendum est quod si iam possedit, quãuis consequatur Ecclesiam ex regressu acquisito ante Concilium, non est necessarium examen, si verò nunquam possedit, erit examinandus, & ita declarasse Sac. Congregationem testatur Garzia *d. c.* 2. *n.* 168. *p.* 9. *de benef.*

DV-

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Vno tantum comparente ex pluribus descriptis fieri potest concursus, nec est opus vt proponatur secundum adictum, & oppositoribus impeditis Episcopus prorogat terminum.

1 PRacticabilis est dubitatio, an fieri possit examen, & cócursus, si vnus tantum ex oppositoribus, vel etiam plures, non tamen omnes, qui fuerunt descripti compareant ad examen, nec se excusant. Garzia *p.* 9. *de benef. c.* 2. *n.* 215. hoc dubium excitat, & resoluit affirmatiuè per declarationes Sac. Congreg. quas ibi refert
2 per extensum, † quia verba Concilij, *vt omnes descripti examinentur,* intelliguntur, inquit, quatenus veniant ad examen, alias esset in potestate vnius nolle venire, impedireque proinde ne vlterius procederetur, & ita censuit Sacr. Congregatio quod; *Examen factum de duobus, qui comparuerunt ex quatuor descriptis, subsistere debet, quamuis alij duo non comparuerint ad præstitutum diem, nec examini se subiecerint, nec se legitimo impedimento detineri quominus valeant ad concursum accedere excusarint,* quod tamen intelligendum est vbi fuerint vocati ad certam diem, vti videbimus infra *dub.* 10.

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Vbi vnus tantum se describi fecerit nec alij comparent oppositores ad se describi faciendum fieri potest concursus, nec opus est alio adicto, aut termini prorogatione.

1 DVbitatur octauò, an fieri possit concursus si vnus tātum comparuerit intra terminum præfixum ad se describi faciendū; an verò opus sit nouo ædicto, vel saltem prorogatione termini. Garzia *de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 215. refert declarationes Sacr. Congreg. per quas deciditur posse concursum expediri, vno tantum comparante, nec opus esse alio ædicto, vel etiam termini prorogatione, sed illum, qui comparuerit, examini subijciendum, & si idoneus repertus fuerit, conferendum esse eidem beneficium.

DVBIVM NONVM.

ARGVMENTVM.

Vbi nullus comparuit, aut certè nullus ex comparentibus vult subire examen, Episcopus assignare debet aliud tempus, siue adictū, & si adhuc nemo comparet, vel aliàs nemo idoneus reperitur, tūc confert sine concursu.

1 DVbitatur nonò quid faciendum sit Episcopo, si proposuit ædictum, & nullus comparuit, vel certè quamuis aliquis, vel plures comparuerint, nemo tamen voluit se examini subijcere, nec parochialem obtinere. Garzia *d. c.* 2. *n.* 218. *p* 9. *de beneficijs*, mouet hoc dubium, & resoluit, assignandum esse aliud ædictum, & rursus vocandos oppositores, etsi nemo

nemo comparuerit; vel aliàs idoneus nullus fuerit repertus, tunc conferendũ esse alicui beneficium prçuio examine, sine tamen concursu, & ita testatur censuisse Sacr. Congregationem pluries, quas declarationes ipse refert de verbo, *loco prȩcitato*.

DVBIVM DECIMVM.

ARGVMENTVM.

Elapso termino ædicti potest per Episcopum inchoari examen, sed non potest eadem die claudi, vbi plures fuerunt descripti, sed sunt expectandi, vel vocandi, alioquin vitiatur concursus, si ex pluribus descriptis vnus, aut non omnes examinentur, & eis non expectatis claudatur concursus.

1 DVbitatur decimò, an statim elapso termino ædicti inchoandum sit examen, & an possit eadem die claudi. Videtur superfluum dubitare, an possit inchoari examen elapso termino ædicti; nam, lapso termino ædicti, Episcopus videtur esse in libertate inchoandi, vel differendi, vt infra

2 patebit, † verumtamen, quia aliquando non prȩfigitur aliqua certa dies in ædicto; imò Rota, in *vna Carthaginen. Parochialis* 9. Decembris 1588. *coram Orano*, cuius meminit Cardinalis Seraphinus, in decisione proximè alleganda, resoluit quod, *examen poterat fieri pendente termino*, quãuis hæc decisio videatur contraria dispositioni Sacri Concil. Tridentini ibi *& transacto constituto tempore*, ideo dicendum videtur, quod vbi nulla apposita sit dies certa in ædicto pro inchoãdo concursu, non possit statim, absque aliqua citatione, inchoa-

3 ri examen, † prout iam inoleuit consuetudo, vt speciali monitione citentur, ad certam diem, oppositores descripti pro examine, quæ planè consuetudo seruanda est; quamuis non negem, quod possit Episcopus etiam prorogare terminum, dummodo tantum temporis restet, vt possit significari deinde electio collatori, hæc ex Garzia *d.c.2.p.9.*

4 Quouerò ad aliud membrum dubij, decisum iam habemus hoc per Rotam, *in vna Toletana de Alcaudete*, coram bonæ memoriæ Illustrissimo Cardinale Seraphino, quæ est *decisio* 1148.*nu.5.* in qua dicta fuit, *concursum esse defectuosum, quia cum adessent plures examinandi, vnicus Michael fuit examinatus, & statim approbatus, reliquis non expectatis, eique facta collatio*; Et coram Arigonio 10. Maij 1596. in eadem, dictum fuit, *ideo concursum fuisse nullum, & inualidum, quia cum infra terminum ædicti plures alij se apposuerint, & se describi fecerint, ideo examinato dicto Michaele concursus non debebat statim, eadem die claudi, prout fuit clau-*

5 *sus, sed erat expectandum per aliquot dies, videndi gratia si alij oppositores volebant se examini subijcere, nam si à die finiti termini, de quo in ædicto,*

vsque in diem, in quo fuit cœptus, & apertus concursus, & examinatus Michael, fuerat elapsus terminus vnius mensis, infra
6 *quod tempus* † *illi oppositores habebant iustam causam de non comparendo*; Et in eadem coram Corduba 26. Decembris 1597. ha-
7 betur † *nec dominis placuit quod eadem die, qua fuit incœptum examen, fuerit clausus concursus,*
8 *examinatus,* † *& approbatus Michael, & facta illi collatio, non vocatis, neque expectatis reliquis oppositoribus, qui intra tempus edicti fecerant oppositionem, & debebant saltem vocari, cum concursus fuisset dilatus per mensem, postquam erat transactum tempus edicti, prout iura postulant, & fert consuetudo maximè obseruata illius Diœcesis vocan-*
9 *di oppositores*. † Et in eadem coram Litta 2. Maij 1597. dictum fuit, *solum examinari, & eodem tempore alijs oppositoribus non expectatis, sed statim clauso concursu, approbare, fieri non posse, stante maximè dispositione* Conc. Trident. sess. 24. cap. 18. quas decisiones integras affert Garzia *de beneficijs par. 9. cap. 2. n. 33. vsque ad 334.* ex quibus sufficienter responsum putamus, & enodatum dubium propositum.

DVBIVM XI.

ARGVMENTVM.

Magis idoneus si desistat, renunciet, aut decedat ante electionem de magis idoneo, non erit opus alio cõcursu, sed eligi poterit alius ex approbatis, si vero desistat post electionem, tunc opus erit alio concursu, quia per huiusmodi electionem dicitur finitus concursus.

1 DVbitatur vndecimò, quid præstare debeat Episcopus, quando magis idoneus desistit, seu renunciat, vel decedit. Concludamus paucis cum Garzia *de bene-*
2 *ficijs par. 9. cap. 2. nu. 222.* † quod si desistat renunciet, vel decedat ante electionem, seu nominationem factam de magis idoneo non erit opus alio concursu, vbi tamen plures fuerint approbati, sed poterit eligi magis idoneus ex cæteris oppositoribus, intra tamen terminum præfixum, quia adhuc diceretur durare primus Concursus.

3 At verò si desistat, renunciet, vel decedat post electionem de se factam tunc opus erit nouo concursu, quia sic per huiusmodi electionem dicitur finitus, & perfectus concursus.

DVBIVM XII.

ARGVMENTVM.

Vbi electus desistit renunciat, vel decedit post electionem ante quadrimestre datum ad significandum electionem collationis collatori, habet Episcopus integrum nouum terminum, qui incipit à die desistentiæ; at si desistat post dictum terminum non facta significatione, tunc omnimoda dispositi-

spositio deuoluit ad Papam quamuis Episcopus iam dedisset literas significationis electionis huiusmodi.

1 ADduc restat nescio quid dubitationis, intra quantum tempus videlicet debeat Episcopus proponere concursum si electus renunciet, electioni vel alias decedat post ipsam electionem. Dicamus breuiter cum Garzia,
2 *de benef. p. 9. c. 2. n. 224.* † quod si huiusmodi cessio, siue obitus contingit ante quadrimestre datum per Constitutionem Pij Quinti ad significandum Papæ, vel alij collatori electionem factam in concursu, eo casu habet integrum nouum terminum, qui incipiet à die ces-
3 sionis, desistentiæ, vel obitus; † at verò si cedat, vel decedat post ipsum quadrimestre, non facta significatione, tunc omnimoda dispositio liberè deuoluit ad Papam, quamuis Episcopus iam dedisset literas electo pro huiusmodi significatione electionis factæ. Iam ad quartum requisitum transeamus.

REQVISITVM IIII.
De Idoneis per examinatores renunciandis Episcopo.

PERACTO examine, debebunt examinatores renũciare Episcopo, vel eius Vicario, quotcunque idoneos iudicauerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus, ad Ecclesiam vacantem gubernandã opportunis, nec dicetur satis factum Concilio si digniorem tantũ renuncient; enim verò non debent examinatores iudicare, nec vota ferre, quis sit dignior; huiusmodi enim iudicium reseruatur soli Episcopo.

Data autem examinatorum paritate siue singularitate votorum, Episcopus poterit accedere cui maluerit, ea tamen accessio fieri omnino debet in ipsomet examine, & coram ijsdem Examinatoribus simul congregatis, non autem separatim: approbatio autem, siue reprobatio fieri non debet separatim, sed necesse est vt fiat Examinatoribus Congregatis simul cum Episcopo.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Examinatores debent renunciare non solum quoad literaturam, sed etiam quoad mores, & alia requisita, iudicium verò magis idonei est solius Episcopi.

1 PRimò dubitatur, an prouisio facta ad electionem fundatam super relatione, quã fecerint Examinatores quoad literaturam tantum, relicto iudicio quoad mores, ætatem, & reliqua Episcopo, vel super renunciatione eorũdem examinatorum de magis idoneo tantum, non autem de omnibus idoneis repertis, validè fiat citrà vitium nullitatis concursus. Sacra

Congregatio, *teste Garzia de beneficijs cap.7. n. 11. & c.8. n. 87. p.5.* nec non, *& c.2. n.104.p.9.* vbi adducit declarationes ipsius Sacr. Congregationis, decidit, examinatores teneri communi sententia facere relationem Episcopo, non solum quoad literaturam, verum etiam, circa mores, ætatem, & reliqua, & debere renunciare, quotquot idonei reperti & iudicati fuerint, † relicto iudicio eligendi magis idoneum soli Episcopo. Quocirca, videtur quod prouisio fundata super sola relatione quoad literaturam tantum non subsistat; Rota, *in vna* Casalen. *Parochialis* 1586.coram *Robusterio*, resoluit, *Institutionem Parochialis factam ab Ordinario præsentato à patrono, facta solum relatione ab examinatoribus quoad scientiam, & non quoad mores, & c. esse nullam* ex Concilio Trident.*c.*18,*sess.*24. Et hanc decisionem refert Garzia, *d.tract.p.6.c.2. n.136.& p.9.c.2.n.105.*

2

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Examinatores debent dare vota dū simul congregati sunt cum Episcopo, non autem separatim; sicut etiam Episcopus vbi datur locus accessui debet accedere, examinatoribus simul congregatis.

1 DVbitatur secundò an valeat relatio facta ab Examinatoribus separatim, seu priuatim, post peractum & absolutum examen, & concursum, Garzia *de beneficijs* *c.2.n.58.p.9.* † dicit, loquens de accessu, quem potest facere Episcopus ad vota examinatorū, in casu paritatis, vel singularitatis votorum, quod fieri debet in ipso examine, coram ipsis examinatoribus simul Congregatis, & non separatim: Nam, inquit, approbatio, vel reprobatio eorum, qui examinantur, non potest fieri separatim; sed Examinatoribus simul congregatis, cum Ordinario, per *d. c.18 sess. 24. vers. transacto*, & vers. *adueniente*, ita, † ex identitate rationis, & rei, dicendum est de Examinatoribus, vt nō possint separatim, dimisso concursu, eosdem renunciare: facit quod obseruat D.Ant.† Ragutius *in suo tractatu de voce Canonicorum q.12. n.1.* vbi dicit, quod non sufficit ad concludendum affirmatiuè, vel negatiuè, si Canonici separatim consentiant, dando quisque suam vocem vel in scripto, vel in voce, Notario, vel Secretario Capituli, sed oportet vt sint simul congregati, & collegialiter concludāt *ad trad.per Fel. in c.cum omnes*, & ¶ ibi *Dec.in 1.lect.6.de Const.[glos. pragm. sanct. §. & cum humanæ verb. conueniant per c. in genesi de elect. & alia iura ibi allegata.* sed intellige cum d. glos. *ibid.* hoc verum esse in elect. iuxta formam *c. quia propter de elect.* & in alijs negotijs, quæ non debent expediri nisi in Capitulo, at secus in alijs, quæ non sunt expedienda de necessitate vt in alien rer.eccl. quādo iā præcessit tract. in Capitulo. *vide alia in ead.prag tit. de num. & qual. Card.§.nō fiat.ver.coll.*]

2 3 4

DV-

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Examinatores rogati ab Episcopo possunt dicere quis sit magis idoneus imò tenentur subscribere si petat Episcopus: conciliatur hoc dubium cum antecedenti nempè vt ibi intelligendum sit vt non possint priuatim renũciare ex officio, hic verò, vt possint si rogantur ab Episc. tanquam collatore.

1 DVbitatur tertiò, ex quo diximus relinqui arbitrio Episcopi iudicium de magis idoneo, & quod non possunt examinatores separatim & priuatim dare votum probatorium, vel reprobatorium, dubitatur, inquam, an possint petenti Episcopo priuatim significare, & dicere quis sit magis ido-
2 neus. † Ludouic. Lopez *in instruct. Confess. tom.* 1. *c.* 127. quem allegat Garz. *de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 112. dicit quod examinatores ab Episcopo, vel eius Vicario, quibus beneficium prouidere incumbit, accersiti tenentur significare, & subscribere sub pœna peccati mortalis, quis sit dignus, & quis dignior, & Petr. Nauarr. *de Rector. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 189. *apud eumdem Garz.* inquit, examinatores Synodales teneri ex officio, & iustitia commutatiua indicare meliorem.

3 Aduertendum tamen est quod hi præcitati doctores non contrariãtur resolutioni præcedentis dubij, nam ibi diximus examinatores non posse priuatim renunciare Episcopo ex approbatis magis idoneum, intelligendo id eis non licere ex officio examinatoris, nimirum in executionem Concilij, vt deinde eligat; hic autem intelligendum est dictum Lopez, quando Episc. postulat, non tanquam elector, sed tanquam collator, extra casum Conc. sed vt instruat suã conscientiam, vt sciat vtiliorem facere Ecclesię electionem Rectoris, & magis digno illam conferre; Neque etiam obstat, quod Petrus Nauarrus, ibi, dixerit examinatores teneri ex officio, quia etiam intelligendus est, vt loquatur extra formam renunciationis faciẽdæ ex vi decreti Concilij Trident. *d. c.* 18. *sess.* 24. Et sic habemus solutionem affirmatiuam propositi dubij, adhibita tamen dicta distinctione.

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Episcopus non tenetur eligere ex collatione votorum examinatorum habita ratione calculorum: debet tamen expectare vt examinatores renuncient.

EPiscopus an teneatur eligere ex collatione votorum examinatorum habita ratione calculorum? Non est diutius immorandum post quam habemus iam decisionem Sacræ Congregationis in vna Hieracen. quæ est in manuscript. Illustrissimi Domini mei in hæc verba. *Examinatores debent dare vota sua, sed Episcopus non tenetur ex collatione votorum eligere, sed potest cui maluerit, ex approbatis beneficiũ*

conferre non habita ratione calculorum ipsorum votorum, debet tamen expectare vt examinatores renuncient, quos indicauerint idoneos.

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Episcopus non habet votum decisiuum in concursu, sed tantum accedit vbi vota sunt paria, aut singularia.

1 DVbitatur quintò an Episcopus habeat votum in concursu. Sed hoc dubium tollitur omnino per declarationem Sacr. Congreg. quæ sic ait. *Episcopus, aut Vicarius, in concursibus, votum decisiuum non habent, nisi examinatores fuerint pares, vel*
2 *singulares in votis suis;* † *nam si plures examinati obtinuerint vota paria ab examinatoribus, accedente Episcopo, vel Vicario*
3 *vni, is erit approbatus;* † *sciendum tamen est quod si vota examinatorum fuerint singularia, & quilibet vnum approbauerit, accedente Episcopo, vel eius Vica-*
4 *rio, nullus erit approbatus;* † *immo quando examinati, qui accedente voto Episcopi, vel Vicarij, non habuerunt vltra dimidium votorum, censebuntur reprobati.* Et hanc declarationem desumpsi ex manuscripto Illustrissimi bo. mem. Cardin. Parauicini *in vna Taruisina.*

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Trium vota dicuntur paria quando vnus approbat quem alius reprobat: singularia verò dicuntur vbi vnus approbat vnum, & reliqui reprobant approbatum; si pila vtraque scilicet approbatoria, & reprobatoria fuerit iniecta in vrnam, erit tunc nec approbatoria, nec reprobatoria.

1 DVbitatur sextò, quando vota dicantur paria, aut singularia, & maxime vbi intersint examinatores impares numero. Ad hoc iuuabit referre declarationes Sacræ Congregationis, quas adducit Garzia *de benefic. par. 9. cap. 2. num. 60.* vbi mouet hoc dubium; in quarum prima quæsitum fuit. *An si existentibus quatuor examinatoribus, singuli examinati dimidiam tantum suffragiorum reportarunt, possit Episcopus ex non approbatis facere*
2 *aliquem approbatum*, & Congregatio censuit, *posse*. Et in alia fuit petitum, *an si ex tribus examinatoribus quilibet eorum vnum approbauerit, & alij duo approbatum ab altero reprobauerit, accedente Episcopo vni, vincat is alios duos, ex quo sunt numero pares probantium, & reprobantium.* Congregatio respondit *non vincere, & neminem istorum videri approbatum*; & in alia quæsitum fuit: *Si sunt quinque examinatores, & quilibet eorum approbat vnum ex examinatis, & cæteri quatuor reprobant*

bant approbatum ab altero, Episcopo vni illorum accedente, an iste, cui accedit Episcopus sit præferendus, & sic vnus ex examinatoribus cum Episcopo vincat alios quatuor reprobantes. Congregatio censuit *negatiue*.

3 Ex his igitur declarationibus patet responsio ad dubium, & primò dicendum est, vota trium examinatorum tunc fore paria, quando vnus aliquem approbat, quem alius reprobat.

4 Singularia verò quando vnusquisque approbat vnum, & reliqui reprobant approbatum ab altero. Exempli gratia Antonius approbatur à Petro, qui tamen Antonius non approbatur neque reprobatur ab Andrea, & Cæsar. approbauit Iulium non approbatum, neque reprobatum à Petro, & Andrea; ac tandem Andreas approbauit Franciscum non approbatum, neque reprobatum à Petro, & Cæsare; & sic vnusquisque examinator remanet singularis in voto suo.

5 Quomodo autem possint suffragia ferri per fabas, vel pilas nigras, & albas vt possit dignosci quod non sint approbatoriæ neque reprobatoriæ, dicamus, quod tunc hoc dignoscetur, quando vtraque pila simul iniecta fuerit in vrnam.

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Approbatus, vt quis dicatur debet habere vltra dimidiam votorum saltem cum accessu Episcopi; alioquin vota dicerentur paria, aut certè singularia.

1 DVbitatur septimò quot suffragia ferre debeat aliquis

2 vt dicatur approbatus, † Dicamus vnico verbo, quod debet habere vltra dimidiam votorum,

3 saltem † vna cum accessu Episcopi, qui tamen Episcopus accedere non potest nisi vota sint paria, vel singularia *Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. de reform.* vers. *transacto* ibi *quorum votis* vnde apparet errasse Ledesmam, dum dicit quod si tres examinatores sint diuisi ita vt duo sint pro vna parte, & tertius pro altera parte Episcopus potest accedere cui maluerit, hoc enim falsum est, & propterea improbatur à Garzia *de benefic. p. 9. cap. 2. num. 60.* nam huiusmodi vota non dicuntur, paria neque singu-

4 laria, † ad quod habemus declarationem Sacræ Congregationis, quam idem Garzia affert loco citato, in hæc verba. *Si vnus tantum compareret ad se examinandum, coram tribus examinatoribus, vno illorum approbante, & cæteris reprobantibus, an illi accedere possit Episcopus,* Congregatio respondit, *non posse, & examinatum dici reprobatum.*

REQVISITVM V.

De electione magis idonei facienda.

FACTA Relatione abexaminatoribus, Episcopus non obstante quod collatio ad alium quemuis, vel etiam ad Summum Pontificem spectet, solus eligit ex approbatis, quem magis idoneum iudicat. At verò si relicto digniore dignum eligat, datur appellatio tamquam à mala electione; huiusmodi tamen appellatio electionem ipsam non suspendit, nec prouisum remouet ab Ecclesia, sed dumtaxat causam deuoluit.

Porrò huiusmodi electio facienda erit omninò intra quatuor menses à die vacationis. Et sic corrige errorem eius, qui transcripsit dispositionem Constitut. Pij V. *in princ. huius libris* vers. *collatoribus* qui lineam ommisit debebat enim sic scribere, *statuit terminum collatori sex mensium à die vacationis ad conferendum*, & Diæcesano quatuor ad eligendum magis idoneum &c.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Episcopus tenetur iustum, & rationabile iudicium proferre in eligendo in concursu, nec potest eligere magis idoneum dirigendo iudicium suum pro hoc ad arbitrium proprium, sed debet illud regulare iuxta iuris dispositionem, & uti bonus vir, electio tamen digni amisso digniore non rescinditur: latè traditur hic articulus de electione digni ommisso digniore.

1 DVbitatur primò, an possit Episcopus eligere dignum prætermisso digniore. Lambertin. in suo celebri tractatu *de iurepatronatus lib. 2. p. 1. art. 3. quæst. 10.* elegantissimè examinat, & discutit hoc dubium in materia præ-
2 sentationis, quærens † an patroni possint salua conscientia dignum, & idoneum præsentare, si possent digniorem, & magis ido-
3 neum præsentare, † & adducit quã plures glosas, & opiniones Doctorum, & præcipuè *glos. magistr. in c. licet* in verbo *qui præstantior* 8. *q. 1.* & *Abb.* & *Præpos. in c. constitutis el 2. siue 46. de appell.* & pro clariori intelligentia argumentatur ad partes.

4 Primò itaque pro affirmatiua, vtpotè quod possint electores, salua conscientia eligere idoneum relicto magis idoneo, & primò pro hac affirmatiua adducit *text. in c.*
5 *dubium 16. de præsump.* † vbi præsumitur pro idoneitate alicuius.

6 Secundò adducit rationem, quia maior bonitas alicuius non debet nocere, nec præiudicare bonitati alterius *c. necesse 3. q. 9.*

7 Tertiò affert text. *in c. monasterium 16. quæst. vlt. iuncta glos.* vbi habetur quod sufficit aliquem non esse malum.

8 Quartò adducit tex. *in authen. de*

de Monachis §. vlt. collat. 1. vbi habetur quod semper melior est eligendus in Abbatem.

9 Quintò dicit dictam affirmatiuam confirmari, ratione absurditatis euitandæ, nam sequeretur, inquit, quod quilibet peccaret benefaciendo, quia posset quilibet meliorem rem facere.

10 Sextò adducit *tex. in c. illud 8. q.* 1. vbi quod melior non est censendus ex eo, quod fit in Episcopum electus.

11 Septimò adducit *tex. in c. quoniam 3. de iurepatr.* vbi præfertur præsentatio illius, qui maioribus iuuatur meritis. *Barbosa ibidem n. 3. vbi alios citat.*

12 Octauò adducit text. *in d. cap. constitutis 46. de appell.* vbi apertum est, quod electio facta de idoneo à pluribus numero, tenuit non obstante quod fuisset appellatum à volentibus eligere meliorem.

13 Nonò adducit plura iura volentia, vt eligentes satisfecerint idoneum eligendo, licet potuerint eligere magis idoneum, de quo, inquit, est text. *in c. cum nobis olim 19. de election. cap. nisi cum pridem §. ne pro defectu* 10. *de renunc. c. pen. de preb.*

14 Decimò adducit glosam *in d. cap. Monasterium, & in cap. vtilissimus. 1. quæst. 1. in cap. qualis 8. quæst. 1. in cap. quoniam 3. de iurepatronatus in dict. cap. constitutis el 2. siue 46. de appellat. in cap. 2. de offic. custod. in cap. si plures 16. quæst. 7.* quæ volunt, vt vocibus præsentantium existentibus æqualibus, non sit instituendus magis idoneus, sed ille, qui Episcopo placuerit.

15 Vndecimò, & vltimò adducit doctrinam Archidiaconi *in c. duobus 14. de rescript. in 6. ibidem Io. And. Dom. Franc Specul. de iurepatronatus circa finem Hostien. eundem Io. Andr. Cardinal. & Butrium in c. cum autem 24. de iurepatronat.* vbi quod ordinarij in facienda gratificatione nihil refert, an attendat maiorem idoneitatem, dummodo ambo sint idonei, & tenentes hanc partem, affirmatiuam exponunt comparatiuum pro positiuo.

16 Pro negatiua autem adducit *dict. cap. licet 8. quæst. 1.* vbi dicitur quod is est eligendus, qui præstantior est, doctior, & sanctior, & in omni virtute eminentior.

17 Secundò *text. in c. illud ead. q. & cau.* ibi Archidiaconum colligentem dignum non debere eligi, si magis dignus reperiatur.

18 Tertiò *text. in d. cap. quoniam 3. de iurepatronat.* vbi quod quando vota patronorum diuiduntur ille præficitur, qui maioribus iuuatur meritis, & plurimorum approbatur assensu: *d. c. quoniam 3. de iurepatr.*

19 Quartò affert *tex. in c. Metropolitano 63. dist.* vbi quod eligendus est, qui est omnium optimus.

20 Quintò text. *in c. vnum orarij §. nunc autem vers. Res contra 25. distinct.* vbi quod talis eligatur cuius comparatione cæteri grex dicantur.

21 Sextò *d. cap. vtilissimus 1. q. 1.* quod vult Episcopum esse alijs præstantiorem.

Septi-

22 Septimo tex. *in c. in Sacerdotibus. 61. dist.* vbi quod irrepræhensibiles esse conuenit, quos præesse necesse est corrigendis.

23 Octauò tex. *in c. 2. de off. Custod.* ibi, *tales obtineantur quales meliores, & sanctiones esse noscuntur.*

24 Nono tex. *in c. si. 63. dist.* vbi quod sicut bonis meliores, ità melioribus optimi præferuntur.

25 Decimò *d. authent. de Monachis coll. 1.* 1. vbi, quod semper melior Monachorum est eligendus.

26 Vndecimò doctrinam Io. Andr. *in d. c. 2. de off. custod. Abbat. in cap. cum autem. 24. de iurepatron.* & ibidem Imol. qui volunt gratificationem Episcopi non cadere in idoneum; sed præferendum esse magis idoneum, & respōdet obie-

27 ctis. † Tandem concordat mina, & primo, circa *c. 2. de off. custod.* hic dat intellectum, vt pars affirmatiua procedat ante factum, videlicet, vt eligēdus sit magis idoneus antequam deueniatur ad electionem; negatiua verò procedat post factum; puta, vt sufficiat, & sustineatur electio facta de idoneo tan-

28 tū, relicto magis idoneo, † quippe quæ scientia sufficiens in prælato sufficit *d. c. nisi cum pridem. §. ne pro defectu. 10. de renunc. d. c. cum nobis olim. 19. de elect.* cōcordatur *c. licet. 8. q. 1.* vt debeat esse magis idoneus quando eligitur de alia

29 Ecclesia; † & sufficiat vt sit idoneus si ex eademmet Ecclesia assumatur; Doctrinam Archidiaconi *in d. c. licet,* intelligit vt habeat locum si sumus in necessarijs; puta electione, vt tunc debeat eligi melior; si verò sumus in voluntarijs bonis, intelligit vt sufficiat quod quis bonum faciat, *Feder. de Sen. in consi. 95.* dicit quod Abbatissa præsentata ad Monasterium, vbi sunt multæ aliæ meliores, sufficit quod sit bona si sit de gremio illius Monasterij, vel de gremio, de quo debeat patrona

30 præsentare; † sed dicit quod patrona vulnerat cōscientiam suam non præsentando meliorem Ant. de Butr. *in d. c. 2. de off. custod.*

31 idem dicit, quod Federicus; † Abb. *in c. constitutis. el. 2. de appell.* dicit quod si ab initio fuit appellatum nè fieret electio nisi de magis idoneo, si in capitulo, vel Collegio reperiatur magis idoneus, tunc electio idonei tantum non

32 tenet; † Si verò non fuit appellatum, tunc dicit quod tenet electio idonei; sed electores peccant,

33 quia † tenentur consulere Ecclesiæ, meliori modo; ac proindè dicit, quod est optimus text. iuncta glosa in verbo *nihil in c. penult. de elect. in 6.* vbi dicitur, quod qui habet duas voces, vnam iure proprio, alteram vti procurator alicuius, non potest vnam dare vni, alteram alteri, & secus faciens ni-

34 hil facit; † sed se declarat vt debeat eligi magis idoneus, quando in eodem Collegio reperitur magis idoneus, alias non teneretur eligere magis idoneum de alio Collegio sed sufficeret eligere idoneum; & in hoc conuenit

35 cum Federico, & Butrio; † honestius est enim, inquit, vt idoneus eligatur de suo Collegio, quam fiat transitus ad magis idoneum al-

alterius Collegij, ad quod allegat *c. nullus. 61. dist.* & notat. *In c. cum inter Canonicos. 21. de elect.* & post longam discussionem huius articuli, tandem firmat conclusionem iuxta opinionem Abbatis, nimirum, vt debeant electores eligere magis idoneum si sit in eodem Collegio, nec sufficere, eo prætermisso, si eligant idoneum tantum; † quam planè conclusionem

37 ampliat, etiam si maior velit eligere idoneum, minor autem pars velit eligere magis idoneum, & hic habemus casum notabilem, quando minor pars vincat maiorem partem; † sed cauendum est,

38 vt minor pars præualeat, vt hanc cautelã adhibeat, videlicet, quod antequam accedat ad electionem appellet ad superiorem si non eligatur magis idoneus; † hoc tamen intelligendum est, vt habeat

39 locum quando minor pars intendit eligere magis idoneum de eodem Collegio si sit, vel saltem de eadem Ecclesia, vel aliàs de eadem Diœcesi, si deficiat in Collegio, Ecclesia, vel Diœcesi respectiuè, & maior pars, existente magis idoneo in Collegio, Ecclesia, vel Diœcesi, velit idoneum eligere, † sed si minor pars vellet eligere de alio Collegio, Ecclesia, vel Diœcesi comparatiuè, maior verò pars vellet eligere idoneum de eodem Collegio, Ecclesia, vel Diœcesi, etiam comparatiuè, tunc appellatio minoris partis non impediret, esset q. notoriè nulla, & iniusta; & ideo non posset electio per viam attentati reuocari.

40 Sed aduertendum omnino est, vt appellatio præcedat electionẽ, alioquin electio maioris partis valeret, etiam si confirmatio nondum esset sequuta, † hoc etiam

41 dictum, vt appellatio debeat præcedere, intelligendum est quando electus fuit idoneus de eodẽ Collegio, prætermisso magis idoneo; nam si appellatio subsequatur electionem, ipsam non suspendit; † At

42 verò si electus fuisset idoneus de alio Collegio, Eccl. vel Diœcesi comparatiuè, prætermisso magis idoneo, vel etiam solum idoneo eiusdẽ Collegij, Ecclesiæ, vel Diœcesis, tunc si appellaretur, etiamsi appellatio subsequatur electionẽ, esset iusta, & suspenderet, & reuocanda esset electio huiusmodi per viam attentatorum; hæc ex Lambertino, & Abbate locis præcitatis.

43 Quid autem dicendum in casu nostro? Nicolaus Garz. *de benef. p. 9. c. 2. n. 225.* qui mouet hoc dubium, tandem dicit quod videtur vt electio, & prouisio digni omisso digniore sit nulla, vti forma Concilij non obseruata volens eligendum esse magis idoneum, & prouisiones præter dictã formam factas subreptitias censeri, iuxta Constitutionem Pij V. quæ incipit

44 *In conferendis*, † stante decreto irritante in eis apposito; quod inducit formã, cuius sententię etiam est D. Illephonsus de Azeuedo *in cons. 9. n. 30.* vbi attestatur se vidisse, quod cum prouisio cuiusdam beneficij curati in commendam vni, in concursu aliorum, esset facta, per examinatores Synodales sede vacante, & testimonialia huius-

iuismodi prouisionis ad sedē Apostolicā essent per prouisum missa, vt literæ de ea expedirentur, denegatæ fuerunt literæ Apostolicæ, donec in testimonialibus adesset fides, quod illi digniori in concursu prouisum fuerat dictum beneficium curatum, & fide data, & missa, inquit, Sanctissimus Papa confirmauit prouisionem illam, & expeditæ fuerunt literæ. Quocirca admonet Azeuedo Reuerendissimos Prælatos, vt cum prouisus non est dignior, quamuis sit dignus, illi non conferant, etenim prouisio in eum facta, inquit, est
45 nulla, & subreptitia: † Accedit ad hoc declaratio Sac. Congreg. de anno 1588. quam refert Garzia *p.2. c.5. n.593.* in hæc verba. ***Fuit aliàs dubitatum, an pro formà traditum esset vt resignās teneatur facere mentionem se ad titulum illius fuisse promotum, adeò quod per æquipollens adimpleri non possit: & fuit resolutum, pro forma traditum esse à Concilio, stante clausula annullatiua, & quod Conc. negatiuè loquitur*** Ias. in l. quid sit nominatim. ff. de lib. & posthum. Felin. in c. cum dilecto. de rescr. ***quo stante per æquipollens non potest adimpleri.*** [Limita tamen in resignatis ex causa permutationis quando permutans consequitur validè possessionem pacificam alicuius beneficij sufficientis ad congruam, ita Rota ***in vna Mutinen. Canonicatus.*** 4. ***Decembr.*** 1609. ***coram Greg. XV. siue decis.*** 441. ***n.***3. & dixi validam & pacificā, quia aliter secus esset Rot. ibidē per declarat. S. Congr.]

Et *in vna Dertusen. Parochialis de Villa Franca* Rot. *coram Gypsio*. 18. *Decembris* 1581. dixit, *quod Episcopus non potest eligere eum, quem magis idoneum iudicauerit, quasi hoc eiusdem iudicio, & arbitrio relinquatur, quia intelligendum est illud esse commissum Episcopo tanquam bono viro, vt indicat verbum* iudicauerit Abb. *n.6. in d. c. cum autem.* 24. *de iurepatr.* nam tenetur Episcopus iustum, & rationabile iudicium proferre *§. omnes in authen. de iudicibus. glos. in cap.* 1. *de Constit.* & clarius in eadem decis. coram eod. Gypsio. 10. Maij 1582. vbi fuit dictum *eam Concilij formam non satis posse dici iure seruatam, quod in proposita facti specie huiusmodi electio Episcopi iudicio relinquatur, quia, vt aliàs resolutum fuit, Concilium de iusto, & rationabili iudicio loquitur, & ità intelligi debet, & apertè Summus Pontifex in d. Consti-*
46 *tutione demonstrat*, † *nam is profectò non seruat legem, quinimò in illam committit, qui legis verba amplexus contra legis nititur voluntatem* l. non dubium. C. de leg. cap. certum, de reg. iur. in 6. hęc sunt verba Rotæ, & hoc idem annuit Genuensis in manuali pastorum *c. 36. n. 9.* vbi dicit, quod Episcopus conferens beneficiū digno, omisso digniore, peccat mortaliter, de magis communi, cui adstipulatur Azeuedo loco supra citato; sed, inquit, Genuensis, Episcopus sic conferens non tenetur ad restitutionem, sed planè tenetur ad restitutionem si eligit indignum,

dignum, quæ dignitas consideratur, habita ratione ad bonum
47 commune; † At tandem *d. c. 36. n.5.* circa beneficia curata, dicit quod non solum conferenda sunt beneficia curata dignioribus, sed quod digniores habent ius ad rem perfectum, & propterea si reijciũtur, inquit, possunt appellare, & vlterius dicit quod Nauar. *in c.17. de redditib. Ecclesiast.* concludit quod ius ad rem perfectum tribuens facultatem petendi beneficia, quæ dantur per concursum, obligat ad restitutionẽ illum, qui
48 impedit, † & dicit amplius, quod ius ad rem perfectũ ambulat pari
49 passu cum iure in re,† sed tandem
50 *in eod. cap. n. 235.* inclinat, † vt electio minus digni, & prouisio subsequuta sit valida, alioquin frustrà daretur remediũ appellatio-
51 nis ab electione Episcopi,† & hãc sententiam dicit esse magis vsui, & communi sensui conformem, & iuuari ex traditis per D. Thomam *2.2. quæst 63 art. 2. ad tertium* Imola Abbat. Dec. & alios *in d. c. constitutis. el 2. siue 46. de appell.* & Couar. *in reg. peccatum par. 2. §. 7. num. 3. in nou. adict.* dicit quod Synodus Tridentina *sess. 24. cap. 1. & 18.* digniorem esse eligendum asseuerat, vt à peccato elector immunis sit, nec tamen statuit electionem digni omisso
52 digniore rescindendam fore,†Marescottus etiam, *variar. resolut. cap. 52. num. 19. par. 1.* dicit, quod in simplicibus beneficijs Episcopus habet facultatem attendendi merita, vel vti gratificatione, & per Anchar. *in Clement. plures*; *num. 14. & Card. §. fi. num. 1. de iurepatronat.* & fuit tentum etiam per Rotam *ann. 1585. & 1586. coram Rubeo*, vbi dictum fuit *quod si ex duobus præsentatis Episcopus vnum instituerit, non sit amplius quærendum de meritis, sed satis sit, quod is, qui fuit institutus sit idoneus, quamuis potuerit eligi magis idoneus. In concursu verò ad Parochiales debet Episcopus eligere magis idoneum quia Concilium Trident. non dat facultatem Episcopo eligendi, quem velit sed quem ma-*
53 *gis idoneum iudicauerit*, † *quod planè iudicium debet regulari,*
54 *iuxta iuris dispositionem*. † Nouissimè autem habemus decisionem Sacræ Rotæ inter impressas Farinac. nouissim. *par. 1. decis. 40. num. 4.* vbi *quod potest Episcopus, omisso digniore, minus dignum eligere, citrà vitium concursus* per *cap. cum nobis. de elect.* & fortasse ratio esse poterit huius decisionis, quia vt tradit Speculator, sicut experientia supplet illiteraturam multò magis suppleat literaturam, seu scientiam maiorem coöppositoris *Speculat. de Aduoc. §. 8. n. 17.* sed hoc intelligit D. Oliuerius Beltramin. *in ann. ad decis. 11. fel. rec. Greg. XV. n. 6.* vt locum habeat in simplicibus, ac alijs beneficijs curam animarum annexam non habentibus, secus in beneficijs curatis.

55 Limitarem tamen hoc, vt possit omisso digniore, dignus eligi, & valeat electio huiusmodi, quando Episcopus rationabili iudicio, ad electionem huiusmodi mi-

minus digni deuenit., omisso digniore, nam Episcopus, vt infrà videbimus, debet arbitrium suum regulare vti bonus vir, *Marescot. d. c.52. num.23. p.1. variar. resolut.* & ex præmissis patet solutio ad dubium propositum, vt non vitietur concursus quando iudicium Episcopi eligentis est rationabile:
56 sufficit † autem pro rationabilitate iudicij ordinarij, si concurrant in electo maiores qualitates, vt fuit cõsideratũ in vna *nullius, Parochialis seu concursus.* 4. Decembris 1600. coram fæl. recor. Greg. XV. tunc Rotæ Auditore, vbi dictum fuit, quod præponderare potuerunt qualitates, quæ concurrebant in persona Iacobi, qui est Philosophus, Pœnitentiarius, Examinator Synodalis, & Do-
57 ctor, † quæ qualitas doctoratus magna est *l. magistros.* C. *de profess. c. quanto. de magistr.* cuius ratione erat præferendus.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

In concursu Parochialium non solum consideratur idoneitas etiam inspecto Concil. Trident. respectu scientiæ, sed etiam respectu ætatis, morum, & prudentiæ, ac proinde quamuis qualitas Doctoratus sit consideratione digna, nihilominus ipsa sola non facit digniorem pro obtinenda Parochiali: Quapropter poterit omisso Doctore eligi non Doctor, imò poterit aliquando omisso Doctiore, & sanctiore eligi is, qui iuxta munus, & rem, cui præficiendus est, aptior ei ministerio apparet.

1 DVbitatur secundò, an sit præferendus Doctor non Doctori in electione. Videtur quod
2 sic, † nam qualitas Doctoratus tanti fit ab ipsomet Papa, & maximè in materia beneficiorum, vt facilius Doctoribus concedat beneficia *c. cum in cunctis. §. inferiora. 7. de elect.* & Abb. *in cap. 1. n. 3. de Magistr.* Verall *decis. 277. n. 2. p. 1.* dicens, quod in collatione
3 beneficiorum, † habetur respectus ad scientiam, vt pinguius prouideatur literatis, quam ignaris *c. de multa. 28. de præb.* Felin. *in rubr. de Magistris ad secundam*, vbi quamplures Doctorum prerogatiuas recenset, & inter cęteras, † di-
4 cit quod Doctores dicuntur nobilissimi *l. prouidendum. 7. C. de postulat.* & sunt in dignitate *Bald. in proœm. C.* & quilibet magistratus debet Doctorem ad se venientem inuitare ad sedẽdum *l. 1. C. de off. diuers. iudic.* alias refert prærogatiuas *quibus adduntur tradita per Paris. consil. 38. n. 15. p. 4.* quæ tamen breuitatis gratia li-
5 benter omittamus. † Hodie autem habemus casum discussum, vt præmissis non obstantibus, possit in electione Parochialis vacãtis etiã non Doctior, neque sanctior præferri Doctori, sed is, qui iuxta munus, & rem, cui præficiendus est,
6 aptior ei ministerio apparet, † & sic non solum consideratur idoneitas, etiam inspecto Conc. Trident. *sess. 24. c. 18. de refor. vers. peracto*, respectu scientiæ, sed etiam respectu

ctu ætatis, morum, prudentiæ, & huiusmodi ad Ecclesiã Parochialem gubernandam, vt elegãter obseruat, & docet Gonzal. *in suo glosemate de mensibus, & alternatiuis, glos. 4. à num. 110. vsque ad n. 146.* & post eum Garz. *de benef. p. 9. c. 2. n. 232. & seq.* vbi etiam affert decisiones Sacræ Rotæ, & præcipuè *in vna Rauennaten. parochialis. 2. Decembr. 1592. coram Illustriss. Arigonio bo. mem.* in qua dictum fuit, † *Quamuis qualitates doctoratus, Sacerdotij, & aliæ supradictæ sint consideratione dignæ,* Abb. in c. 1. de maior. & obed. Dec. cons. 502. n. 12. & 13. *nihilominus* † *ipsæ solæ non faciunt aliquem digniorem pro obtinenda, & gubernanda parochiali Ecclesia, cum vltrà Doctrinam, in qua ambo fuerant approbati, æquè idonei, erant quoque cõsiderandi mores, prudentia, & alia opportuna ad gubernandum Ecclesiã, vt apparet in Concilio Trident.* sess. 24. c. 18. & in cap. cum in cunctis. in princ. de elect. *& plura* tradit Lambert. de iurepat. lib. 2. p. 1. q. 10. & præsertim vers. tertio requiritur. †*imò neque etiam aliquando ille, qui est doctior, & sanctior est iudicandus dignior; sed is, qui iuxtà munus, & rem, cui præficiendus est, aptior ei ministerio apparet, & fieri potest, quod Doctor, & pauper non sit ità aptus, vt non Doctor, & non pauper, & meritò non Doctor, & non pauper iudicandus sit dignior, vt post alios annotauit Couarr.* reg. peccatum. p. 2. §. 7. num. 4. vers. dignior, & *etiam ità fuit dictum* in causa Beneuentana Parochialis. 13. Iunij 1590 coram R. P. D. Orano. *Vnde cum Archiepiscopus vnũ ex æquè idoneis ab examinatoribus approbatis elegerit, dicendum est maiores qualitates agnouisse concurrere in Morigio,* † *circa mores, prudentiam, & alia, quæ sunt necessaria pro gubernanda Parochiali, quam in Zauarra,* † *cum pro iudicio Episcopi sit præsumẽdum,* cap. in præsentia. de renunc. *& idem colligitur* ex constit. fel. rec. Pij Papæ V. † *cum permittat tantum appellationem quãdo appellans docet de dolo, & irrationabili iudicio Episcopi, vt apparet in illius narratiua, ibi,* carnalitatis, aut alium humanæ passionis affectum, non rationes indicium sequentes &c. *& in dispositione, ibi,* & constito, &c. *quod non docetur in casu, de quo agitur, præter illas solas qualitates, quando in illo possunt concurrere maiores qualitates circa mores, & alia, quæ reddunt illum habiliorem, ad gubernandum Parochialem, de quibus omnibus, cum Morigius esset Ciuis, & Canonicus eiusdem Ciuitatis, & semper ibidem permansisset, Archiepiscopus habuit plenam notitiam.* Caputaq. decis. 206. p. 2. *& licet Zauarra esset eiusdem diœcesis; & in diuersis locis, Archiepiscopus non poterat ità de facili habere notitiam de eius moribus, vita, & alijs qualitatibus, sicut de Morigio,* † *& ordinarius debet præferre illum, de quo est melius informatus, vt post alios tradit* Lam-

Lambertin. d. tract. de iurepatr. 24. art. 7. quæst. princ. par. 1. lib. 2. *neque decis. in causa* Ciuitatis Castelli Parochialis; *& in causa* Aretina Capellaniæ *dant contrarium, nam in illa* Ciuitatis Castelli, *docebatur de grauamine, ostendendo irrationabile, & dolosum iudiciū ordinarij, per multa,*
14 *quæ adducebantur*, † & præsertim cum electus esset eius familiaris, & forensis; *non electus* esset eiusdem diœcesis, & repertus magis idoneus ab examinatoribus, *& sic non fuit sola qualitas* Doctoratus. *idem erat in causa* Aretina, *in qua non solum concurrebat huiusmodi qualitas* Doctoratus, *sed etiam concurrebant alia, in præsentato, propter quæ veniebat præferendus, & præcipuè*, quia erat vnus de compatronis, *Præterea fuit dictum, & dummodo* absit dolus, & irrationabile
15 iudicium ordinarij, multas † esse qualitates, propter quas aliquis reputandus sit magis dignus, *& esse tales, quas si ordinarius non attendit, eligendo alterum, dummodo sit idoneus, & dignus, malefaciet, non tamen annullabit electiones*; Dec. in cons. 129. vol. 1. *& ita* apud Hostien. Io. Andr. Ant. de Butr. Card. & alios, *declarat, & de magis cōmuni attestatur* Couarr. in d. c. peccatum. 2. p. §. 7. sub n. 4. vers. qui tamen, in consensu, accipiendus est, & in vers. igitur
16 iura humana, † *quia aliàs esset locus mille litibus, & nulla electio fieri posset, quæ litibus & controuersijs non vexaretur in magnum damnum Ecclesiarum*;

Et die 6. Iunij 1594. *coram eodem Domini steterunt in hac decisione, & dixerunt: Ex eo quod quis sit Doctor, Diœcesanus, & maior ætate, non censeri magis idoneus, vt sit præferendus de Parochiali prouiso ordinario*, cui concordat decis. Fanen. Parochialis. 28. Iunij 1596. coram R. P. D. Corduba, ibi, *tertium aliud quod Ascanius esset Doctor, & magis qualificatus, & non habens beneficium, Domini*
17 *reiecerunt*, † *quia concurrunt etiam plures qualitates in Eliseo, quæ sufficiunt ad defectum, vt iudicium Episcopi non possit dici irrationabile, vt bulla requirit, ad hoc, vt sit locus appellationi, & sæpius resoluit Rota*, quas planè decisiones scriptas reliquit *Garzia d. c. 2. n. 113. & 250. par. 9.* ex quibus eleganter colligit *Gonzal. d. glos.* 4. quod quamuis magis sit idoneus in scientia, non ideò debet præcedere alios, quorum mores sint magis cogniti, & appro-
18 bati, † nam *Concil. Trident.* inquit, non se fundat tantum in scientia, sed etiam in reliquis omnibus supradictis, & ita fuisse declaratum *per Illustriss. DD. Cardinales Concilij Trident. Interpretes* testatur ipse Gonz. *d. gl. 4. n. 112.* vbi ipsammet declaratio-
19 nem, in hæc verba refert, † *Præferendus est minus Doctus, modo idoneus, quando eius mores sunt noti, & approbati, Doctiori, cuius vita ignoratur*; Et ratio esse potest, quia vt idemmet Gonzales notat in suo elegantissimo glosemate quod facit *super reg. 8. Cancellariæ, quæ hodiè est nona*, propter

pter eã; quam secundo loco addidit S. D. N. Vrbanus diu; prouí Papa VIII. beneficia incompatibilia circa dimittẽda *d. gl. 4. n. 119. vbi quamplura alia dicit, & allegat*
20 *Doctores*, † posset quis in vno examine apparere magis doctus, ex fortuna puncti assignati, vel quæstionis propositæ, cum re vera, sit minus doctus, & è conuerso, vt per *text. in l. vnica. C. de Athletis. lib.* 10. & ibi *Barthol. num.* 2. *& Angelus, & Platea* tenentes quod propterea deberet quis ter examinari vt idoneus dignoscatur, & victoriam mereatur; plura tradit Tiraquel. *de pœnis temperan-*
21 *dis caus.* 51. *num.* 59. † vbi etiam dicit, quod non sufficit, vt quis, semel in vno actu sit vir probatus, sed vt sæpissimè in pluribus, diuersisq. actibus perspectus, exploratusq. sit; facit *tex. in proœm. instit.* ¶. *cumque hoc*, ibi, *iam ex multis rerum argumentis accepimus, & ibi glosa, & Io. Faber.* neque vna hirundo facit ver. *Bald. num.* 1. *in l. iura constitui.* 3. *ff. de legib.* quos citat Gonzal. *d.*
22 *glos.* 4. *à num.* 121. † vbi etiam *num.* 132. notat quod in proposito nostro, quamuis Concil. dicat quod Episcopus, quando est in fieri, eligat quem cæteris magis idoneum iudicauerit; facta tamen iam electione per Episcopum, facienda est interpretatio ad fauorem Episcopi, quasi omnia considerauerit, & magis idoneum arbitrio suo elegerit, tum vt electio sustineatur, & actus valeat *per l. quoties in omnibus.* 8. *ff. de reb. dub. l. quoties in stipulatio-nibus* 180. *ff. de verb. obligat.* Rot. *decis.* 15. *num.* 1. *de concess. prabend. in nou.* Cassador. *decis.* 21. *num.* 1. *de prabend.* Caputaq. *decis.* 271. *num.* 7. *par.* 3. & alij quos citat Gonz. *d. glos.* 4. *n.* 132.
23 tum † etiam, vt minus recedamus à iure communi, à quo omnis Cõstitutio recipit interpretationem *l.* 2. *C. de non. cap. cum dilectus, & ibi glos.* verb. *iure communi.* 8. *de consuetud.* Roman. *consil.* 328. *num.* 10. vers. *si verò.* Cassador. *decis.* 36. *num.* 7. *super reg.* Gonz.
24 *d. glos.* 4. *num.* 135. † attestando *in eadem glos.* 4. *num.* 114. Rot. in term. d. Concil. Trident. dixisse *in vna Beneuentana Parochialis.* 13. *Iunij* 1590. *coram R. P. D. Orano*, & in alia *nullius concursus, coram fal. record. Greg. XV. tunc Rotæ Auditore*, quod, duobus approbatis per examinatores, pro æquè idoneis in scientia, electio vnius facta per Ordinarium erat bona, legitima, & canonizanda, quamuis non esset Sacerdos, nec Doctor, nec pau-
25 per, † quæ planè qualitates quãuis sint consideratione dignæ. Abb. *in cap.* 1. *num.* 1. *&* 3. *de maior. & obed. Lambertin.* late *de iurepatr. lib.* 2. *par.* 3. *quæst.* 5. *art.* 3. *cum seq. & art.* 12. nihilominus non faciunt aliquẽ digniorem pro gubernanda parochia;
26 nam, † vltra doctrinam, considerandi erant etiã mores, prudentia, & cætera, quæ dixit Rot. *in prainserta decis. Rauenn. ten. coram Card. Arigon.* nam plurimum interest habere notitiam pristinam non modo de sciẽtia, & literatura,

verum etiam de vita, moribus, & alijs requisitis, vt obseruat Gonz. *ibi num.* 118. ac proinde cum Ordinarius elegerit vnum ex æquè approbatis in scientia, præsumitur cognouisse in illo maiores qualitates circa mores, prudentiam,
28 & alia necessaria, † quo fit, vt præsumendum sit pro iudicio Episcopi *c. in præsentia. 6. de renunc. c. pastoralis. in fi. 5. de caus. possess. cap. sicut. 16. de sent. & re iud.* quæ allegat Gonz. *d. glos. 4. n.* 117.
29 quippequi † potest Epis. se informare ex varijs animi sui motibus, pensatis, & consideratis omnibus Garz. *d. c.* 2. *n.* 25. *vers. & quod ideo*, post Gonzal. *vbi sup.* quod
30 tamen † iudiciũ debet esse rationabile, nam quamuis relinquatur iudicio Episc. an quis sit magis idoneus, hoc procedit dumtaxat quatenus Episcopus rectè iudicauerit *Abb. n. 6. in c. cum autem.* 24. *de iurepatr.* cum alijs citatis per Gonz. *d. gl.* 4. *n.* 143. secus quando constat de iniqua, & irrationabili electione, ita decidit Rot. *in vna Tudent.* 18. *Aprilis* 1603. *coram Illustriss. Sacrato* in qua resolutum fuit, *electionem factam ab ordinario Tudent. ad fauorem cuiusdam sui familiaris, esse irrationabilem, & reuocãdam, & Parochialem adiudicandam cuidam Doctori Scobar appellãti vti magis idoneo, & maiores qualitates habenti* de qua decis. meminit Gonz. *d. glos.* 4. *n.* 143. & post eum
31 *Garz. d. c.* 2. *n.* 251. *p.* 9. † Quod autem iudicium Episcopi debeat esse rationabile, sonat tex. d. Pianę constit. ibi, *consilito de prioris eligentis irrationabili iudicio*: nam illa verba ponuntur conditionaliter, vt obseruat Gonz. *in d. gl.* 4. *n. . . per l. Lucius, & ibi not.* 81.
32 *ff. de condit. & demonstr.* † Et adeo præsumitur pro iudicio ordinatij, vt Rota *in vna Camarin. concursus* 19 *Decembr. corã R. P. D. Ottembergo, quæ est decis.* 223. *Farinac. inter decis. Criminales,*
33 non † attenderit obiectionẽ quam faciebat quidam oppositor contra mores electi, vbi allegabat quod ipse electus erat diffamatus de fornicatione, & afferebat relatio-
34 nem Vicarij, † quia literis assertiuis nõ creditur *Rot. decis.* 11. *n.* 1. *de iurepatron. in nou.* ac proinde proposito casu, vt ibi, in quo apparet Claudium reportasse approbationem Episcopi vti magis idoneum, necnon, & sententiã Vicarij Vrbis, non obstante quod Andreas contra ipsum, & eius mores, & vitam obijceret, *DD. censuerunt*
35 *eas confirmãdas*, † *quia pro Episcopi iudicio præsumitur*, c. in præsentia. de renunc. *nisi ostendatur dolosum, & irrationabile, vt fuit dictum* in Rauennat. Paroch. 2. Decembr. 1597 coram Illustriss. Arigonio, & in Pampilonen. 12. Decembris 1597. coram R. P. D. Litta & in vna nullius Parochialis, seu concursus 4. Decembr. 1600. coram fęl. rec. Greg. XV. *præsertim in casu isto, in quo cõcurrunt suf-*
36 *fragia examinatorum*, † *quibus etiam in materia morum Concilium plurimũ defert, vt fuit ponderatum* in Tudent. Parochialis. 28. April. 1605. coram Cardin. Sacrato; *necnon aliorum Episcoporum*

rum testimonio, in quorum diœcesibus, honestè vixit, & quidem longè ante tempus cōcursus data.

37 *Et re ipsa nulla prafertur qualitas, qua Claudius ab Andrea superetur, quia potius Claudius, multis nominibus Andream superat, cum ille sit Clericus diœcesanus, Seminarij Clericorū dictæ Ciuitatis alumnus, per plures annos inseruierit Ecclesiæ Cathedr. exercendo officium magistri ceremoniarum, & curati; alter verò Diœcesis Auximana* Paris. cōs. 38. n. 13. lib. 4. Dec. cons. 542. num. 13. Rocch. de iurepatr. *in verb.* honorificū. n. 45. *deinde Claudius nullum habebat beneficium, aduersarius verò Canonicatū Calderola obtinebat* c. is, cui de præb. in 6. decis. 26. *in vers.* item si aliquis, eod. tit. in nou. *fuit dictum* in Calaguric. dimidiæ portionis. 19. Ian. 1596. coram R. P. D. Pegna.

38 *Denique Episcopus, non contentus ordinaria diligentia, per secretam etiam inquisitionem, de ante acta eius vita, moribus, & prudentia, animū suum instruere voluit, & sic de illo magis informatus, meritò illm pratulisse videtur, prout consideratum fuit* in d. Rauennat. Parochialis.

39 *Non obstat obiectus, & diffamatio commissa fornicationis per Claudium dum ageret in Ciuitate Burgi S. Sepulchri*, ex cons. Calder. 9. de probat. *non enim probatur ex deductis, nisi quod fuerit deprahensus cum quadam muliere, & sic solum præsumptiuè, quod non sufficit ad hunc effectum, vt fuit dictum* in Lucana Parochialis. 12. Maij 1603. coram R. P. D. Penia.

40 *Nec sufficit relatio Vicarij, quia huiusmodi literis assertiuis non creditur* Rot. decis. 11. n. 1. de iurepatr. in nou. *eoq. minus, quia diffamatio non fuit in loco cōcursus, & per plures annos concursum præcessit; quo casu, etsi nōdum fortè completum est triennij tempus, præsumitur mutatio.* §. si verò intra triennium, auth. de monachis decis. 162. n. 20. *& cessat scandalum propter locorum distantiam, & probatur mutatio, ex literis Episcopi Burgi S. Sepulchi, & Episcopi, Capituli, & communitatis Camerin. quæ tollunt omnem maculam, quæ potuisset oriri ex diffamatione, fuit dictum* in Lucana Paroch. 15. Iunij 1601. coram R. P. D. Decano, & in ead. 12. Maij 1605. coram R. P. D. Penia.

41 *Non obstat familiaritas ordinarij, quia non probatur, licet probetur de aliquo seruitio*, c. fin. de verb. signif.

42 *Nec facit quod Andreas prouocat ad nouū concursum, quia hac ratione semper esset danda appellatio, etiā si non doceretur de irrationabili iudicio* Episcopi, *cōtra expressum tenorem constit. Pij V. qua nō simpliciter cōcedit appellationē, sed tunc demū, quādo dolosè, & irrationabiliter iudicatur vt aliàs fuit resolutū* in d. nullius Paroch. coram fel. rec. Greg. XV.

43 Hinc Marescot. *var. resol. par. 1. c. 52. n. 24.* dixit debere liquidò cōstare de irrationabilitate, & dolo Episcopi, quod etiam notat. Garz. *d. c. 2. n. 252.* vers. *secundo*, ibi, quod

per examen factum coram iudice
appellationis, & eius examinato-
ribus, constat de mala electione, &
irrationabili iudicio Episcopi, re
ipsa, nã vbi adest dolus, & irratio-
nabile iudicium ordinarij, quãuis
multę sint qualitates, propter quas
aliquis esset reputãdus magis di-
gnus, & essent tales, quas si ordi-
narius non attendit, eligendo aliũ,
dũmodo sit idoneus, & dignus, ma-
le faceret, non tamen annullabitur
electio *Dec. in cons. 129. vol. 1.*
44 Sed difficultas versatur non mo-
dica in dignoscẽdo quisnam dica-
tur, & sit magis dignus, ad quod
dilucidandum, quamuis Gonz. *in
d.glos.4. n.145.* dicat quod ad hoc
multũ valet iudicis superioris ar-
bitrium, *per Bal. in c. si pro debi-
litate n. fi. vers. quaero igitur quae
personae dicantur dis. c. 3. de off.
deleg. quae Mandos. citat in l. si
pro debilitate Gonzal. vbi supra
Tiraquel. de nobil. quaest. 10. num.*
12. Menoch. *de arbitr. l. 2. cent. 1.
cas. 67. num. 3. & cas. 69. num. 4.*
45 nihilominus † huiusmodi arbitriũ
regulandum erit, vt magis respi-
ciat vtilitatem Ecclesiae, nam in
materia prouisionum beneficiorũ,
46 vtilitas † Ecclesiae est praeferenda
omnibus alijs qualitatibus prae-
sentati; *Marescot. var. resol. p. 1.
c. 52. n. 26.* vbi etiam expressè dicit
47 *n. 25.* † quod is reputatur magis
idoneus, de cuius moribus & alijs
requisitis Episc. est melius infor-
matus, & qui etiã habitat in loco
beneficij, & potest residere, & pro-
uidere necessitatibus Ecclesiae tã-
quam magis vtilis, & *in vna Cal.
benef. 20. Feb. 1587. corã Illustriss.
Seraph.* quae est *decis. 767. n. 1.* di-
ctum fuit, *quod in materia proui-
sionum beneficiorum, regula est,
quòd non habens beneficium prae-
ferendus est ei, qui habet* per c. is
cui de praeb. in 6. Rot. decis. 26. n. 2.
eod. tit. in nou. Host. in c. tuã. & ibi
But. de aetat. & qual. *Rocc.* de iure-
patr. *in verb.* honorificum q. 15.
Lamb. l. 2. p. 3. q. 5. art. 13. in princ.
& in eadem decis. n. 2. dictũ etiam
48 fuit, † *quod is habetur pro magis
idoneo, qui dispensatione nõ eget
Dec.* cons. 542. n. 14. cum alijs, *&
quod vbi requiritur seruitiũ per-
49 sonale, † habilior iudicatur ille,
qui vnicum tantum habet benefi-
cium, quam is, qui plura obtinet,
vt fuit resolutum* in vna Calagur.
de Illardaccia coram R. P. D. Ro-
busterio. Rebuff. in Concor. tit. de
elect. in glos. idoneorum propè fi.
50 *quia † in materia concursus prae-
ferendus est ille, qui caret benefi-
51 cio, † quia singulis singula sunt
beneficia conferenda* Conc. *Trid.*
sess. 24. cap. 17. *prout simoniacus
nedum indignus redditur is, qui
iniret pactum cum beneficiatis
de releuando eos indemnes ab om-
ni damno, & interesse, ob rece-
ptionem de eo faciendam, vt fuit
resolutum* in d. decis. 767. num. 4.
& in alia Astoricen. coram d. Ro-
busterio. & in alia Salamantina
coram D. Vicecomite. *Lambert.
de iurepatron. par. 1. l. 2. quaest. 9.
52 art. 11. alleg. per decis. 767.* † quod
etiam locum habet in eo, qui ali-
quid donauit, aut alias metum in-
cussit illis, qui volebant cõcursum
subire, mediante pecunia data po-
tẽti, vel alij, vt metũ inferat oppo-
sito-

sitoribus *Barbosa alleg.* 60. *n.* 54. *par.* 3. *de off. & potest. Episc.* & ego eleuaui *infrà req.* 15. *dub.* 3. & ex his enodatum remanet dubium. Si quis adhuc sitit, recurrat ad vberes fontes Gonzal. *d. gl.* 4. *& Garz. d. c.* 2. *p.* 9. *in locis pra-*
53 *citatis*, † & his addat, quæ tradit idem Garz. *de benef. par.* 7. *c.* 7. *num.* 50. vbi dicit, quod quis graduatus etiam sine scientia competente potest obtinere beneficium, vel dignitatem, quæ requirunt gradum, quia, inquit, re vera iste graduatus est licet indignè, & nihilominus gaudet priuilegijs graduatorum, vt contra Barbat. tenet Aretin. *in cap. clerici.* 8. *de iudic. & ibi Felin. num.* 2. *&* 3. *& in rubr. de maior. & obed. num.* 4. & in proposito Azor. *lib.* 6, *par.* 2. *cap.* 6. *quæst.* 1. cum alijs citatis per ipsum Garziam, vbi
54 etiam *num.* 51. *cum d. Azor.* † dicit sufficere, & valere in eo adeptionem Episcopatus, si promotio ad gradum doctoris, vel licentiati non fuit ipso iure irrita, quamuis iudicis sententia rescindi potuerit; quæ planè si faciant consideret, mihi autem satis sit dubium excitasse, & prout potui soluisse.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Possunt recusari examinatores, & si recusatio non admittitur, potest appellari.

1 DVbitatur tertiò, an possit recusari aliquis examinator Gonzal. *in glos.* 9. *§.* 1. *in annot. nullit. num.* 186. concludit affir-
2 matiuè; † imò amplius dicit; quod si non admitteretur recusatio iusta recusationis causa intercedente, posset appellari *ad trad. per Abb. num.* 14. *in fi. in c. quia propter.* 13. *de elect.*

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Appellatio à reprobatione examinatorum datur tantum deuolutiua non autem suspensiua, & conciliatur declaratio, per quam apparet non dari appellationem etiam deuolutiuam, vt intelligenda sit ad effectum infringendi prouisionem Episcopi, ad quem effectum non datur etiam deuolutiua: & vbi datur appellatio interponitur ad Episcopum, qui est superior examinatorum, nisi reprobatio facta esset de voto Episcopi.

1 DVbitatur quartò, an detur appellatio à reprobatione
2 examinatorum Garzia, † *in suo tract. de benefic. cap.* 2. *num.* 239. *&* 252. *vers. quartò & vltimò*, dicit quod à relatione examinatorum primæ instantiæ non datur appelllatio etiam deuolutiua, *vt in d. cap.* 18. *Concil. Trident. vers. nec prædictorum examina-*
3 *torum sess.* 24. † at verò à relatione examinatorum secundæ instantiæ, nimirum quando prouocatum fuit ad nouum examen propter malam Episcopi electionem, dicit quod in effectu datur appellatio
4 etiam suspensiua, † quippe quę sen-

tentia iudicis appellationis fundatur in relatione examinatorum, ac proinde, sicut potest appellari ab huiusmodi sententia, ita etiam, inquit, ab ipsa relatione super qua ipsa fundatur, iuxta constitutionem Sanctæ memoriæ Pij V.
5 ad † quod habemus declarationem Sacræ Congregationis, quam ipse refert, in hæc verba. *Ex bulla Pij V. quæ incipit*, in conferendis, *Congregatio respondit, non dari appellationem à reprobatione examinatorum, sed dumtaxat à mala ordinarij electione*,
6 & † Rot. in vna Lucana plebis, seu Parochialis. 8. Iunij 1571. coram
7 Illustris. Lancellot. resoluit; † *Relationem examinatorum non posse suspendi per appellationem quominus ex ea fiat institutio*, ex
8 Concil. Trident. † *licet secus de institutione facienda vigore iurispatronatus, & non relationis*. Sed videntur circumferri nonnullæ contrariæ declarationes eiusdem Sacræ Congregationis, & potissimum duæ, quas de verbo affert Garz. *in addit. ad hoc cap. 2. par. 9. in num. 245. in vna Vrbinat. 4. Maij 1592.* quæ sic ait. Congregatio Concilij censuit à reprobatione examinatorum dari appellationem ad effectum deuo-
9 lutiuum à die scientiæ, † & alia 7. Augusti, quæ ait: Congregatio Concilij censuit à reprobatione examinatorum, qui aliquem ex concurrentibus ad Parochialem Ecclesiam vacantem minus idoneum renunciarunt, dari appellationem ad effectum deuolutiuum
10 non autem suspensiuum. † Sed respondet, & concordat vt istæ declarationes intelligantur ad effectũ vt reprobatus declaretur idoneus ad Parochialem, & auferatur nota, seu infamia ex reprobatione illicita, pro cuius intelligentiæ confirmatione adducit aliam declarationem eiusdem Sa-
11 cræ Congreg. quæ ait † *Congregatio Concilij censuit reprobato ab examinatoribus non dari appellationem ab electione Episcopi, qui elegit approbatum ab examinatoribus, sed à reprobatione examinatorum ad effectum deuolutiuum non autem suspensiuum*;
12 illa † verò per quam decisum est non dari appellationem etiam deuolutiuam à reprobatione examinatorum intelligenda est, inquit, ad effectum infringendi electionem, & prouisionem Episcopi, & vt sibi Parochialis conferatur ad quem effectum non datur appellatio etiam deuolutiua à reproba-
¶ tione examinatorum. [Facit *decis. 625. apud Farinac. in Calagurit. benef. 8. Februarij 1591. coram Penia in nou. nouiss. n. 1. & seq.* vbi quod maior habilitas præsumitur in graduato, & quod non graduato non datur nouum examen cum renunciato habili explicando dictum Lap. & Gemin. *in cap. si fortè. de elect. in 6.* vbi dicunt quod recusans semel subire examen potest deinde ad illud admitti, vt loquantur cum agitur solum de probanda habilitate, secus si tractaretur de probanda maiori habilitate in concursu, & maximè
13 si lapsi essent aliquot anni; † prout è contra breuitas temporis facit ces-

cessare præsumptionem, quod habilitas fuerit acquisita per nouum
14 studium: breue † autem tempus fuit arbitratum xv. mensium: *Rot. in Calagurit. beneficij. 1. Februar. 1612. coram Greg. XV. est decis. 538. num. 4.* & vidi ita concedi nouum examen *in vna Aquensi Præpositura de Sezzadio*, & ego fuit executor compulsorialium ad tradendum acta concursus, qui planè laborabat nullitatibus, & illam fecit ansam huic praxi.]

15 Appellatio autem vbi dari potest à reprobatione, vt dictum est, poterit interponi ad Episcopum, qui est superior examinatorum, vt cum alijs examinatoribus Synodalibus eum examinet, nisi fortè reprobatio facta esset ex voto Episcopi, vtpotè quia examinatorum vota erant paria vel singularia, & Episcopus accessit reprobantibus; tunc enim cum appelletur etiam ab Episcopi reprobatorio voto, siue accessu ad reprobantes, appellandum proinde erit ad Superiorem.

16 Materia appellationis in causa reprobationum quàm sit practicabilis, & scitu digna nemo non ignorat, quamobrem hic nonnulla dubia magis practicabilia excitaui, in reliquis consulendus erit Garzia vbi supra.

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

***Appellatio à reprobatione examinatorum prima instantia in simplicibus datur quia dispositio* Concilij locum habet tantum in parochialibus, & dispositio eiusdem Conc. sess. 7. c. 13. intelligitur ad effectum euitandi examen, non autem vt non possit appellari à mala relatione, & grauamine.**

1 Dubitatur quintò, an sit indistinctè verum quod non detur appellatio à reprobatione exa-
2 minatorũ primę instantię † *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 242.* hoc explicans dicit, quod appellatio non datur à reprobatione examinatorum primæ instantiæ solum in curatis, seu Parochiali-
3 bus; † secus verò in simplicibus, in quibus licet præsentati, vel nominati seu electi à quibusuis personis Ecclesiasticis non debeant institui nisi prius fuerint ab ordinarijs examinati, & idonei reperti, *vide infra dub. 15. n. 3. hoc req. & re-*
4 *quis. 10. d. 1. n. 3.* † & nullo appellationis remedio se tueri possint, quominus examen subire teneantur, vt *in c. 13. sess. 7. Conc. Trid.*
5 à † relatione tamen, & reprobatione examinatorum datur appel-
6 latio etiã suspensiua, † quod etiam ante eum tradiderat Gonz. *in annot. nullit. glos. 9. §. 1. n. 184. & seq.* innixus decis. Rot. *in vna Calagurit. de Amarita. 21. Nouembr. 1575. coram R. P. D. Cantuccio*, quæ est 10. *impress. par. 2. diuers.*
7 vbi † dictum fuit, *quod datur appellatio à mala relatione, & grauamine examinatoru n in non approbando aliquem ex oppositoribus ad beneficium patrimonia-*
8 *le*, † & quod *non obstat ad hoc dispositio* Concil. Trid. sess. 24. c. 18.

 vers.

vers. nec prædictorum examinatorum, *quia illud procedit dumtaxat in Parochialibus non autem in simplicibus patrimonialibus*;
9 *minusq.* † *obstat idem* Conc. sess. 7. c. 13. vers. & nullus appellationis, *quia licet non possit appellari ad effectum euitandi examen, vt ibidem cauetur; à mala tamen relatione, & grauamine non tollitur appellatio, & secundum hanc distinctionem procedit Conc. Trid.* sess. 25. c. 9. vers. ad hæc. Hæc sunt verba ipsius decis. [Sed in terminis beneficiorum patrimonialium est *decis.* 515. & 538. *Greg. XV. n.* 5. quod à relatione examinatorum potest appellari, quæ tamen conclusio fallit in concursu ad Parochiales, vt notat Beltramin. *ad decis.* 115. *n.* 3. & ita debent intelligi *decis. Rot.* 15. *Iunij* 1612. *coram Illustris. Coccino.* 9. *Febr.* 1610. *coram Illustris. Pamphil. Gonzal. in annot. glos.* 9. *num.* 133. *Garz. p.* 9. *c.* 2. *n.* 242.]

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Appellatio à relatione examinatorum datur in Parochialibus patronatis laicorum, quando vnus tantum est præsentatus.

1 Dvbitatur sextò an Concil. Trid. *sess.* 24. *c.* 18. quatenus impedit appellationem à reprobatione examinatorum, vti diximus in antecedenti dubio, locum etiam habeat in Parochialibus iurispatr.
2 laicorum. † Garz. *de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 245. putat dari appellationẽ ab huiusmodi relatione examinatorũ quando vnus solus est præsentatus, nec habet locum concursus, vti planè est in beneficijs, etiã paro-
3 chialibus iuspatr. laicorum, † idq. ea potissimũ ratione quia ex præsentatione acquiritur ius ad rem;
4 & † Gonz. *in annot. nullit. gl.* 9. §. 1. *n.* 187. attestatur fuisse decisum *in vna Calagurit.* 28. *Iunij* 1608. *coram Penia*, quẽdam Didac. Lop. pro quo ipsemet Gonz. scripserat, potuisse appellare à grauamine examinatorum in non approbãdo illum ad curam animarum, vt ipse dumtaxat esset præsentandus, & instituendus, iuxta formam Constit. Clem. VIII. super prouisione beneficiorum Diœc. Calagurit. æditę, &
5 emanatæ; † & inquit quod huiusmodi appellatio causauit attenta-
6 ta; † addens quod à fortiori, appellatio locum haberet si cessante calumnia esset interposita à declaratione, vel non declaratione, quod aliquis ex oppositoribus sit, vel nõ sit filius patrimonialis. *D. Barbosa in collect. ad c.* 4. *de iurepatr. n.* 3.

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Appellatio à reprobatione examinatorum datur in prouisis in forma dignum.

1 Dvbitatur septimò, an Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 18. in materia appellationis à reiectione examinatorum locum habeat in pro-
2 uisis in forma dignum. † Garzia *de benef. p.* 6. *c.* 2. *num.* 75. tenet affirmatiuè, non obstante dicto Concilio Trident. & stante etiam

Con-

3 Constitutione Pij Quinti, † quia hoc procedit tantum in examine in concursu, etiamsi vnus tantum
4 sit oppositor, † secus tamen in examine, in forma *dignum*, quando reiectus prætendit se grauatū, quia tunc potest, inquit, rectè appellare saltem ad effectum deuolutiuum, ex quo habet ius considerabile ad Parochialem. Rot. *in vna Mutinen. Canonicatus* 13. Iunij 1614. *coram V baldo*, quę est *decis.* 560. *n.* 3. *apud Farinac. in nouiss. tom.* 2.

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Appellatio datur ad Metropolitanū à declaratione Ordinarij, qui tāquam delegatus Apostolicus declarauit pro executione literarum, vel è contra.

1 DVbitatur octauò, ad quem sit appellandum. Garz. in terminis literarum executorialium, *p.* 6. *c.* 2. *n.* 72. *& p.* 7. *c.* 2. *num.* 71.
2 *de beneficijs*, † dicit quod cum adest legitimus contradictor cessat terminus 30. dierum, & via executiua, quia tunc executor tenetur assumere partes iudicis; iuxta notata per Doct. communiter *in c. fin. de præsump.* & obseruat Garz. *d. c.* 2. §. 1. *n.* 110. *p.* 7. vbi quamplures ad hoc cumulat, & latè hoc discutit, dicens *ibid. n.* 112. quod datur appellatio etiam suspensiua in eo casu, & ideo dicit quod non potest recurri ad secun-
3 dum executorem; † appellatio nihilominus datur à declaratione ordinarij, qui tamquam executor, & delegatus Apostolicus pronunciauit non esse locum executioni literarum Apostolicarum, ex eo quod non repererit impetrantem idoneum, vel aliàs literas fuisse subrepticias; & huiusmodi appellatio, inquit, datur ad Metropoli-
4 tanum, † pro quo allegat declarationem Sacræ Congregationis in hæc verba. *Et qui exhibuit bullā Parochiæ sibi resignatæ Episcopo Cesenaten, & reiectus est ab examine, de quo fidem examinatorū affert, visum est dandum appellationi ad suffraganeum Rauennaten.* quam declarationē affert etiā Paris. *de resignat. lib.* 10. *quæst.* 7. *n.* 25. & eam rationem considerat Garz. *d. c.* 2. *n.* 75. *p.* 7. quia reiectio seu reprobatio necessariò fit ex voto examinatorum, qui in suo ministerio non funguntur auctoritate Apostolica, & ideo inquit potest ab illa appellari ad Metropolitanum; sed iam, in terminis nostri casus, superque clarum textū habemus in dicta Constitutione Pij Quinti, vers. *ijs vero*, quæ dat facultatem appellandi ad Metro-
5 politanum, † si verò reiector sit ipse Metropolitanus, vel aliàs Episcopus exemptus, appellatio tunc datur ad viciniorem Episcopum, vel ad sanctam Sedem.

DVBIVM NONVM.

ARGVMENTVM.

Executio, & processus secundi executoris, cui nō constat de negligētia prioris, nō valet, nā agitur nā

de

de consolidanda iurisdictione seu accrescendo exercitio, sed de danda iurisdictione.

1 Dubitatur nonò, sumpta occasione ex antecedenti dubio, in quo dixi cessare terminum 30. dierum, legitimo existente cõtradictore, dubitatur, inquam, an data in veritate negligentia primi executoris, processus, & executio secundi executoris, cui de negligentia primi non constat, valeat. Garzia *de benef. p. 6. c. 2. n. 91.* hoc dubium excitat, & ego libenter huc refero quia vtile, & frequens est, nec piget responsionem
2 illius de verbo inserere, † dicit igitur quod videtur dicendum valere attenta veritate, quamuis malè egerit, *ex decisione Rota 1. de probationibus in antiquior. & 4. de officio delegati in nou.* Egid. *decis.* 359. Roman. *singul.* 13. Fel. *in cap. sciscitatus n. 12. & 14. vers. est tamen casus 13. de rescript. & n. 29. in c. cum ex officij 16. de praescrip.* Millis *in repert. verb. Iudice deleg. si fuit plures.* Curt. Iun. *consi.* 63. *n.* 11. vbi habetur, quod exequutio gratiae, ab vno ex exequutoribus datis cum clausula, *quod si non omnes*, facta non constito de impedimento alterius valet, dummodo postea de illo constet, quod non solum in beneficialibus, sed etiam in alijs delegatis, *cum dicta clausula* procedere tenet Felinus *in d. c. sciscitatus n. 12.* vers. *sed dicas regulariter, & n. 14. in princ. 13. de rescript.* & addit. *d. decis. 4. de officio delegati in nou.* ex ratione, de qua per eos ibi.

3 Facit etiam decisio 16. *de praebendis in antiquis*, quae ait, quod valet prouisio facta ab executore, de beneficio vacante, licet ignoraretur vacatio *Franc. sub n. 10. in c. susceptum de rescrip. in 6. & Fel vbi supra.*

4 Nihilominus in proposito contrarium est verius, & videtur tenere Rota, *in decis. supra relata*, 5. *dubio n.* 61. & Zechus, *de beneficijs, & pensionibus Ecclesiast. c. 9. n. 8.* nam licet non agatur de consolidanda iurisdictione, seu accrescendo exercitio, vt in dicto casu de exequutoribus, seu delegatis datis, cum clausula *quod si non omnes* sed de danda iurisdictione, & potestate, quae non datur nisi sub conditione, si primus fuerit negligens, & infra 30. dies non cõtulerit; & ideo de ea debet prius constare *Felin. in d. n. 12. vers. primò quando verificatio in c. sciscitatus 13. de rescript.* Ant. Gabr. *de execut. rei iudic. conclus. 3. n. 19.* qui tamen plures malè allegat.

5 Non tamen requiritur quod secundus executor requirat primũ, & ei terminum assignet ad exequendum, & quod eum citet quidquid dicat *Flores q. 4. n. 65. & seq.* sed sufficiet quod ex actis, quae transmitti mandabit, constet de praesentatione literarum, & requisitione facta per partem, & executio non appareat facta.

6 Et idem Garzia *c. 2. n. 61. p. 6. de benef.* dicit quod iurisdictio data secundo executori, seu secundo delegato, in terminis executorialiũ est conditionalis, si primus executor fuerit in mora, ad ea, quae habentur

bentur *in cap. si capitulo 5. de conceß. præb. in 6.* vbi *Anchar. n. 21. Rebuff. in concordat. in forma literarum executorialium*, verbo *recusauerint*, & verbo *distulerint* de qua negligentia debet secundo constare prius quam procedat, vt
7 aliàs fuit decisum *in Rota*, † & sic iurisdictio data secundo, si primus infra 30. dies non contulerit, censetur data, vbi primus negligens fuerit, vel per eum steterit quin executioni literæ demandentur, & sic si primus denegat executionẽ, sub prætextu subreptionis literarum, vel quod non est idoneus, & huiusmodi, si sentit se grauatum ex tali sententia, debet appellare, non autem recurrere ad secundum executorem, cuius iurisdictio expirauerat; & ita fuisse resolutum, *in vna Bergomen. Parochialis*, 25. Febr. 1578. coram Oriolen. *& in causa Caputaquen. beneficij*, 13. Martij 1595. coram Corduba, & dictum fuit, *in vna Palent. Prestimon.* 26. Aprilis 1599. coram Corduba, quam de verbo refert Garzia *n. 62. c. 2. p. 6. & in vna Tirasonen. Capellaniæ*, 7. Maij 1600. coram Pamphilio, quam pariter de verbo refert; Addens *ibid. n. 64.* quod prouisus in dicto casu à secundo executore non videtur iuuari regula de triennali, ex quo non habet titulum à Commissario Apostolico, nec ab Ordinario, & sic non habet titulum coloratum.

8 Prosequens *ibid. d. c. 2. n. 65. p. 6.* dicit, quod contra prædictam resolutionem non obstabit dicere, quod, in casu *d. c. si capitulo. 5. de conceß. præb. in 6.* executor datur expresse in casu negligentiæ, vt apparet ibi, *ac executori, qui eodem capitulo negligente, mandatum Apostolicum exequatur*; in proposito autem casu datur simpliciter secundus executor, in casu, quo primus non contulerit intra 30. dies, non facta mentione de negligentia, quia respondetur, quod dicere, *quod si primus infra 30. dies non contulerit, illis elapsis secundus conferat*, nihil aliud est, quam dicere, *quod si primus fuerit negligens in conferendo infra 30. dies, secundus conferat*, nam,
9 inquit, clarum est, † quod dictus terminus 30. dierum statuitur Ordinario primo executori, non in fauorem ipsius, sed in odium negligentis, sicut semestre præfixum Ordinarijs ad conferendum, vt in *c. quia diuersitatem 5. de conceß. præb.* vbi doct. & in *c. 2. tit. eod. c. licet. 3. de supplen. neg. prælat.* Frãc. num. 3. *in c. statutum 3. de præb. in 6.* aliàs dicendum esset quod etiam si staret per primum executorem quin literæ executioni demandentur, curreret tempus, quod tamen apparet esse falsum.

10 Quod etiam constat natura huiusmodi literarum, quæ planè dicuntur executoriæ *vt in d. Const. Pij V.* ad effectum, vt in defectum, & negligentiam primi, secundus exequatur; & non sunt, nec dici possunt literæ delegatoriæ appellationis; nam d terminus 30. dierũ statuitur ordinario primo executori, in odium negligentis, & in eius defectum datur secũdus executor, & non in gradu appellationis.

Nec

15 Nec obseruantia, & consuetudo contraria iuuabit ad validitatem prouisionis factæ à secundo executore in d. casu, quo fit, vt si officialis, cui primæ literæ in forma *dignum* directæ sunt, non potest illas exequi, fortasse quia erat mortuus Episcopus, & sic vacabat sedes, vel quia erat intrusus, vel aliàs legitimè est impeditus, non poterit secundus executor procedere ad executionem, cum tunc non detur negligentia primi. Garzia *d.c.2.n.65. vsque ad 70. & per totum vbi latè* de executoribus, & executorialibus, & amplius d. n.70. respondet *ad cap. sciscitatus 13. de rescript. & c. prudentiam §. adijcimus 21. de off. deleg.* diuersa enim est clausula, *quod si omnes interesse nequiuerint*, de qua ibi, quippeque intelligitur de potentia tam facti, quàm iuris, & includit voluntatem. *Garzia ibidem.*

DVBIVM DECIMVM.

ARGVMENTVM.

Delegatio facta duabus dignitatibus vt simul cognoscant si vtraque dignitas sustinetur ab vna eademque persona extinguitur.

1 DVbitatur incidenter decimò sumpta occasione ex clausula, quam in præcedenti proximo dubio retuli: nempe *quod si omnes interesse nequiuerint*, an si fiat delegatio alicuius causæ duabus dignitatibus vt simul causam cognoscant, & fortè vtraque dignitas sustinetur ab vna, eademq. persona, possit nihilominus is, qui ambas dignitates sustinet causam huiusmodi cognoscere; conclusio est negatiua ex Alexandro *in l. de die §. si fideiussor in fin. 8. ff. qui satisd. cogantur per ea*, quæ apud ipsum pluribus comprobat Guliel. de cu. inducendo text. *in d.l. de die per l. pedius in fin. de arb. & l. iudicium soluitur de iudic.* cum quo transeunt alij, & notat etiam Bertachinus *in suo repert.* verbo *delegato lin.12.* qui concludunt quod huiusmodi delegatio
2 extinguitur, † cum itaque ius semel extinctum amplius non reuiuiscat *l. qui res §. aream 98. ff. de sol. l. si cum quis §. fin. 42. ff. de furt. l. cum seruus 15. de adim. legat. Paris. de resignat. benef. l. 10. q. si. n. 14.* consequenter, etiã extinguitur potestas executoris *cap. si clericus, & ibi glos.* in verb. *extinctum 11. de præb. in 6.* vbi Francus n.2. fol. 465. & ego infra requis. 7. dub. 2. ac proinde non poterit solus cognoscere quinimo nec aliũ sibi adiungere vt secũ cognoscat.

DVBIVM XI.

ARGVMENTVM.

Executor literarum in forma dignum potest moram purgare.

1 DVbitatur vndecimò an Ordinarius primus executor possit executioni mandare literas in forma *dignum*, & cõferre lapso termino 30. dierum postquam ei præsentatæ fuerunt, & sic moram purgare, an verò statim elapso termino in secundum executorem deuol-

deuoluatur huiusmodi potestas ita vt si primus velit, non possit iam parere mandato, & ad executionem literarum procedere etiam volente parte. Hanc dubitationem excitat Garzia *d. c. 2. p. 6. n.* 88. post Archid. & Franch. *in d. c. si capitulo 5. de concess. præb. in 6.* & resoluit posse, respondetq. Inn. *in c. proposuit 4. de concess. præb.* qui tenet moram non posse purgari, vt inquam opinio Inn. procedat quando secundus executor iam lapso termino pronunciauit super deuolutione, aut inhibuit primo, decretumue apposuit, aliàs secus. Faciunt, quæ dixi supra in *Prælud. 25. dub. 5. nu. 2. de affect. benef.* & dicam *requis. 7. dub. 4.*

DVBIVM XII.

ARGVMENTVM.

Executoris iurisdictio tandiu durat, quandiu durat gratia, quia in delegato iurisdictio venit non accessoriè sed principaliter. In executore verò iurisdictio venit accessoriè; & sic quamuis executor pronunciet se non habere iurisdictionem, sibi non præiudicat, secus in Delegato.

Traditur formula fulminandi processum executorialem per executorem Apostolicum ad compellendum beneficiarium vt soluet pensionem.

1 DVbitatur duodecimò quandiu duret executoris iurisdictio, & an si pronunciauit se non esse executorem amittat iurisdictionem. Breuiter concluditur cum Gigante *quæst. 91. nu. 6. post Geminian. & Francum in c. si super gratia de præb. in 6. & glos. in cap. si soli in fin. de concess. prabend. lib. eod. Fel. in c. significantibus vers. limita 4. de offic. deleg.* quod tandiu durat quandiu durat Gratia, super cuius executione datus est; quicquid sit in delegato, quia si semel pronunciet se non habere iurisdictionem illam amplius etiam de consensu partium non assumit, *cap. significantibus de offic. delegat. Gigas*
2 *d. quæst. 91. num. 6.* † ratio autem huius conclusionis est, quia in delegato iurisdictio venit non accessoriè, sed principaliter; at verò in executore gratiæ iurisdictio venit accessoriè, & propterea illius auctoritas non expirat cum talis pronunciatio ius sibi auferre non possit *Gemin. & Franc. in d. cap.*
3 *si super gratia*, † & sic tandiu du-
4 rat gratia ipsa, † nam accessorium recipit perpetuationem à principali, *text. & glos. in dict. cap. si super gratia; Gigas dict. quæst. 91. num. 4.* quod est notandum maximè in materia pensionum.

5 Declarandum tamen, vt duret huiusmodi iurisdictio, quando deputatur executor ad rem reiterabilem secus tamen si ad vnicum tantum actum deputaretur, vtpote ad conferendum vnum beneficium in aliqua vacatione, vel ad immittendum in possessionem, & huiusmodi, nam tunc cum semel esset functus officio, amitteret iurisdictionem, *Gigas de pens. quæst. 69. num. 3.*

Ab

6 Ab te etiam esse non puto hic animaduertere, quod Gigas *in d. q.69. n.4.* vtiliter obseruat, dum quæsiuit quomodo succurratur pensionario si sit absens executor literarum pensionis, & postquam dixit quod si simus in Curia Romana, vel ad eam recursum habemus, potest adiri Reuerend. D. Cam. A. Auditor vt inoleuit stilus Curiæ,& practicatur;si verò simus extrà Curiam, nec aditur ipse Reuerendiss. Auditor Cam. Apostolicæ, poterit in terminis dictæ quæstionis adiri ordinarius, qui compellat debitorem ad soluendum, non vigore mandati facti executori, sed vigore iurisdictionis ordinariæ; tandem descendit ad optimam cautelam, inquiens, quod cautius aget pensionarius, si faciat per vnum ex executoribus in literis pensionis deputatum fulminari processum super dictis literis, per quem virtute clausulæ *cæterum*, in eo contentæ poterit eligere subexecutorem quemlibet alium in dignitate Ecclesiastica constitutum; & sic, inquit, effugiet ipsam excitatam difficultatem, & ita ego practicaui in exactione pensionis à D. Præposito S. Mariæ de Curte huius Ciuitatis, attenta absentia Illustriss. D. mei, qui erat executor, innixus enim fulminato processu per Reuerendiss. C. A. Auditorem, adiui D. Vicarium nō vti ordinarium, sed tanquam subexecutorem, & compuli debitorem ad solutionem.

Porrò pensionarij illud caueant vt faciant sibi obligare beneficiarios in forma Cam. Apost. per se, & successores, & sic non erit deinde opus transmittere citat. in partibus, sed citabitur Romæ ad Dom. Procuratoris, quod vidi obseruatum in D. Leonardo Capriata viro magnæ pietatis, et virtutis, quem vnicè colo.

Formula fulminandi processum executorialem per executorē Apostolicum ad compellendum beneficiarium vt soluat pensionem.

SEbastianus &c. Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Ciuitatis A. & litterarum Apostolicarum infrascriptarum executor speci aliter deputatus &c.

Vniuersis, & singulis RR. DD. Abbatib. Prioribus, Præpositis, Decanis, vel aliàs in dignitate quauis constitutis, Canonicis tam Cathedralium, quam Collegiatarum, Rectoribus, Plebanis, & Curatis, ac non Curatis, Presbyteris, & clericis quibuscunq. & vbilibet Constitutis salutem in Domino, & nostris imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis &c.

Noueritis nuper pro parte, & ad instantiam R. D. clerici diœc. F. principalis fuisse coram nobis exhibitas literas Apostolicis reseruationis annuæ pensionis 30. ducat. aur. de Cam super Præpositura S.B. Diœc. T. per S.D.N.D. Vrbanum Papam VIII. facta vt apparet eius literis Apostolicis sub dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ Nonis Maij Pontificat. eiusdem ann.... qua-

quarum quidem literarum Apostolicarum tenor est qui sequitur videlicet.

VRBANVS Episc.seru.seru. Dei &c. & sunt literæ gratiæ.

VRBANVS Episcopus seruus ser. Dei &c. & sunt literæ executoriales.

Quas quidem præinsertas literas vobis omnibus, & singulis suprascriptis, ac vestrum cuilibet in solidum committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus quatenus eis statim visis, & receptis, etiam sub quingentorum ducat. auri de Cam. eidem Cam. Apostolicæ applic. & pro illis mandati executiui, ac in iuris subsidiũ, & quatenus opus sit, excommunicationis, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis intimetis, & insinuetis, ac notificetis R. C. Præposito dictæ Ecclesiæ S. B. diœc. T. prout nos intimamus, & intimari volumus, & mandamus per præsentes & successiuè moneatis, & requiratis 1.2.3. & peremptoriè, prout nos monemus, ac requirimus eundem R. C. ex aduerso principalem quatenus infra sex dierum spatium post præsentium executionem, quorum duos pro 1. duos pro 2. & reliquos duos dies pro 3. ac perempt. term. & Canon. monitione assignamus, & vos assignetis eidem, etiam sub iam dictis sententijs, censuris, & pœnis, debeat realiter, & cum effectu præinsertis literis in omnibus, & per omnia paruisse, & obediuisse, & pro reali, & effectuali paritione d. D. instanti soluisse, & exbursasse omnes, & singulos terminos decursos, & non solutos eiusdem annuæ pensionis, & in futurum suis loco, & tempore decurrendos, & maturandos, & quatenus opus sit eundem D. Instantẽ in eius pacifica, & quieta possessione exigendi dictam annuam pensionem om. mel. modo manutenuisse, defendisse, & conseruasse, & manuteneri, defendi, & conseruari fecisse, & vidisse, & aliud quodcunque desuper necessarium, & opportunum decerni, & relaxare vidisse, & cum d. D. Instante, qui desuper deducit omne ius, omnemq. actionem sibi desuper quomodolibet competentia, iuri stetisse, eidemq. ius, & iustitiam fieri, & ministrari vidisse non solum modo, & forma præmissis, verum etiam om. mel. modo, &c. præsentibusq. nostris monitorialibus, ac præinsertis literis Apostolicis respectiuè in omnibus, & per omnia paruisse, & obediuisse: & insuper insinuasse, & notificasse eidem R. C. quod mentis d.D. Instantis fuit, & est, vt si d.R.C. desistat aliquo quouis tempore in futurum à solutione cuiusuis termini d. pensionis, effluxis 30. diebus post quemlibet terminum in d. præinsertis literis præfixum, etiam nulla alia monitione seu interpellatione tunc sibi facta, quippequi ex nunc prout ex tunc, & è contra monetur, & monitum esse velut, & esse velle protestatur, ipso facto incurrat sententias, censuras, & pœnas in dictis literis cominatas, et inflictas, prout nos tenore præsentium, et om.

& omn. mel. modo &c. eundem R. G. monemus, & sic monitum ex tunc prout ex nunc, & è contra d. censuras, & pœnas in casu &c. eo ipso incurrere decernimus.

ALIOQVIN Præfatum R. C. sic monitum si in præmissis se fore grauatum senserit ex tunc eadem auctoritate citetis, & citare curetis, prout nos sic citamus eundem per præsentes, quatenus die prima dicti termini si iuridica fuerit, alioquin die prima iuridica exinde immediatè sequenti compareat legitimè in iudicio coram nobis in hac Ciuitate in domibus nostræ solitæ habitationis, eius prætensi grauaminis causam allegaturus, aliaque dicturus, facturus, & recepturus prout iustitia suadebit, & ordo dictauerit rationis certificantes eundem R. C. sic monitum, & citatum quod siue in in d. citationis termino compareat siue nõ, Nos nihilominus ad præmissa, & alia grauiora iuris, & facti remedia procedemus illius contumacia, vel absentia in aliquo non obstante.

Absolutionem verò in præmissis nobis, vel superiori nostro tantummodo reseruamus, de quorum præmissorum intimatione facienda eidem R. C. personaliter vel &c. ita tamen quod vna copia &c. cuicunque Notario, aut alioqui Nuntio publico, vel clerico cuiuis referenti &c. plena dabitur fides &c. In quorum &c. dat.

Forma compellendi beneficiariũ ad soluendum pensionem inuim fulminati processus per executorem Apostolicum.

PEtrus &c. Archipresbyter Ecclesiæ S. B. in hac parte merus executor electus ad exequendum infra insertas literas Apostolicas, & desuper fulminatum processum ac omni meliori modo &c.

Dilecto nobis in Christo R. C. Præposito Eccl. S. B. dioec. T. salutem in Domino, & nostris imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis &c.

Noueris nuper pro parte, & ad instantiam R. D. clerici Dioec. F. præsentatas nobis fuisse literas Apostolic. S. D. N. D. Vrb. Papæ VIII. & desuper etiam fulminatum processum infra inserta super, & pro reseruat. annua pensionis ducat. 30. *aur. de cam. sup. d. Præpositura S. B facta vt apparet ex literis Apostol. subinsertis, & subsequentium tenorum videlicet.*

Sebastianus &c. inseruntur processus fulminatus, & literæ in eo insertæ.

Post quorum quidem processus, & in eo insertarum literarum Apostolicarum præsentationẽ nos fuimus requisiti vt ad illorum executionem deuenire debeamus, te cogendo, vt realiter, & cum effectu pareas, & obedias præinsertis literis Apostolicis in omnibus, & per omnia, vt in eis; & etiam attenta tua renitẽtia, in qua etiam de præsenti perseueras in non soluendo d. annuam pẽsionẽ, seu illius decursos terminos, & signan-

signanter maturatos in S. Ioan. & Natiuitatis D. N. festiuitatibus ann. 1624. etiam post iam effluxos 30. dies post quemlibet terminum ex ipsis, debeamus contra te procedere & deuenire ad declarationem incursus sententiarum, censurarum, & pœnarum in ipsis literis cominat. & in processu inflictarum cum relaxatione cedulonum illorumque publicatione, & affixione &c. deducendo &c. citra &c. ac saluo iure &c.

Nos itaque volentes huiusmodi litteras Apostolicas, prout tenemur & illarum ratio postulat, exequi, te R.C. caritatiuè monemus, requirimus, & hortamur 1. 2. ac 3. & perempt. &c. hac vna pro trina Canon. monit. præmissa. præcipimus, ac mandamus paruisse, & obediuisse ipsis literis Apostolicis in omnibus, & per omnia, vt in eis, & pro reali, & affectuali paritione debeas d. instanti soluisse, & exbursasse term. dierum trium proximè futurorum post intim. præsentium vt infra fiendam, quorum vnum pro primo alterum pro 2. ac 3. pro vlt. ter. & perem. assignamus, omnes, & sing. ter. decursos, & non solutos d. annuæ pensionis, & signanter maturatos in S. Io. Bap. & D. N. nat. festiuitatibus anni 1624. alioquin compareas coram nobis die 1. iuridica exinde immediatè seq. post d. ter. in domibus nostræ solitæ habitat. in Ciuitate A. ad videndum, & audiendum pro executione dict. liter. Apostolic. & in vim dicti fulminati processus te declarari renitentem in non soluendo, & consequenter incursum in sententias, censuras, & pœnas in eis cominatas, & inflictas, & superinde formari, & relaxari cedulones, eosque publicari toties quoties opus fuerit in Ecclesijs, & affigi aliaque fieri, & expediri de iure &c. grauarique, & reaggrauari &c. alioquin &c. peremptoriè &c. & de intimatione fienda tibi personaliter vel &c. ita tamen quod vna copia &c. cuicumque notario, vel nuntio, siue clerico referenti &c. plena dabitur fides &c. in quorum &c. Dat. &c.

DVBIVM XIII.

ARGVMENTVM.

Executor gratiæ Apostolicæ potest citare extra diœcesim in qua ipse existit, quia executoris non dicitur citatio, sed insinuatio; secus est in delegato quia non potest citare extra suam diœcesim.

1 DVbitatur 13. An executor gratiæ Apostolicę possit citare extra suam diocesim, videtur negatiuè fore concludendum *per cap. statutum §. in nullo quoque 11. de rescript. in 6.* vbi habetur hisce verbis. *In nullo quoque casuum prædictorum iudex extra Ciuitatem, seu diœcesim, in quibus deputatus fuerit, citet partes, nec de causa sibi cõmissa cognoscat, nisi ad id expressus accesserit earũdẽ assensus, neq. alibi quã intra illas, & personis dũtaxat designatis superius cõmittat, quomodolibet vices suas,* &c. hęc negatiua,

recepta fuit in Curia Archiepisc. Neap. teste D. Aluisio Riccio, *in prax. causs. deleg. par. 1. resol. 422.* & ante eum, etiam testatus est D. Genuen. *in prax. eiusd. cur. c. 69. n. 16.* vbi etiam dicit, quod tacitus consensus partium nō sufficit *glos.* in verb. *expressus d. §. in nullo*, quia idem concludit, quando interuenit consensus vnius partis

2 tantum, † nihilominus asseueranter tenenda est affirmatiua; nam, vt subtiliter obseruat, & docet *in cons. 295. num. 3.* D. Oldr. quem

3 D. Martin. Gratus lauden. † *in suo cons. matrimoniali, quod est XV. inter cons. Zileti num. 34.* appel-

4 lat patrem legum, † *d. c. statutum 11. de rescript. in 6.* est ad declarationem, determinationem, & aliqualem correctionem *c. nonnulli 28. de rescr.* per quod statuitur, *ne quis vltra duas dietas extra suam diœcesim, per literas Apost. ad iudicium trahi possit, nisi de assensu partium fuerint impetratae, vel expressè de ipsa Constit. fecerint mentionem* cum itaque *d. c. nonnulli* loquatur tantum de iudicib. ad lites, prout etiam *d. §. in nullo* disponit tantum de iudicibus, ac propterea *d. c. statutum* locum habere non potest, nisi in casibus, in quibus ipsum *c. nonnulli* loquebatur, atque adeo nonnisi in iudicibus ad lites, *Auth. 1. de filii ante dot. Instr. nat.* & fuit hæc opinio Io. Monac. & Arch. *in d. c. statutū,* quam etiam continua cōsuetudo, & iudiciorum frequentissimus ordo complectitur, teste eodē Oldr. *ad d. l. 1. § sed, & si qua leges C. de*

5 *veter. iur. enucliand.* † quod forta sse voluit intelligere idem Genuen. *d. c. 69.* vbi vers. *existens verò* dum ait, delegatum existentem in sua diœcesi posse citare etiam extra diœcesim, dummodo nō trahat vltra vnam dietam, vt habetur *in d. c. statutum 11. de rescr. in 6. §. cum verò & §. cum autem, & c.*

6 *praeterea 5. de off. deleg.* † nec in citatione requiritur licentia ordinarij, quia delegatus citat vbiq. sicut delegās *Fel. n. 2. in c. fi. de for. compet.* vel secundum Rot. coram Illustr. Card. Mantic. bo me. decis. 352. vers. *quartò non refragatur n. 7.* vbi fuit decisum, ob rationabilem causam, propter quam in loco decreto commodè perfici nō possit à Romano Pontifice mādatum, posse extra locum decretum fieri, ne contingat mandatum Apostolicum impediri, vel differri *c. statuimus. §. idem 13. de off. deleg. in 6. Abb. n. 6. in c. constitutus 3. de fideius.* qui in specie loquitur quādo testes sunt valde distātes, & dicit hanc esse notabilem limitationē, *ad d. c. statutū. §. in nullo 11. de rescr. in 6.* & sequitur Rota coram Guidobon. decis. 117. incipiēt *iudices remissoria in fi.* quæ omnia militant, & limitant, etiam vbi agatur de iudice delegato ad lites.

7 Porrò clarius dicendum est, & apertius de executore ad gratias exequendas dato, posse illum citare extra diœcesim, vel locum, in quibus degit ipse executor, nā isti executores quamuis non sint meri executores gratię, sed habeāt causæ aliqualem cognitionem annexam, tamen decretali non angustatur

statur, quia is propriè non citat, sed insinuat. *Io. Andr. n. 6. circa med. verb citat*, & post eum, Anch. *in d. §. in nullo* vers. *1. not. Io. Andr. circa fi. in d. c. statutum* 11. *de rescript. in 6.* quam conclus. firmat etiam Iulian. Viuian. *in prax. iurispatr. p. 1. lib. 12. c. 7. in fin.*

DVBIVM XIV.

ARGVMENTVM.

Examinatus si non reperiatur idoneus, & iterum examinetur, & deinde reperiatur idoneus non potest ei conferri, quia clausula si per diligentem examinationem *intelligitur de primo examine quando tamen examen peractum est, sed si committitur conscientiæ executoris poterit exequi quandocumque illum idoneum repererit antequam tamen pronunciet super illius idoneitate vel inhabilitate.*

1 Postquam diximus dari appellationem à declaratione super insufficientia prouisi, occurrit nunc decimo quartò dubitari, an qui semel examinatus fuit, nec repertus fuit idoneus, possit iterum examinari, & illi postmodum idoneo reperto beneficium conferri. Garzia *de benef. par. 6. c. 2. n. 253.* mouet hoc dubium, & resoluit ne-
2 gatiuè, † quia inquit, illa verba, *si per diligentem examinationem idoneum esse repereris*, sunt intelligenda de prima examinatione, *per l. bonæ. §. hoc sermone* 89. *ff. de*
3 *verb. sign.* † eoq. magis hoc procedit in examine parochialium, in quo examinatores, eo peracto, renunciare debent, an examinatus sit idoneus, vel non. *Concil.*
4 *Trident. sess. 24. cap. 18.* † nec refert vtrum renunciatio, vel declaratio differatur ad aliud examen, quando tamen examen iam per-
5 actum est. † At si soli executori, vel eius conscientiæ committatur tunc videtur probabile vt quandiu non pronunciauerit, possit exequi quādocumque illum idoneum reperit. *Garzia vbi supr.* † [sed non
6 minor oritur dubitatio an is, qui semel recusauit subire examē possit deinde ad illud admitti. Lapus, & Gemin. *in c. si fortè de elect. in 6.* dicunt quòd sic; sed re vera distinguendum est iuxta decis. Rot. *in vna Calagur. benef.* 8 *Febr.* 1591. *coram Penia, quæ est decis.* 625. *apud Farinac. in nouit. nouiss.* quod si tractatur de probanda sola habilitate possit admitti, secus autem si tractetur de probanda maiori habilitate, eo magis si lapsi essent iam aliquot anni, & probatio esset facienda de non graduato contra eum, qui iam fuit renunciatus habilis; quamuis si esset de graduato contra non graduatū vidi dari vocationem ad nouum examen. vide quæ *dixi etiam supra dub. 4. n. 12. hoc req.*

DVBIVM XV.

ARGVMENTVM.

Examen quod requiritur pro forma debet præcedere collationem quāuis aliàs prouisus sit examinatus, & approbatus ad Parochiales.

Bb 2 Du-

1 DVbitatur 15. an sit valida collatio, quæ fit per executorem prouiso in forma *dignum* antequam illum examinauerit. Rota in vna Calaguritana beneficij de ornillo 12. Octobris 1587. coram Illustrissimo Pamphilio, cuius decis. refert Garzia *de beneficijs par. 6. cap. 2. num. 266.* resoluit, 1 † *quod quando examen requiritur pro forma debet præcedere quamlibet prouisionem, quamuis aliàs sit examinatus, & approbatus ad Parochiales.* 2 † & alibi in Regien. Prioratus coram eodem 26. Iunij & 24. Decembris 1587. dictum fuit *quod notitia præsentati licet aliàs sufficiat, non tamen sufficit vbi examinatio est necessaria.* 3 † Sed difficultas est in cognoscendo quandonam examen dicatur esse de forma. D. meus Barbosa *in tractat. de potestat. Episcop. par. 3. allegat. 60. num. 87.* dicit quod receptissima est omnium scribentium resolutio quod in solis Parochialibus requiritur; in alijs verò simplicibus cum residentia, vel sine illa, non requiritur de necessitate, nec sit si prouisus est persona insignis, & notoriè idonea attestans pro hoc de stilo Curiæ: 4 † Nos nihilominus vt cum certa regula hoc dubium soluamus, concludamus quod examen tunc requiratur de forma, quando appositum est decretum irritans, siue clausula annullatiua, quale est in Concilio Tridentino *sess. 24. de reformat. cap. 18. circa Parochiales, & cap. 9. vers. ad hæc de refor. sess. 25.* circa beneficia iurispatronatus etiam simplicia vbi tamen institutio spectat ad inferiorem Episcop. de quibus dixi hic *superius dub. 5. num. 3. & dicam infra req. 10. dub. 1. n. 3. & dub. 2.* 5 † nam decretum irritans, & clausula annullatiua inducit formam. *Azeuedo cons. 9. num. 3. Sac. Congreg. in decis. quam attuli hoc requis. dub. 1. n. 44. & 45.* 6 † item requiratur in prouiso de beneficio qualificato, veluti de dignitate etiam sine cura, vel de canonicatu in Cathedrali, vel Collegiata, in quibus requiritur industria, vel consilium *Gonzal. glos. 4. num. 102.* vbi citat *Lambert. de iurepatronat. lib. 2. p. 1. quæst. 10. art. 2. vers. tertiò adduco num. 9. & Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 91. n. 21.*

DVBIVM XVI.

ARGVMENTVM.

Executor sciens scientiam, & idoneitatem alicuius non tamen potest procedere ante verificationem, nã est conditio non existentiæ sed cognitionis, & de limitato modo scientiæ quod planè intelligendum est in examinibus, quæ requiruntur pro forma. 1

1 DVbitatur 16. an si impetrans fuerit vera idoneus, & executor sciat eum esse idoneum, non fuerit tamen verificatum, an inquam possit executor absque vlla verificatione procedere, & nihilominus teneat collatio. Garz. *d. p. 6. c. 2. n. 258. & seq.* resoluit hoc dubiũ negatiuè, nã, inquit, est conditio non existẽtiæ sed cognitionis, & de

& de limitato modo scientiæ, & in hac opinione residet *ibidem*
2 *num. 265.*† hoc tamen intelligendum est cum distinctione tradita in antecedenti dubio, nempè vt locum habeat hæc decisio in beneficijs requirentibus examen
3 pro forma aliàs secus;† quia præsumitur idoneus *cap. Dudum 16. de præsumpt.* vnde probare non tenetur se idoneum pro quo scriptum est etiam cum clausula *si fuerit idoneus latè dixi in dubio prox.*

DVBIVM XVII.

ARGVMENTVM.

Executoris collatio facta ei, cui schedulam dedit pro examine, & reportauit fidem ab examinatoribus de sufficientia tametsi non fuerit examinatus, quia forte examinatores fisi fuerunt illius sufficientia, valet.

1 DVbitatur decimoseptimò, an collatio teneat in hoc casu, executor fecit examen, & putans idoneum, cum non esset, contulit vel certè commisit examen alicui examinatori, quod fieri potest, vt notat Garzia *de beneficijs par. 6. c. 2. n. 97. vsque ad 105.* & habetur declaratio Sacræ Congregationis, in hæc verba. *Episcopus, cui commissum est examen per literas Apostolicas alicuius, qui beneficium simplex obtinuit, poterit illud delegare, non obstante quod fuerit in literis, eius conscientia onerata*, quam declarationem extendit Garzia etiam ad prouisos de Parochialibus, stante clausula, *ac per diligentem examinationem per te, adhibitis examinatoribus in Diœcesana Synodo deputatis, faciendam*; Examinator verò, nullo facto examine dat schedulam approbationis, illius sufficientiæ confisus, quam notam habet, qua schedula, & approbatione attenta executor confert ei, dubitatur nunc, an teneat collatio; Tenere probat Garzia *dict. cap. 2. num. 269. &*
2 *seq. par. 6.* † quamuis secus esset, si executor conferret contra conscientiam, quia intelligere deberet, vel aliàs sibi constaret eum non esse idoneum, nam eo casu, inquit, non diceretur seruata forma mandati, neque purificata conditio.

DVBIVM XVIII.

ARGVMENTVM.

Prouisus, à cuius prouisione coopppositor appellauit, facit fructus suos donec vsque electio, siue prouisio fuerit reuocata vel rescissa per iudicem appellationis, & si contingat reuocari non erit condemnandus nisi in fructibus ad summum à tempore sententiæ reuocatoriæ, nam vsque ad illud tempus iustè, & cum iusto titulo possidet; quod tamen est intelligendum quando seruata fuit forma Concilij in eligendo, vel prouidendo, aliàs secus quia teneretur à die mota litis.

1 DVbitatur decimo octauò, an electus, & prouisus, à cuius prouisione fuit, per Coppositorē appellatum possit facere fructus suos illius parochialis interim, donec eius electio, vel prouisio per Iudicem appellationis reuocetur,
2 & rescindatur, † Garzia *de beneficijs, par. 9. cap. 2. num.* 238. concludit affirmatiuè, & dicit non esse condemnandum in fructibus nisi ad summum à tempore sen-
3 tentiæ reuocatoriæ, † ea potissimum ratione, quia vsque ad illud tempus iustè possidet, & cum iusto, ac legitimo titulo, *ad tradita per Fel. in cap. 4. num. 31. de præ-*
4 *scriptionibus.* † Hoc tamen declarandū est, nisi omninò esset omissa forma Concilij in ipsa electione, & prouisione; tunc enim teneretur restituere omnes fructus, quos percepisset à die motæ litis,
5 vt † fuit tentum, ac decisum in Rota *in vna Dertusen. Parochialis de Villa Franca.* 4. & 10. Maij 1581. *coram R. P. Gypsio, per quam fuit condemnatus quidam gaudiosus ad restitutionem illorum fructuum, quos ex decimis, & primitijs rectori, & Ecclesia debitis, à die mota litis ipse percepit,*
6 *non obstante,* † *quod appellatione pendente prouisus amoueri non possit ab eadem Ecclesia;* quasi quod interim valeat facere fructus suos; *quia Domini responderunt, hoc sibi non suffragari, cum eius electio contra formam à iure præscriptam inducta fuerit, & eo magis cum sententia Episcopi, siue iudicium ex ijsdem reuocetur,*
7 † *quo fit vt à die mota litis in mala fide præsumpta constitutus censeatur; & ideò fructus huiusmodi lucrari non debet* Rota decis. 4. de restitutione spoliatorum in nou. quæ incipit. *Fuit*
8 *dubitatum,* † Imò secundùm hanc decisionem, si prouisus ab initio scienter possessionem huiusmodi beneficij contra dictam formam collati accepisset, indubitanter teneretur ad restitutionem fructuum perceptorum, nedum post litis contestationem, sed etiam ante, & sic veniret condemnandus in fructibus perceptis, à tem-
9 pore occupationis iniustè; † & huiusmodi occupationis tempus, prout etiam quantitas, seu valor fructuum probari poterunt coram executore, quamuis cautius ageret Iudex si tam de tempore, quàm de valore, se informaret vt sic certam, & claram
10 sententiam ferre posset; † quamuis si in genere illam ferret, valeret, quia in accessorijs potest ferri generalis sententia postea per executorem tempore executionis per eum fiendæ declaranda, iuxta notata per Innocent. *in cap. tanta 18. de excessibus Prælat. & in cap. ad Sedem 15. de restitutione Spoliatorum,* & iam in praxi receptum est, quod in sententia expensarum, & fructuum dicitur, *liquidandis &c.* *Ias. in §. curare. num. 54. Institut. de action. Caroc. de except. 34. num. 11.*

DV-

DVBIVM XIX.

ARGVMENTVM.

Is, qui fecit concursum potest plures æquè idoneos eligere, vel etiã vnum solum ex eis, & inferior, ad quem fortasse collatio spectabit, debebit conferre illi qui solus fuerit electus, aut vni ex electis, cui maluerit, si plures erunt electi.

1 Dubitatur decimo nonò, an is, qui fecit concursum pro Parochiali spectante ad collationem inferioris, si in eo examine reperti fuerint plures æquè idonei, debeat illos omnes eligere, vt inferior valeat ipsam Parochialem conferre cui maluerit, an verò possit ipse vnum solum eligere, & collatori illum significare. Dubium est valdè proficuum, quia frequens est, & illud monet Garz. *de beneficijs par. 9. cap. 2. nu.* 148.
2 ac † resoluit in affirmatiuam in hunc modum, videlicet quod diœcesanus, is inquam, qui concursum fecit, potest vtrunque facere, plures scilicet æquè idoneos eligere, vel etiam vnum solum
3 ex eis, † & sic dicit fore intelligendam declarationem Sac. Congregationis datam Episcopo Vicentino, quam ibi adducit, in hæc verba. *Quoties aliqua Ecclesia Parochialis vacauerit, ad quã aliquis Abbas habet ius nominandi, quemcunque Abbas nominauerit, eum ordinarius ad examen admittere debet, si autem Ecclesia vacabunt ob mortem rectorũ, in quibus Abbas habet ius conferendi, earum curatibnem qui suscipere volent, eos ordinarius, probare debet illo examinis genere, quod vocatur per concursum, nec Abbas, ob eam causam, vllum examinis edictum proponere potest, nec illius officij partem aliquam attingere, sed id pertinet ad ordinarium, qui debet ipse proponere edicta, & examinatores ex Concilij præscripto deputatos adhibere, à quibus omnes istius modi concursu examinentur, quo examine confecto ex his, quos vitæ integritas, & doctrina commendabit, ordinarius debet eligere magis idoneos, ac postea Abbati relinquere, vt ex electis*
4 *cui maluerit curã conferat.* † Pluralitas enim aliquando in singularitatem resoluitur, ex pluribus congestis per Peregrin. *de fideicommiss. artic. 21. num. 40.* conducunt quæ dixi supra *in requisito 2. dub. 8.*

DVBIVM XX.

ARGVMENTVM.

Episcopus potest eligere extra locũ examinis, & etiam absentibus examinatoribus, approbatio tamen vel reprobatio fieri debet nonnisi congregatis simul examinatoribus cum Episcopo.

1 Dubitatur vigesimò, an Episcopus possit extra locum examinis, & præsentiam examinatorum eligere approbatum; Garzia *de beneficijs parte nona, capit. secundo, num.* 59. vbi hoc tangit, resoluit quod Episco-

pus potest eligere extra locum examinis, & etiã absentibus examinatoribus; nam ad ipsum solum spectat eligere, quamuis approbatio, vt diximus, & reprobatio fieri non possit nisi congregatis simul examinatoribus, cum Episcopo, vel eius Vicario.

DVBIVM XXI.

ARGVMENTVM.

Episcopus potest eligere eum, qui tantum dimidiam votorum tulerit, relictis ijs, qui omnia vota reportarunt.

1 EXcitatur vigesimo primò pulchrum dubium, an si pluribus examinatis aliqui omnia vota tulerint, vnus autem non omnia, sed quidem vltra dimidiam reportauerit, ita vt sit approbatus, possit Episcopus, facta per examinatores relatione, illum qui tantum dimidiam habuit, relictis, & postpositis alijs eligere. Garz. *d. tract. de beneficijs, par. 9. cap. 2. n. 109.* refert Sacram Congregationem resoluisse affirmatiuè, faciunt, quæ diximus supra requisito quarto, dubio vltimo.

DVBIVM XXII.

ARGVMENTVM.

Electus in concursu eius parochialis, quæ spectat ad collationem Episcopi acquirit ex huiusmodi electione ius non absolutè, sed ex suppositione si Episcopus conferet intra sex menses; si verò collatio spectat ad Papam, aut ad alium inferiorem collatorem, quamuis ex oppositione non acquiratur ius considerabile ad parochialem nec ante, nec post approbationem factam ab examinatoribus si plures sunt approbati, attamen si aliquis solus se opposuit, vel inter plures fuit approbatus acquirit ius considerabile.

1 DVbitatur 22. vtrum ex electione facta in concursu acquiratur electo ius, de quo sit facienda mentio. † Quia Rota *coram Illustriss. Card. Blanchetto* teste Garz. *de benef. par. 5. c. 7. n. 83.* iam decidit quod collatio parochialium etiam hodie non est necessaria quia tota radicatur in mera voluntate Episcopi, qui potest abstinere ab illa, & permittere vt per lapsum temporis ius deuoluatur ad superiorẽ, nec ad eam per alium cogi potest, cum non sit necessarium, † quippequod in materia collationũ illud dicitur necessarium, quod sumit initium aliunde quàm à facultate ordinaria Episc. & ad quæ Episcopus ad hoc vt actus perfectionem consequatur per alios cogi potest, † vtpotè esset à patrono ad instituendum, ab electo ad confirmandum, non autem quando tota substantia actus tribuitur iurisdictio, & iudicio Episcopi, prout concursus, & collatio, vti planè decidit Rot. *in vna Abulen. Parochialis. 22. Iunij, & 24. Octobris 1594. coram Illustriss. Blanchetto.* † ac proinde reiectum fuit ex hac decisione obiectum quod faciebat D. Nicol.

Garz.

Garz. quod inquam possit Capitulum sede Episcopali vacante conferre Parochiales ex eo fundaméto quod cum hodie magis idoneo in concursu reperto, & non alij debeat conferre Episcopus Parochialem vacanté, collatio proinde debeat etiam censeri necessaria, & per consequens transire debeat in Capitulum sede Episcopali vacante referuntur d. decis. per ipsum Garz *d. tract. par. 5.*
6 *cap. 5. num. 92. & 93.* † distinguendum idcirco arbitror, vel enim concursus fit de Parochiali spectãte ad collationem ipsius Episcopi, vel de Parochiali spectante ad prouisionem seu collationem Papæ, alteriusvè collatoris: si primò casu concluderem quod approbatus in concursu, imò, & ex approbatis electus non habeat ius ad Parochialem absolutè, sed ex suppositione si Episcopus intra sex menses conferre velit, & conferat, alioquin sequeretur quod si haberet ius absolutè, ei etiam absolutè deberetur, ac proinde non posset facere deuolutionem, quod tamen non est dicẽdum *Garz. d. c. 7. n. 84.*
7 *& seq. p. 5.* † si verò secundo casu, dicit Garz. *d. cap. 3. par. 4. num. 81.* quod quamuis per oppositionem non acquiratur ius considerabile ad Parochialem, nec ante, neque etiam post approbationẽ factam ab examinatoribus, si plures sunt approbati, quamuis Episcopus debeat ex eis eligere magis idoneũ, quem ipse esse indicauerit, & sit locus appellationi à mala electione; attamen si aliquis solus se opposuit, vel inter plures oppositores solus fuit approbatus, acquirit ex huiusmodi oppositione, seu approbatione ius considerabile, quia inquit, illi, & non alij collatio Ecclesiæ est facienda ab eo, ad quem conferre spectabit;
8 sed † re vera concludendum est, vt etiam in hoc casu secundo acquiratur quidem ius considerabile absolutè ex electione, at verò ex oppositione, vel etiam ex approbatione, non nisi ex suppositione quadam, vt potè, si alius non se opponat re integra, nam vt vidimus
9 *sup. requis. 3. dub. 2.* † potest admitti oppositor re integra, etiam coopppositore reclamante, quia interest Ecclesiæ plures concur-
10 rere oppositores. † [Et ius quæ-
¶ situm ex suppositione resoluitur, si aliud tale sequatur per quod alteri simile ius possit quæri, ius enim dicitur quæsitum cum sua causa *Ias. in l. cui Romæ. §. flaminius. num. 14. de verb. oblig. Dec. in cap. Ecclesia S. Mariæ sub num. 33. de constitut.* quos allegat Rota *in Placent. de Malpartita. 20. Decembris 1585. coram bo. mem. Illustriss. Cardin. Pamphil.* videatur quod dixi *sup. Prælud. 4. dub. 6.*]

DVBIVM XXIII.

ARGVMENTVM.

Propter erroneam expressionem factam in edicto quod Parochialis sit reseruata cum non sit, non est locus reseruationi, quia expressio tanquam non necessaria non vitiat.

Du-

1 DVbitatur 23. vtrum vitietur concursus si in ædicto erronee exprimatur quod Parochialis sit reseruata cum non sit. Breuiter dico hoc esse resolutum *in vna Volaterana Parochialis.* 20. *Maij*
2 1591. *coram R.P.D.Gypsio*; † propter erroneam expressionē factam in ædicto quod Parochialis erat reseruata, non esse locum reseruationi, nec constitutioni Pij V. quia talis expressio tanquam non necessaria non vitiat *l. testium C. de testib.* Garz. *de benef. par.* 4. *c.* 3. *n.*86. *& seq.*

REQVISITVM VI.

De significatione electionis factæ in concursu.

ACTA electione, debet Episcopus, intrà quatuor menses, à die vacationis computandos, significare Sanctissimo vel alij collatori, ad quem de iure, vel priuilegio, seu de consuetudine, præscriptionevè spectet huiusmodi collatio, Ecclesiam *Sancti N.* de tali mense vacasse: ædictum ad præscriptum Concilij Prouinc. propositum fuisse: tot oppositores comparuisse, fuisseque examinatos, à tribus examinatoribus Synodalibus, *vel quot interfuerint*: & tot idoneos ab ijsdem examinatoribus renunciatos fuisse: se autem, ex istis idoneis, talem cæteris magis idoneum iudicasse, & elegisse.

Forma Literarum,

B.P.

VAcauit de mense A proximè præterito Ecclesia Parochialis Archipresbyteratus nuncupat. sub innocatione S. N. Terræ G. Diœc. B. per obitum q. F. illius vltimi Rectoris extra Rom. Cur. in d. mense defuncti, quo circa Episcopus B. iuxtà disppositionem Sac. Conc. Trid. statim atque habuit notitiam vacationis huiusmodi constituit in ea Vicarium siue Oeconomum in tēporalibus, & spiritualibus cum congrua fructuum portionis assignatione; donec eidem Ecclesiæ fuerit per S. Vestram, & S. Sedem Apostolicam prouisum de Rectore: Insuper ad præscriptū Conc. *Prouinc. proposuit ædictum pro concursu, ad quem sanè quatuor oppositores sese describi fecerunt, qui omnes subindè intrà terminū ab eodem* Conc. *& Constitutione S. mem. Pij V. quæ incipit.* In conferendis, *præuia speciali vocatione, fuerunt omnes examinati coram ipso Episcopo à tribus Examinatoribus in Diœcesana Synodo electis, & deputatis ad formam d. Conc. & quia omnes fuerunt ab eisdem examinatoribus per secreta vota idonei renunciati, quo ad vitam, mores, ætatem, ordines, ac literaturam, aliaq. debita requisita ad regendum dictam Ecclesiam, & eius curam animarum, Episcopus præfatus auctoritate per dictum Conc. sibi attributa ex dictis quatuor oppositoribus vt supra approbatis elegit ad eamdem Ecclesiam obtinendum R. N. d. Terræ ori-*

gi-

ginarium tamquam magis idoneum. Vt autem magis satisfactum sit eidem Concil. & Constit. idem Episcopus S. Vestram de praemissis omnibus certiorandam duxit, vt opportunè huiusmodi vacationi per debitam Apostolicam prouisionem eidem N. fiendam omninò occurrat, & de benignitate Apostolica prouidere dignetur. Interim Deum Opt. Max. pro Sanctitatis Vestrae incolumitate, & eius faelici statu Episcopus praefatus enixè rogat. Dat. &c.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Electio facta de magis idoneo est significanda intra quatuor menses, & si fuerit transmissa nec perueniat ad manus collatoris intra d. tempus prouisio deuoluit.

1 Dubitatur primò, an omissio huiusmodi significationis electionis factae vitiet concursum, & prouisionem annullet. Tex. Constitutionis Pianae clarus est, ibi,
2 *illarum*, † vbi statuitur terminus quatuor mensium, à die illius vacationis notae, ad significandum electionem Sanctissimo, vel aliàs collatori inferiori, ad quem spectabit collatio, alioquin omnimoda dispositio illis reseruatur, ita vt liberè possint ipsam Parochialem conferre, ità obseruat Garz. *de be-*
2 *nef. par. 9. c. 2. n. 151.* † & adeò est necessaria ista significatio, vt quãuis in tempore illam expediuerit Episcopus, & re ipsa transmiserit ad collatorem; si tamen tum effectu ad Papam, vel ipsum collatorem non peruenerit, poterunt collatores, ad quos spectabit prouidere huiusmodi Parochialem cui maluerint, huiusmodi electione minus attenta, notat Garz. *d. c. 2. n. 224. contra Nauarr. cons. 11. n. 3. de rescript.* Etre vera fidendum est huic decisioni, de qua ego testis esse possum, qui in prouisione cuiusdam Parochialis Ecclesiae de Gamalerio huius Alexandrinae Dioecesis, vidi sic appositam hanc clausulam. *Nos tibi, qui per dilectos filios examinatores, in Synodo Dioecesana, iuxta* formam Conc. Trid. *deputatos, in concursu aliorum examinatus, & idoneus repertus, testimonio ordinarij, nobis tamen, post lapsum temporis, ad id, in Constitutione* fel. record. Pij Papae V. *praedecessoris nostri, super modo, & forma prouidendi de Paroch. Eccl. pro tempore vacationis adita, praefixum, exhibito de vita, & moribus &c.* Et nihilominus attestatio ordinarij emanauerat in tempore praefixo, & in eodem tempore etiã fuerat transmissa, quãuis etiam citrà culpam Episcopi; vel electi fuerat deperdita, nihilominus Papa Greg. XV. fel. record. qui huiusmodi Parochialem contulit, apposuit clausulam praeinsertam.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Significatio electionis fieri potest extra praesentiam examinatorũ.

1 Dubitatur secundò, an significatio electionis facta de magis

gis idoneo, fieri debeat cum examinatoribus congregatis simul cũ
2 Episcopo; † Hoc dubium soluitur negatiuè per declarationem Sac. Congregationis relatam à Garz. *de benef. p. 9. c. 2. n. 8.* his verbis.
3 *Ipse † etiam Vicarius solus, absque examinatoribus scribet literas ad S. D. N. ad quem collatio Parochialis spectabit, quibus praecipuè testabitur vacasse Parochialem; propositum fuisse aedictum; Et ex examinatis fuisse tot idoneos, à tribus saltem examinatoribus iudicatos; se verò ex istis idoneis, talem caeteris magis idoneum iudicasse & elegisse.*

REQVISITVM VII.

De collatione facta electo.

OLLATOR quicumque Papa inferior vel etiam ipsemet Episcopus, qui concursum proposuerit, si collatio Ecclesię vacantis ad ipsum spectauerit, debebit illam omnino conferre intra sex menses à die illius vacationis peracto examine ad formam Concil. Trident. *sess. 24. c. 18. de reform.*

Quod si Ecclesia vacauerit ex resignatione simpliciter facta in manibus ordinarij, concurrente aliqua ex causis expressis in constitut. 58. Sanctae memoriae Pij V. super admittendis resignat. aedita, quae incipit *quanta Ecclesiae Dei*; Debebit Episcopus, intra mensem, negotium vniuersum admissionis, vel reiectionis resignationis huiusmodi, & si per eũ facienda erit, prouisionis resignati beneficij, iuxta Apostolicas, & alias Canonicas sanctiones, idest intrà sex menses, quoad prouisionem, omnino absoluere, vti constitutum est in Constit. fęl. rec. Greg. XIII. de public. resignat. quae incipit *Humano. §. de beneficijs*.

Si verò aliquis collator concurrat cum Episcopo in collatione alicuius Parochialis Ecclesiae, ita vt sit inter eos locus praeuentioni, debebit talis concurrens collator, habita notitia vacationis, protestari coram notario, quod ipse intendit conferre, & deinde instare apud Episcopũ, vt proponat aedictũ, pro concursu, alioquin si praetermiserit facere huiusmodi protestationem, ita vt Episcopus ipse praeueniat in proponendo aedictũ, vel constituendo Vicarium censebitur ipse praeuenisse, ac proinde totum negotium expediet solus Episcopus.

Porrò Papae nullum est praefixum tempus, nulloq. limitato termino adstringitur ad conferendum; Verũ tamen est, quod si aliqua Parochialis vacaret in curia, & Papa illam non conferret intrà mẽsem, posset Episcopus liberè conferre huiusmodi Ecclesiã intra sex menses, peracto tamen examine ad formam Concilij, prout etiã posset conferre omnia alia beneficia in dicta curia vacantia, & intrà mensem à Papa non collata, *per c. statutum. de prabend. in 6.*

Si tamen nulla obstaret reseruatio, vel affectio, vel aliàs non essent

sent deuoluta ad S. Sedem antequam ordinarius manum apponeret in conferendo: Prout etiam posset liberè conferre illas Ecclesias Parochiales, quę siue in curia, siue extrà eam vacare cōtigerint, & omni quouis mense Apostolica sede vacante, vel aliàs iam vacauerat ante sedis vacationem, sed Papa in vita de eis non disposuerat per *cap. si Apostolica sede. de præbend. in 6.* dummodo aliqua reseruatio in corpore iuris clausa, vel aliàs affectio non obstet, ipsævè Ecclesiæ ad S. Sedem deuolutionem non fecerint, forma autem collationis sic concipi poterit.

Forma collationis, & prouisionis ordinarij de Ecclesia Parochiali conferenda per concursum &c.

E*Rasmus &c. Dilecto nobis in Christo R. N. Rectori Parochialis Ecclesiæ S. A. loci B. nostræ Diœc. salutē in Dominò &c. Vitæ ac morū honestas, aliaq. laudabilia probitatis, ac virtutū merita super quibus apud nos fide digno cōmendaris testimonio* (vel si aliàs sit notus dicatur) *quibus te pollere nouimus, & personam tuam insignitam esse cōspicimus, nos inducunt vt tibi ad gratiam reddamur liberales, & quæ tuis commoditatibus, & honori opportuna fore cognoscimus fauorabiliter concedamus. Cum itaque Parochialis Ecclesia S. A. loci B. nostræ Diœc. quam quon. C. ipsius Ecclesiæ Rector dum viueret obtinebat, per obitum eiusdem C. qui extra Rom. Cur. de mense Martij proximè præterito diem clausit extremum vacauerit, & vacet ad præsens, Nos verò huiusmodi vacatione stante concursum ad eam prouidendam iuxtà formam, & intrà terminum à Sac. Concil. Trident. & Constitutione Sanctæ mem. Pij V. præscriptam proposuerimus ad quem concursum tu inter cæteros te opposuisti, volentes propterea vacationi huiusmodi quantum in Domino possumus, ac debemus salubriter occurrere, & eidem Ecclesiæ de idoneo Rectore prouidere, tibi iam dicto N. qui per examinatores in Synodo Diœcesana iuxtà eamdem formam Concilij Tridentini deputatos seruata forma Concil. huiusmodi, in concursu aliorum, examinatus approbatus fuisti, & à nobis, recto ac rationabili iudicio adhibito, magis idoneus iudicatus, & electus fuisti; præmissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facientes Parochialem Ecclesiam præfatam sic vt præfertur vacantem auctoritate nostra ordinaria qua in hac parte fungimur, omniq. meliori modo, via causa, & forma qua possumus, & debemus conferimus, ac de eadem, & annexorū iuribus, & pertinentijs vniuersis, te corā nobis genibus flexis constitutū prouidemus & inuestimus, per birreti capiti tuo impositionē cū plenitudine iur. can. recepto abs te iuramēto ad Sacrosancta Dei Euangelia quod fidelis, & obediens eris Sanctiss. D. N. D. Vrbano diu. prouid.*

Papa

Papa VIII. & eius legitimis successoribus Rom. Pont. ac S. Sedi Apostolicæ ac nobis, & legitimis nostris successoribus huius Ciuitatis Episcopis: iura, & libertates Ecclesiæ conseruabis, & defendes, ac vtilia procurabis: res Ecclesiæ non alienabis, sed si quæ fuerint alienata pro viribus recuperabis: residentiam iuxtà dispositionem Conc. Trid. facies & alia dictæ Ecclesiæ onera subibis, & sustinebis saluo sẽper iure nostro &c. Vt autem hac nostra collatio, & prouisio, ac inuestitura suum debitum consequantur effectũ, mandamus vniuersis & singulis personis Ecclesiasticis cuiuscumque dignitatis, & praeminentiæ, necnon, & omnibus, ac singulis notarijs, & tabellionibus publicis per Ciuitatem, & Diœcesim nostram existentibus, & subditis nostris, alijsq. quibusuis, ad quos de iure vel consuetudine spectat, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum, si & postquam præsentes literæ præsentatæ eis fuerint per se vel alium seu alios, te, vel procuratorẽ tuum legitimum tuo nomine in corporalem possessionem Ecclesiæ, & annexorum, iuriũq. & pertinentiarum præfatorum huiusmodi inducant auctoritate nostra, ac defendant inductum, amoto exinde quolibet detentore, facientes tibi de Ecclesia. ac annexorum eorumdem præfatorum fructibus redditibus, prouentibus iuribus, & obuẽtionibus vniuersis integrè responderi cõtradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & alia opportuna iuris remedia auctoritate eadem cõpescendo, inuocato etiam ad id auxilio brachij sacularis si opus fuerit: In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præsentes literas collationis, & prouisionis ac inuestituræ atque processus per infrascriptum nostrum seu Curia nostra notarium, & Canc. fieri, & publicari, à nobisq. subsignatas nostri magni sigilli appensione communiri iussimus. Præsentibus N. & N. testibus ad præmissa vocatis, & adhibitis.

Dat. &c.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Reiectio, vel admissio resignationis facta in manibus ordinarij debet ab ipso ordinario fieri intra mensem; at conferre poterit intra sex menses, & reprobatur in hoc opinio Parisij, & Garzia, & Io. Kocbier volentium, quod collatio etiam fieri debeat intrà eumdem mensem.

1 Dictum est quod collator quicumque Papa inferior conferre debet beneficia curata omninò intrà sex mẽses peracto examine in concursu; nunc dubitatur an idem iuris sit in Parochialibus extrà curiam in manibus ordinariorum resignatis. De hoc dubium facit Doctrina D. Flam. Parif. *de resignat. lib.* 11. *q.* 2. *concl* 3. *n.* 6. qui exponens Constit. Greg. XIII. de public. resignat. quę incipit *humano vix iudicio* concludit quod in

in resignationibus, quæ fiunt extra curiam ij, coram quibus fiunt, debent admittere, vel reijcere illas renunciationes infrà mensem, & intrà eumdem conferre illa beneficia vacantia per resignationem, si illam admiserint dicens, quod hoc non fuerat consideratum per reg. Cancell. neque per Constitut. Pij V. & quod optima ratione videtur positum ne fiat fraus, & sic notat quod restringitur tempus, vt conferat intrà mensem: idem annuit *lib. 11 q. 5. n. 4. 10. & 13.* quem sequitur etiam Garz. *de benef. p. 11. cap. 3. n. 285. & cap eod. §. 3. num. 357. & Kochier. in reg. de public. resign. n. 15. vers. sed hoc interest*, vbi dicit, quod ordinarijs locorum, vel legatis de latere, in quorum manibus fit resignatio beneficij, præscribitur spatium vnius mensis, vt admittant, reijciant, aut conferant, & prouisus debeat publicare &c. † Sed re
2 vera, salua pace, hęc doctrina non videtur tuta, quoad tempus conferendi, quamuis in reliquis subsistat; † nam cum ex Concil. Trid.
3 *sess. 24. cap. 18. de reform.* concursus proponendus sit etiam in Parochialibus vacātibus per resigna-
4 tionem; † ad huiusmodi autem concursum proponendum per Cōstitutionem Pij V. quæ incipit *in conferendis*, concessum sit quadrimestre, & ad conferendum semestre, nec fuerit d. Pianæ, per ipsam Gregorianam derogatum, videtur propterea implicare ista doctrina, & maximam proinde generare confusionem, si intrà mensem facienda esset collatio, præcedente concursu. Arbitrarer itaque quod sic, sit intelligenda ipsa Gregoriana, nimirum, vt debeat ordinarius infrà mensem admittere quidem, vel reijcere resignationem; at nihilominus habeat sex menses ad conferendum, iuxtà Apostolicas Constit. & Canon. sanctiones, ità vt admissio, vel reiectio, in quibus cadere potest fraus, censeantur restrictæ, & limitatæ ad mensem, at collationis tempus reguletur iuxta dispositionem iuris *c. nulla 2. de concess. prebend. & d. Piana.* & sic ad semestre. Tu cogita de hoc donec clariorem habeas declarationem à S.Congr. vel à Dataria.

5 Cœterum vt possit vnusquisque scire, quid statuit dicta Gregoriana, huc illius verba refero, & sunt. *De beneficijs autem, quæ deinceps in manibus ordinariorũ collatorum, etiam Cardinalium, etiam indulta, & facultates ad hoc ab Apostolica sede habentiũ, ac legatorum etiam de latere, & delegatorum etiam specialium eiusdem Sedis extra Romanam Curiam resignari, etiam ex causa permutationis contigerit, ipsi intra mēsem negotium vniuersum admissionis, vel reiectionis resignationis huiusmodi, & (si per eos facienda erit) prouisionis resignati beneficij iuxta Apostolicas, & aliàs Canonicas sanctiones omninò absoluant, & qui sic prouisus fuerit, intrà tres menses à die sibi factæ prouisionis illam publicet, & possessionem beneficij capiat modo, & forma supradictis, alioquin illis elapsis nulla*

nulla sit eius prouisio & beneficium vacare censeatur eo ipso; ordinariique, & alij praedicti, qui haec vti eis praescribuntur non perfecerint eo casu potestate disponendi de ipsis beneficijs sint ea vice priuati, eorumque dispositio eo ipso ad Sedem Apostolicam deuoluta existat, aut alijs idoneis ab ipsa Sede dumtaxat modo & forma praedictis concedantur.

Habeto pro certo quod peritos, & practicos curiales super hoc consului, & ab eis habui testimonium quod contra hanc meam opinionem nullus est curiae contrarius stylus; imò placuit consideratio, quod planè ostentationi meae tribui nollem, qui hercle hoc dixi solum, vt in casibus consultum pro certo sit collatoribus, ne quid erroris ipsi, & prouisi praeiudicij capiant.

6 [Sed suboritur difficultas quid dicẽdum in resignatis ad effectum permutandi, quippequod nullum reperitur tempus praefixum in iure ad conferendum ex *glosat. pragm. sanct. de collation. §. item circa clausulam verb. respectiuè.* sed firma sit conclusio quod si resignatio huiusmodi facta sit coram ordinario, debebit omnino admitti, vel reijci intra mensem ipsa resignatio, & ordinarius debebit iuxta canonicas sanctiones conferre, & postmodum intra tres menses resignatio publicari.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Tempus ad conferendum si expirauit à die vacationis sed durat adhuc à die notitiae ipsius vacationis, & sic ex post computabitur à die notitiae; at si duret adhuc tempus à die vacationis non est tutum differre vltra semestre à die vacationis.

1 DVbitatur secundò, an tempus sex mensium datum ad conferendum sit computandum à die vacationis, an verò à die notitiae

2 ipsius vacationis. † Diximus *sup. dub. 24. req. 1.* ex Lambert. *lib. 1. p. 2. art. 8. q. 1.* quod tẽpus ad praesentandum currit patronis à die vacationis non solum ignorantibus, sed etiam impeditis, † & quod

3 ordinarij non debent admittere vllam excusationem, seu allegationem ignorantiae, sed debent incontinenti prouidere elapso tem-

4 pore; † verumtamen quia Innoc. *in c. licet. 3. de suppl. negl. & in c. quia diuersitatem. 6. de concess. praeb.* dicit, quod nec ei, ad quem primò, nec ei, ad quem ex negligentia pertinet electio, currit tẽ-

5 pus, nisi à notitia vacationis, † iũctis ijs, quae tradit Selua *de benef. p. 3. q. 59.* qui dicit, quod impedito iusto impedimento non currit tẽ-

6 pus, † quod etiam admittit Lambert. *d. art. 8. n. 8.* vers. *quae quidem omnia q. 1. l. 2. p. 2.* vbi assignat rationẽ diuersitatis inter patronos, & collatores, dicens inter caetera, quod collator habet ius conferendi mero iure, patronus autem ha-

7 bet illud ex gratia, † & tandem dicit, quod in collatione à iure est expressum vt tempus currat à die notitię, & cessationis impedimẽti, *vt in d. c. quia diuersitatem. 5. de concess.*

conceß. præb. quod tenet etiã Gul. *in c. statutũ. n. 12. & seq. 3. de præb. in 6.* vbi apertè dicit, quod tempus ad conferendum currit tantũ à die
8 scientiæ † quinimò plus dicit, nimirum, quod menses cõputari debent 31. dierũ, quãuis vacaret beneficiũ in mense habente pauciores dies, quod tamen hodie vsu nõ recipitur, sed planè computatur mensis secundũ Calendariũ, vt obseruat D. Barbosa *de potest. Episc. p. 3. alleg. 58. n. 8.* & ego dixi *dub. 1. Prælud. 18. &* Anchar. *in Clem. 1. n. 11. de conceß. præb.* dans Regulã, nẽpe, vt vbicumq; tractetur de incommodo ignorãtis vacationem, terminus appositus currat à die notitię; vbi verò agatur de eius cõmodo currat, prout vtile est ignoranti quod currat, ac proinde in hoc vltimo, vsu accipietur, vt currat à die vacationis, vel à die noti-
9 tiæ vtilius agendo, † & se remittit ad ea, *quæ ipsemet scripsit in c. statutum. 3. de præb. in 6.* vbi exẽplificat in capiente bannitũ tanquam debitorem, ignorata taxa constituta pro illius captura; concludẽdo quod quamuis illũ impunè capiat; lucrum nihilominus propter taxæ ignorantiã reportare nequit; ideo videtur adhuc vrgere dubiũ.
10 Quid ergo dicendũ? stante dispositione iuris cõmunis, cui nullatenus derogatũ videtur, in hac materia per const. S. me. Pij V. dicendum esset huiusmodi semestre cõputandum fore à die notitię, vt aduertit Innoc. *in c. nulla. 2. de conc. præb. in gl. sex menses, verf. alij dicunt quod à tẽpore vacationis,* vbi supplendũ esse putat, *& scientiæ,*
11 addens † quod de hac pręscriptione sex mensiũ subtrahitur tempus
12 suspensionis, † & peregrinationis, quod etiã tradit Sel. *de benef. p. 3. q. 59. circa princ.* post eũdem Inn. *n. 4. in c. quia diuersitatem. 5. de conc. præb.* dicens quod tempus suspensionis non cõputatur in semestri, nisi sit in mora vel negligentia
13 obtinendi absolutionẽ, † quia aliàs inquit, secus esset, quinimò si esset iustè impeditus, vel aliàs per impotẽtiam iuris, vel facti, etiam sua
14 culpa cõtingentẽ, excusaretur, † vt per eumdem Inn. *in d. c. nulla. in d. gl. sex menses, & in gl. distulerit. 2. de conc. præb. & in c. quia diuersitatẽ, in gl. adepti, & in glos. culpa. 5. tit. eod.* vbi releuat, quod non imputantur ea alicui, quæ sua culpa pręcedente accidunt *per c. si concupiscentia, & c. inebriauerũt 25. q. 1.* & ita etiã per Rot. *in vna Toletana beneficij. 28. Nouembr. 1578. coram Illustriß. Seraph. in eius decis.* 380. *n. 1.* in terminis nõ electionis factæ in concursu, aut certè nõ notificatæ electionis huiusmodi legitimo collatori, con-
15 clusum fuit; † *tẽpus quatuor mensium non currere, nisi à die habitæ notitiæ vacationis,* c. quia diuersitatem. de conceß. præb. c. licet, & ibi Imol. de suppl. negl præl. Rocc. de iurepatr. in verb. honorificum. q. 29. Anch & Imol. in c. nos quidẽ. de testam Bal. in l. 1. si quis cautione, Alex. in l. penult. si quis aliq. testar. prohib. Rom conf. 226. Rot. decis. 263. in nou. Io. Andr. & Abb. in c. fi. de iurepatr. Tiraq. de retract. lignag. 535. glos. 4. n. 7. *cum alijs per informantes allegat.*

16 Ego tamen sic distinguerem, aut semestre iam expirauit à die vacationis quidem sed durat adhuc à die notitiæ ipsiusmet vacationis, & tunc dicerem posse Episcopum computare semestre à die notitiæ, & per consequens etiam conferre; aut huiusmodi semestre nondum expirauit, habito etiã respectu ad ipsam diem vacationis, sed data opera vult Episcopus differre vltrà tale semestre, & sic cõputare illud à die notitiæ, & hoc non putarem admodum tutũ, per allegatam doctrinam Lamb. *d. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 1. *art.* 8. & propter decre-
17 tum irritans:† hoc tamen dictum declararem, vt habeat locum quãdo possessio esset vacua, nam vt ignorantia excuset debet esse verisimilis, & probabilis, & sine fumo scientiæ, vt aduertit Rot. *in d. decis.* 380. *n.* 4. vbi dictum fuit *Bullam Pij V. obstare Didaco, cum allegata ignorantia sit omninò inuerisimilis, attenta qualitate beneficij, & longitudine temporis vacationis,* Abb. in d. c. quia diuersitatem. n. 7. de concess. præb. Bal. in l. 1. C. ad Macedon. Grat. respon 92. n. 2. lib. 1. in terminis Rom. cõs. 481. Achil de suppl. negl. præl. decis. 1. *maximè cum adsit fumus scientiæ, qui colligitur ex litera missiua Alphonsi de Torres, quæ est in summario, sub n. 2. in illis verbis* quod iam olim obtinere procurauimus in fauorem Garziæ Giron, *de quo D. Garzia similiter meminit, prima notificatio prouisionis, quæ est sub num.* 4.
18 *summarij*, † *& ideo omnes diligentiæ postea facta nullius sunt momenti, quia non sunt facta in tempore, & ideo conclusum contra Didacum.* notat etiam hoc ita Garz. *de benef. p.* 10. *c.* 2. *n.* 31. conducunt quæ dixi *sup. req.* 1. *dub.* 21. *n.* 13. *& seq.*

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Ignorantia probabilis arguitur iuxta qualitatem beneficij, & diuturnitatem vacationis.

1 Dubium tertium supplebit illud, quod quæsiuimus in antecedenti dubio. Dubitatur igitur quando nam dicetur collator excusari ignorantia; Rota *decis.* 380. *coram Card. Seraph.* 28. *Nouembris* 1578. iudicauit *probabilem*
2 *ignorantiam* † *arguendam esse, iuxta qualitatem beneficij, & longitudinem, siue diuturnitatẽ, aut*
3 *modum vacationis;* † nam, vt notat Lambert. *de iurepatron. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 1. *art.* 8. & latius *art.* 20. si beneficium vacaret per priuationem, vel aliàs per liberam, & simplicem resignationẽ, aut ex quauis iuris dispositione; & nihilominus is, per quem vacat, incũberet pos-
4 sessioni, daretur in hoc probabilis ignorantia,† & sic tẽpus nõ curreret collatori nisi à die, quo desisteret possidere resignãs, vel priuatus.

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Notitia vacationis etiam præsumpta conuincit, considerata qualitate

tate beneficij, loci distantia, fama, & huiusmodi.

1 DVbitatur quartò, de qua notitia sit intelligendum. Henr. Boich. *in cap. nulla 2. de concess. prab. in fi.* quem etiam refert, & sequitur Selua *de benef. p. 3. q. 59. vers. & quod dictum*, dicunt quod debet intelligi non tam de vera, quam de præsumpta, & quod erit per iudicem determinandum, considerata beneficij qualitate, loci distantia, fama, & huiusmodi *per Clem. 1. de conceß. prabend. in fi. & ibi Doct.*

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Resignationes beneficiorum non possunt fieri in manibus ordinariorum nisi ex certis causis hic enarratis.

1 DVbitatur quintò, an posit vnusquisque resignare pro libito beneficium, quod obtinet. Responsio est negatiua, & fundatur super dispositione Constitutionis Pij V. quæ incipit *Quanta Ecclesiæ*,
2 † per quam expresse cauetur nè resignationes beneficiorũ Ecclesiasticorum pro cuiusq. arbitrio, nullisque vel certè leuibus causis passim, & temerè admit-
3 tantur; † ac propterea præscribit causas, ex quibus dumtaxat debent resignationes per ordinarios recipi, & admitti, quæ ibi recen-
4 sentur; † nimirum: eorum, qui senio sunt confecti: aut valetudinarij: aut corpore impediti, vel vitiati: aut crimini obnoxij, censuris vè Ecclesiastici, irretiti: aut nequeunt; aut non debent Ecclesiæ,
5 vel beneficio inseruire: † seu qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerint; vel quos ad aliud conti-
6 gerit promoueri: † Religionem quoque ingressuri: vel matrimonium contracturi, si statim postea id reipsa exequantur: & cum quis ex alijs casibus acciderit qui Constitut. fel. record. Innoc. III. *de dimittendis Cathedralibus Ecclesijs*
7 ædita, continentur: † qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij
8 residere securi: † sed nec horum vllus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus, valet vllo modo beneficium, vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliundè ei sit, in quo vita possit commodè sustentari. Ex his igitur dumtaxat causis, & non aliter, potest ordinarius resignationes admittere.

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Arbitrarium est iudici determinare qui dicantur senes, & debet arbitriũ regulari iuxta qualitatem personarum, est autem verificanda senectus per ætatem 70. ann. ingrauescens autem verificatur in 60. ann.

1 DVbitatur sextò, quinam dicantur senes. Equidem non inutile est aliqua dubia declarare circa præmissas causas, vt illæso, quod aiunt, pede in stadio admissionum resignationum valeāt col-

2 latores ordinarij percurrere.† Dicamus igitur breuibus ad dubium cum communi, quod remittitur arbitrio Iudicis, Barbat. *in cons. 21. vol. 2.* cum alijs per Menoch. *de arbitr. iud. casu 59. num. 3.* quos etiam refert Paris. *de resignat. lib. 1. quaest. 6. num. 5.* vbi hoc dubium mouet, & Gonzal.
3 *glos. 5. §. 9. num. 87.* † & huiusmodi arbitrium regulandum est, iuxta qualitatem personarum, Paris. *d. quaest. 6. num. 5. lib. 5.*
4 quamuis † Abb. *in cap. quoniam frequenter. 5. vt lit. non contest.* dicat Senem dici Septuagenariũ;
5 Ioan. † Andr. verò, & glos. *in cap. 1. de celebrat miss. & Ioan. de Anan. in rubr. de delict. puer.* dicant, Senem dici, qui annum quinquagesimum attingit, vsque septuagesimum, Paris *quaest. 6. num. 6. lib. 5.* Gonzal. *d. glos. 5.*
6 *§. 9. num. 86.* † tenet senectutem esse verificandam per ætatem 70. annorum.
7 Illud autem maximè animaduertendum est, & potissimum in materia coadiutoriæ, quod aliquãdo exprimitur, quod ætas est ingrauescens, & tunc debet verificari in ætate 60. annorum. *vt per doct. in cap. 1. de cleric. ægrot.* Verall. *decis. 38. par. 1. Gonzal.*
8 *glos. 5. §. 9. num. 84.* † Aliquandò verò exprimitur ætas ingrauescẽs cum alijs infirmitatibus coniuncta, & tunc verificari debet in ætate 55. annorum. *Gonzal. d. glos. 5. §. 9. n. 85.*

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Probatio ætatis quæ fit ex aspectu detrahit decem annos.

1 Dubitatur septimò, quid dicendum sit in hoc casu. Quis expressit se esse in ætate senili septuaginta annorum; & dum hoc probare conatur testes probant talem ex aspectu esse annorum 76. an dicatur probata ætas septuaginta annorum. Verall. *decis. 312. par. 1.* testatur fuisse per Rotam decisum, ætatem septuaginta annorum, in hoc casu, non
2 fuisse sufficienter probatam,† quia sunt detrahendi in hoc casu decem anni, iuxta doctrinam Bart. *in l. de ætate. 44. ff. de minor. n. 10.*

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Valetudinarij qui sint relinquitur arbitrio iudicis.

1 Dubitatur octauò, quinam dicantur valetudinarij: Paris. *lib. 5. quaest. 6. num. 12. de resignat. beneficior.* attestans de communi, tradit hoc esse arbitrarium Iudici, ac proinde prudẽs ordinarius, inquit, coniecturam sumet, an beneficiarius aliquo malo corporis habitu, & affectu, malè
3 valeat,† & an sępè, aut sẽper ęgrotet, ità vt nõ possit debito muneri satisfacere; nam huiusmodi ægrotus æquiparatur mortuo, Couar. *var. resolut. lib. 3. cap. 13. num. 8.*
4 Gonz.† verò *in glos. 5. §. 9. n. 88.* in ma-

materia coadiutoriæ dicit, quod si detur coadiutoria propter corporis debilitatem narratam, debet talis debilitas verificari, quæ per se aggrauet corpus sine spe futuræ
5 prosperitatis, † sicut dicitur de infirmitate narrata, quæ debet esse talis, vt præstet impedimẽtum perpetuum, licet sit cum aliquo
6 interuallo quietis, † nec leuis febricula, aut quartana, vel modicum vulnusculum essent in consideratione, ità decidit Rota apud Verall. *decis.* 240. *per tot. p.* 1.

DVBIVM NONVM.

ARGVMENTVM.

Corpore impediti qui sint exemplis ostenditur, & huiusmodi impedimenta sunt referenda in actis, & verificanda per testes.

1 Dvbitatur nonò, quinam dicantur corpore impediti: Paris. *de resignat. benefic. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 14. *& seq.* hoc declarat exemplis quæ etiam recenset, & primò exemplificat in habentibus lepram: secundò scabiem herculeam, siue drioram, quæ lepræ affinis est: tertiò paralysim: quartò apoplesiam, per quam ita membra corripiuntur, vt vel reddantur inutilia, vel mors subsequatur: quintò morbum comitialem: sextò morbum gallicum, quando habet vlcera per corpus diffusa, & ostendit extrinsecam deformitatem; septimò manus tremulas, vel chyrogram, siue podagram continuam, vel adeò frequentem, vt non possit iniuncto oneri satisfacere: octauò in lunaticis: nonò in omnibus alijs impedimentis perpetuis corporis, in quibus
2 militat eadem ratio; † & de huiusmodi impedimentis cautus sit prudens collator vt referantur in acta & per testes innotescant in eisdem actis, iuxta ea quæ scribit Ioan. Andr. *in cap.* 1. *de dol. & contum.* cum alijs per Paris. allegatis *d. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 31.

DVBIVM DECIMVM.

ARGVMENTVM.

Corpore vitiati qui dicantur ostenditur exemplis.

1 Dvbitatur decimò qui dicantur corpore vitiati Paris. *de resignat. benefic. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 36. *& seq.* enumerat huiusmodi vitia: & primò in cœco ex
2 vtroque oculo, † nam oculi computantur inter membra, *glos. in*
3 *cap. singula. 86. dist.* † vbi testatur plures cœcos fuisse disertissimos prædicatores, & fuisse etiam ad sacerdotium, & Episcopatus aliquos promotos causa prædicationis tantum, non autem mini-
4 sterij; † & dicit quod Papa cœcus sustinetur: Secundò in claudo cum magna deformitate, vel aliàs si sine baculo ministrare, vel altaris scalas ascendere nequit, vel
5 ligneo pede sit opus, † & requiritur ad hoc causæ cognitio, *Sim. Maiola de irregul. lib.* 1. *c.* 18. tertiò in mutilato manu, vel habente manus articulatas, & inefficaces ad vtendum: Quartò in Gibbosis,

vel Regiberis, nimirum, qui tumorem habent in pectore, nec refert an Gibbus, siue tumor sit in pectore, vel in humeris, an in capite, vel in manu, dummodo afferat deformitatem: Quintò in gutturosis, gutture tumido, aut pendulo,
6 lo, † & remittuntur ad Papam *Maiola d. lib.1. cap.19.* Sextò in ijs, qui diminuti sunt aliqua parte notabili corporis.

DVBIVM XI.

ARGVMENTVM.

Obnoxij crimini qui dicantur traditur.

1 DVbitatur vndecimò ad hunc effectum, qui dicantur obnoxij crimini, Paris. *de resignat. lib. 5. q. 6. n.* 58. quam plures recenset, sed multò plures releuat Simon Maiola *de irregular. lib.5. per tot.* Ego autem huc refero nõnullos, remittẽdo ad ipsum Maiolam, & primò in homicida: Secundò in Simoniaco: Tertiò in Adultero: Quartò in Concubinario: Quintò in sustinente excommunicationem per annum: Sextò in Periuro: Septimò in Blasphemo.

DVBIVM XII.

ARGVMENTVM.

Irregulares, & scandalosi nequeũt, nec debent inseruire Ecclesiæ, vel beneficio.

1 DVbitatur duodecimò quinam sint illi, qui nequeũt, aut non debent inseruire Ecclesiæ, vel beneficio. Vnico verbo concludamus, quod sunt omnes irregulares, & scandalosi. [Idem videtur dicendum de pueris, & beneficiatis *cap. super inordinata. & ibi*
2 *glos. verb. pueri. 35. de præb.* † & licet hoc locum habeat sine difficultate in pueris, quippequi etiã ex Conc. Trid. *sess. 23. c. 6.* non sunt idonei ante ætatem 14. ann.
3 attamen † si beneficium sit de iurepatronatus, & in fundatione caueatur vt simplex clericus possit illud obtinere tunc etiã minor 14. annis erit idoneus vti nuperrimè declarauit Sac. Congreg. in vna Regien. iuripatronatus ad sequentem supplicationem; videlicet.

Illustriss. & Reuerendiss. D.

4 *THomas de Spinellis, aliàs de Laiata Diœc. Regien. fundauit simplex beneficium iurispatr. descendẽtium Baldasaris, & fratrum de Spinellis testatoris agnatorum cum declaratione quod Rector d. beneficij debeat esse Sacerdos missam celebrans, honesta vita, bonorumq. morum, his tamẽ demptis, qui forent aut sunt de stirpe & progenie præfatorum de Spinellis, quos eligi posse voluit in Rectores d. beneficij etiamsi nõ essent nisi in minoribus, & puri clerici, & prohibuit alios, videlicet extraneos eligi posse in Rectores d. beneficij donec sint & reperiantur, qui eligi possint de stirpe d. de Spinellis.*

Quæritur an patronus d. beneficij possit præsentare suum filium clericum ætatis annorum 10. *circiter non obstante* Conc. *T*rident. cap.6. sess.23.

*Sac.*Congreg.Card.Conc.*T*rid. *interpretum censuit ex lege fun-*

da-

dationis huiusmodi, quam non sustulit ipsius Conc. decretum c. 6. sess. 23. ad beneficiũ præfatũ præsentari posse patroni filiũ, qui clericus in aliquo saltem ex minoribus ordinibus constitutus & alioqui idoneus reperiatur, etiam si decimum suæ ætatis annum non excesserit subscrip.

C. Card. de Torres.

Et ego vidi ipsam declarationẽ, & dum fuisset præsentata in Dataria, quippequod beneficium ipsum fuerat impetratum tãquam deuolutum, ex eo quod prætenderetur patronum præsentasse inhabilem, & incapacem propter defectum ætatis, & lapsũ erat quadrimestre, præsens fui, & vidi relaxari decretum fauorabile pro d. præsentato.

Faciunt quæ dicam infra *Req. 10. dub. 11. n. 30.*]

DVBIVM XIII.

ARGVMENTVM.

Habens vnum sufficiens beneficium potest reliqua resignare in manibus Ordinarij, nec refert vtrum habeat onus residentiæ nec ne.

1 DVbitatur 13. an qui vnũ, vel plura habet beneficia, possit
2 ex hac 8. causa resignare. †Huc spectaret, & congruenter caderet materia compatibilitatis vel incõpatibilitatis beneficiorũ, de qua extãt elegãtissimus, & copiosissimus tractatus eminentissimi Doctoris Alphonsi Hoyedę; verũtamen quia nõ est difficile huiusmodi tractatũ habere, ideo ne volumẽ fiat crassus quã par est, libenter huiusmodi ma-
3 teriam silentio pertranseo. † Illud tamen non omitto, quod vt aliquis possit vnum, vel plura beneficia resignare in manibus ordinarij, ex hac octaua causa, requiritur vt vnũ sit sufficiens ad congruam sustentationem Rectoris, nec refert vtrũ habeat annexum onus residẽ-
4 tiæ necne, † quin imò, quando aliquis obtinet beneficium sufficiens quãuis sit simplex, reliqua redduntur incompatibilia, etiamsi essent simplicia *Paris. de benef. resignat.*
5 *lib. 5. q. 6. n. 115.* † [Et iste fortasse ¶ erit intellectus *ad c. super inordinata. 35. de præb.* quatenus dicit quod pueri, & beneficiati, qui non possunt, in eadẽ Ecclesia deseruire in ea non debent idonei reputari vbi *gl. in verb. beneficiati.* arguit ex isto tex. quod quisque debet facere mentionem de beneficio suo,
6 aliàs literæ nõ valerent,] † itaque si quis promouetur ad Abbatiam habentem generalem, & omnimodam, ac quasi Episcopalem iurisdictionẽ siue sit Abbatia regularis, siue secularis, vacãt omnia beneficia talis promoti Garz. *p. 11. c. 7. Hoyeda p. 1. c. 6. n. 1. & seq. & ego de indult. Card. d. 18. & 19. Pr. 26.*

DVBIVM XIV.

ARGVMENTVM.

Beneficium quod sit sufficiens, an non relinquitur arbitrio iudicis.

1 DVbitatur 14. quandonam beneficiũ dicatur esse sufficiẽs, ad hoc vt vacent alia, quæ prius obtinebat de huiusmodi beneficio
2 prouisus. † Alphonsus Hoyeda *in tract. de incompatib. benefic. p. 1. c. 19. n. 22.* dicit quod hoc relinqui-

tur arbitrio Iud. considerata rerũ,
3 & personarũ varietate, † & sic, inquit, habenda est ratio personæ, an sit nobilis, nam qualitas alimentorum debetur iuxta conditionem personæ, ***ad not. per Abbat. n. 9. in***
4 ***c. cum omnes. 6. de constit.*** † Item, an sit in dignitate, quia alimenta constituenda sunt secundum dignitatem personæ, ***ex text. in l. 1. §. mulier, & in l. habitatio. §. seruus. 4. de ventr. in possess. mitt. glos. in c. nobis. in verb. modestè. 25. de***
5 ***iurepatr.*** † Item habenda est ratio omnium, quibus æget pro victu, & vestitu, medicinis, & habitatione,
6 quia † quamuis in odiosis, appellatione alimentorum, non veniat habitatio, neque vestiariũ, in fauorabilibus tamẽ sic. Hoyeda ***d. c. 19.***
7 ***n. 36.*** † itẽ aduertit, quod si persona beneficiarij augeatur, augeri etiã deberent alimenta ***Gozad. in cõs. 95. n. 4.*** & probat ***text. in l. cum vnus. §. vult. 10. ff. de alim. & cib.***
8 ***legat.*** † insuper consideranda est consuetudo familiæ, ***Card. Paris.***
9 ***in cons. 98. in fi. vol. 2.*** † Præterea habenda est ratio nõ modo beneficiarij, sed etiã suorũ vt probatur, ***in c. studeat. 50. dist.*** & dicit, quod sui dicuntur in hoc casu illi, quos necessariò quis secum habere debeat, & quod in hoc casu dicuntur sui, pater, mater, & sorores, quinimò & filij spurij, nedum legitimi, vxoresq. filiorũ ipsius beneficiarij, & etiam nepotes, hoc dicit, & probat Hoyed. ***vbi sup. à n. 22. vsq; 41.***

DVBIVM XV.

ARGVMENTVM.

In supputatione sufficientiæ beneficij non attenditur patrimonium quod sit pingue.

1 DVbitatur 15. an in supputatione sufficientiæ, vel insufficientiæ redditũ pro sustentatione beneficiarij, habenda sit ratio bonorũ patrimonialium, seu quasi ipsius beneficiarij, ita vt si redditus beneficij, vna cũ ipsis patrimonialibus bonis sufficiant ad cõgruam sustẽtationem dici debeat benefi-
8 cium sufficiens. † Hoc dubium mouet Hoyeda ***de incompatib. benef. p. 1. c. 19. n. 42.*** asseuerans eatenus excitatũ à nemine fuisse, & quampluribus hincindè affirmãtibus, & negantibus doctoribus allatis, tãdem concludit quod nõ sunt computandi redditus bonorum patri-
3 monialiũ; † Illud tamen admonet, quod quando pauperes essent in maxima inopia, clericus salua cõscientia nõ potest expẽdere redditus beneficij in proprios vsus, sed tenetur eos pauperibus erogare;
4 & † ità ait intelligendã esse comunem sententiã, vt in consideranda sufficientia beneficij non sit habẽda ratio bonorum patrimonialium ipsius beneficiarij, ***Paris. lib. 5. q. 6. n. 153. de resignat. benef.***

DVBIVM XVI.

ARGVMENTVM.

Episcopus non potest conferre vltra vnum beneficium habenti aliud, & taliter prouisus dicitur intrusus.

1 DVbitatur decimosextò, an habenti duo, vel tria beneficia, quę simul non sufficiũt ad cõgruam

gruam sustentationem possit Episcopus aliud, vel alia conferre, vsque ad congruam sustentationem.
2 Videtur † negatiuè concludendũ, Conc. enim Trident. *sess. 24. c. 17. de reformat.* sancitum est, vt habẽti vnum ecclesiasticum beneficiũ, quod ad eius vitam honestè sustentandam non sufficiat, possit aliud simplex conferri, dummodo vtrũque personalem residentiam non requirat, ac proinde clara sunt
3 verba pro negatiua, † nam concessio cum sonet in singularitatẽ, ad pluralitatem huiusmodi singularitas referri non potest, vt clarè probat *l. fin. ff. ad trebellian. cam*,
¶ *& c. gaudemus* 8. *de diuor.* [cum alijs iuribus & D. d. allegatis per Hoyedam de *compatibilit. benef.*
4 *p. 2. c. 1. 25.*] † dato enim quod posset etiam resolui ista singularitas in pluralitatem propter identitatem rationis, nimirum quia militet in pluralitate, sicut in singula-
5 ritate, † obstare nihilominus videtur, quod quando aliquid requiritur pro forma, vt videtur velle hic Concilium, omissio formæ in qualibet etiam minima parte vitiat actum, *Butr. & Abb. n. 5. in c. Pi-*
6 *sanis* 19. *de restit. spol.* † nec addi, aut detrahi potest quidquam de forma, minusque potest adimpleri per æquipollens *Hoyeda de incompatibil. benef. p. 2. c. 1. n. 26. & 27.* vbi examinat hanc dubitationem, & cumulatis pluribus pro negatiua, & affirmatiua doctrinis, † tan-
7 dem concludit, pluribus iuribus, rationibus, argumentis, & fundamentis pro affirmatiua, pro qua etiam allegat stylum Curiæ Romanæ; negando quod Concilium det formam aliquam hic vt poterit vnusquisque videre apud ipsum *à n. 27. vers. sed aduertendum*,
8 *vsque n.* 38. † vbi etiam consulit omnibus, qui possunt commodè expectare aliquod beneficium sufficiens, vt illud vnum expectent, nec acceptent aliquod, seu aliqua insufficientia ad cõgruam sustentationem, vt euitetur in eis pluralitas adeò Sacris Canonibus inuisa, & cessent eiusdem pluralitatis inconuenientia, & eò maximè, quia aliquando vnum beneficium, quod est insufficiẽs respectu vnius personæ, potest esse sufficiens respectu alterius, quapropter, inquit, defraudatur ille, cui esset suf-
9 ficiens. Hæc Hoyeda, † cuius quidem sententiæ videtur etiam subscribere D. Augustinus Barbosa, *de potestate Episcopi p. 3. allegat. 62. n. 10.* vbi etiam alludit ad sty-
10 lum Curię, † sed hodie extant nõnullæ Congregationis declarationes, quas refert, de verbo Garzia *de benef. c. 5. n. 310. p. 11.* per quas apparet quod Episcopus non potest vltra duo beneficia vni conferre, accedit Thesaurus fori Ecclesiastici, *c. 32. n. 25. & seq.* qui dicit, quod talis prouisus de pluribus beneficijs, quam duobus dicitur intrusus.
11 [Verumtamẽ dicamus quod po-
¶ terit Episcopus conferre siquidem Cõcilium *d. c. 17.* non prohibet assecutionem, sed tãtum retentionẽ, vt fuit resolut. in *Sala. dimid. port. cor. Ora. & firmat. in assisien. benef. cor. eod. 11. Mar. 1582. estq. dec. 624. n. 2. apud Farin. nou. nouiss.*

D/V-

DVBIVM XVII.

ARGVMENTVM.

Habenti sufficientem sustentationẽ in pensionibus potest conferri beneficium.

1 Dvbitatur 17. an Ordinarius possit conferre beneficium ei, qui habet sufficientem sustentationem in pensionibus, Garzia *de beneficijs cap.5.n.*310. *p.*11. attestatur Sacr. Congregationem Conc. decidisse pro affirmatiua, vbi refert de verbo huiusmodi declarationem,

DVBIVM XVIII.

ARGVMENTVM.

Beneficia Iurispatronatus non cadunt sub dispositione Conc. Trid. sess.24. de reformat. c.17. *& traditur differentia inter collationem & institutionem.*

1 Dvbitatur 18. an Conc. Trid. *sess.*24.*de reform.cap.*17.vbi prohibet Episcopus conferre vni vltra duo beneficia locum habeat in beneficijs iurispatronatus, hoc tangit Garz. *in tract. de beneficijs p.*11.*c.*5.*n.*286. dicens, locum habere, nisi caueatur ex fundatione, vt simul cum alijs retineri possint; sed in contrarium videtur veritas,
2 & ita etiam est vniuersalis obseruantia, & praxis, vt inquam Episcopi instituant præsentatos à patronis tametsi tertium, & quartum habeant beneficium; & de
3 se testatur † Lambertinus *de iurepatr.par.*1.*lib.*2.*quæst.*7.*art.*15. *n.*15. qui dicit se fuisse institutum in 37. beneficijs, quorum maxima pars erat patronatuum laicorum, & clericorum, & eorum fructus non ascendebant ad summam ducatorum 130. de Camera, & ratio esse potest, quia Conc. *d.c.*17. loquitur non quidem de institutio-
4 ne, sed de collat.† quæ *ex Sel.de benef.par.*3.*q.*1.*nu.*11.*& Gonzal. glos.*16.*n.*8.*de mens.*propriè est libera translatio, seu concessio iuris in beneficio vacante, quia collator non tenetur conferre isti, vel illi, sed liberè cui vult dummodo sit idoneus, *c.relat.de præbend.* vel vt tradit Gonzal. *d. tract. §.*4. *proœm. n.* 46. quamuis conferre beneficium sit præcisum, & neces-
5 sarium: † conferre tamen magis vni, quam alteri est voluntarium, & gratiosum, ac est gratia, & liberalitas, in cui dando *glos. in d. c.relat. verb. liberalitas de præb. glos. verb. libera in c.fin. de offic. vic.lib.*6.*Stafil.de grat.& expect.* 5.*forma n.*6. & conferre est donare, *d. c.fin.de off.vic.in* 6. *Gonz.*
6 *d.§.*4.*n.*53.†& appellatione collationis nõ semper venit institutio, quamuis sit latum nomen, *Gonz.*
7 *d.glo.*16.*n.*10.† etenim institutio, vt vidimus *prælud.* 7. *dub.*21. *nu.* 162.dat sententiam, siue decretũ, per quod confirmatur, & perficitur ius acquisitum per præsentationem patroni, & Ordinarius velit nolit tenetur illud ius conferre in præsentatum dummodo sit idoneus *Selua d.q.*1.*p.*3.*n.*10. & adeo arctatur Ordinarius ad instituendum vt si renuat possit compelli per superiorem, vt vidimus *in d. prælud.*

*præfud.7. dub.*10.*n.* 6.quod cessat
8 in collatione, † nam quilibet Ordinarius confert motu proprio. *Paris. de resignat. benef.l.*8. *q.* 9. *n.*79.*Selua.p.*3.*q.*12.*num.*19. nec sunt exprimenda in collatione Ordinarij plura, quæ in collatione Papæ sunt exprimenda, & recenset Paris. *d.q.*9. *à nu.*67. *vsque ad* 76.& sic ex Parisio ibidem,non tenetur exprimere beneficia quę obtinet ille, cui prouidetur, nec etiã valorem beneficij collati:nec possessionem coloratam alterius: neque beneficium an habeat dignitatem, aut iurisdictionem annexam necne: neque exprimenda est dignitas,quam habet ille,cui confertur; ac tandem non requiritur expressio eorum,quæ verisimiliter nota sunt, vel esse possunt Ordinario.*hæc ex Parisio vbi supra*.
9 [Sed hic lubet expressius aliqua annuere de remedio obtinendę institutionis, vbi institutor renuit, & optimam arbitror circa hoc doctrinam Mandos.*in cons.*7.*n.*22. *& seq.lib.*1.vbi dicit quod seruanda in hoc casu erit praxis, quam dat.Abb.*in c.vlt. de iurepatr.n.*5. videlicet vt porrigatur præsentatio perfecta intra tempus à iure statutũ ad præsentandum, & dicatur *R.D.Episc.hunc clericum elegi vobis præsentandum ad beneficium simplex sub inuocatione S. N. vel ad talẽ dignitatem,seu canonicatum, & suam præbendam in Ecclesia S. A. Ciuitatis B. de iurispatronat. mei tam ex fundatione, & dotatione,quam aliàs ex canonico titulo longissima præscriptione tanti temporis, cuius initij hominis memoria non est, & in cuius iuris præsentandi Rectorẽ, vel Archipresbyterum vel canonicum ad d.beneficium vel dignitatem,aut canonicatum, & præbendam pro tempore illius vacationis fui, & sũ vt ex pluribus instrumẽtis documẽtis,& præsentationibus tam per me,quam per maiores & auctores meos factis effectum sortitis,quas in continenti exhibere, vel intra competentem terminum mihi assignãdum paratus sum pro fundamento meæ intentionis & iurium, & sic continuando, & continuare intendens meam quasi possessionẽ præsentandi Rectorem vel &c.ad d.beneficium S.N.præsento venerandum M. Sacerdotem habilem & idoneũ ad obtinendum, regendum, & gubernandum d. beneficium, quem peto institui, & de dicto beneficio,eiusque annexis,& pertinentijs inuestiri om.mel. modo,protestando per non stetisse, neque stare,saluo iure &c.*
10 Et sic ponit in tuto suam præsentationem, itaut si renuat Episcopus illam admittere, vel præsentatum instituere, poterit præsentatus, acceptata tamen prius ipsa præsentatione intra dictum tempus concessum patronis ad præsentandum, si libuerit adire Metropolitanum, aut viciniorem Episcopum, & facere se instituere:
11 porrò † poterit acceptare præsentationem coram notario, & testibus cum dicta potestate quod per ipsum non stat neque stabit. *latè Lamber.de iurepat.p.*2. *lib.*2. *quæst.*8. *art.*17.

Limi-

12 Limita tamen nisi patronus variaret alium accumulatiuè præsentando, nam tunc non posset cogi Episcopus.

13 Aliam cautelam tradit Mandos. *ibi n.23. in fine*, vt scilicet adeatur summus Pontifex, & obtineatur signari supplicationem nouæ prouisionis, & sic illicò confirmabitur ius præsẽtati absque alio circuitu, & ita se practicasse testatur in causa, quam ibi recenset.]

DVBIVM XIX.

ARGVMENTVM.

Terrulæ beneficiales, & legata non cadunt sub dispositione Conc. de non conferendo vltra duo.

1 DVbitatur decimo nonò, an sub decreto Conc. Trident. *c.17. sess.24.* vbi disponitur, vt habenti duo beneficia aliud non cõferatur, cadant terrulæ beneficiales, seu pia legata, cum onere celebrandi Missas, aliauè diuina officia, quæ neque Ecclesiæ, neque beneficij, aliquam habent denominationem, quamuis consueuerint conferri in titulum vni, vel pluribus Presbyteris ad præsentationẽ patronorum, siuè hæredum, & singulæ duorum aureorum, vel triũ,
2 valorem non excedunt. † Garzia *de beneficijs p.11.c.5.n.310.* refert, & attestatur, Sac. Congregationẽ censuisse non comprehendi, quod planè decretum Sac. Congregationis huiusmodi fuit approbatum per Papam, & placuit eidem Sanctissimo seruari Stylum Cancellariæ, vt vnica collatione plura huiusmodi legata vni conferri possint in titulum simplicis beneficij.

DVBIVM XX.

ARGVMENTVM.

Beneficium 30. vel 40. scutorum est sufficiens ad titulum, vt possit quis ordinari.

1 DVbitatur vigesimò, estque dubium non contemnendũ, an beneficium, ad cuius titulum quis petit promoueri ad Sacros Ordines, debeat nè esse sufficiens, ea sufficientia, quam supra tetigi-
2 mus dub. 14. † Paris. *de resign. benef. lib.5. q.6. n.155.* dicit, quod sufficit, vt beneficium sit 30. vel 40. Scutorum aureorum, per tradita à Nauarro *in Miscellan. 62. n.2. & sub n.7.* vbi asserit beneficium scutorum 40. communiter censeri sufficiens.

DVBIVM XXI.

ARGVMENTVM.

Ordinatus contra formam Concilij sine patrimonio non est per hoc suspensus, nec aliquam pœnam incurrit.

1 DVbitatur vigesimo primò, an ordinatus contra formam Conc. *c.2. sess.21.* idest sine beneficio, vel patrimonio sit suspensus, aut aliquam pœnam incurrat. Sacra Congregatio censuit, quod *ordinatus contra formam dict. decreti, sine beneficio, aut patrimonio non est super hoc suspensus, nec aliquam pœnam incurrit, sed*

cogen-

cogendus est ordinarius ei prouidere iuxta c. cum secundum de præb. & hic solus Canon. fuit à Conc. innouatus. *Abb. in d. c. cum secundum 16. de præb.*

DVBIVM XXII.

ARGVMENTVM.

Qui secundum incompatibilem cum primo consequitur, vel expectat à Sede Apostolica non potest illud primum renunciare, de ijs vero qui prouidentur ab ordinarijs aliud esse videtur.

1 PRosequendo causas, ex quibus beneficium potest resignari, Dubitatur vigesimo secundò, an re vera possit is, qui consequitur aliud beneficium, renunciare illud, vel illa, quæ prius habebat, prout annuit Constitutio Pij V. *in IX. causa.*
2 † Videtur quod non, quia obstare videtur extrauagãs. *Execrabilis 1. Io. xxII. & 4. de præbẽdis inter communes, per quam statuitur, quod recipiens secundum beneficium curatum, vel dignitatem, personatum, seu officium, postquam illorum possessionem habuerit, vel per eum steterit quo minus illam adipiscatur, debeat absque mora dispendio, coram ordinarijs dimittere verbo & facto, & sine fraude, sub testimonio publico primum,*
3 *quod ipso iure vacat, † alioquin ex tunc sit ipso iure etiam secundo priuatus, & ad Sacros Ordines suscipiendos, & ad habendum quodcumque beneficium inhabilis,*
4 † cui extrauaganti additur dispositio c. 1. *de multa 28. de prabend. per quod statuitur, quod si quis habens personatum, vel dignitatem, Curatumuè beneficiũ, & aliud simile consequatur, statim atque secundum fuerit consequutus, vacet primum; ita vt possit liberè conferri à legitimo superiore, quod si illud contenderet retinere, vacabit etiam secundum,* & Rota coram Seraphino resoluit, quod ij, qui secundum adeptus fuerit incompatibile, non poterit primum renunciare in fauorem, quod etiam firmauit Parisius *de resignatione lib. 8. quæst. 7. nu. 102.* vbi etiam tradit formam supplicationis pro retentione primi, & resignatione secundi vltimò adepti ne cadat in decretum de dimittendo, & tandem, nouissimè Sanctiss. D. N. Vrbanus VIII. inter regulas Cancellariæ retulit Constitutionem seu regul. editam à fæl. recordat. Paulo Quinto, illamque statuit secundam ipsarum regularum, per quam decreuit, & declarauit quod si in posterum contigerit quibusuis personis de aliquibus beneficijs Ecclesiasticis tunc vacantibus, seu vacaturis per sanctitatem suam, aut eius auctoritate prouideri, ipsosque prouisos, seu prouidendos intra vacationis, & prouisionis, seu assecutionis eorumdem beneficiorum tempora, quæcumque alia cum illis incompatibilia Ecclesiastica Sæcularia, vel quorumuis ordinum, etiam hospitalium regularia, per eos tunc obtenta nulla speciali, & expressa, & de

de eisdem in prouisionibus prædictis facta mentione speciali, vel causa permutationis, aut aliàs quomodolibet siue in sanctitatis suæ, vel alterius Romani Pontificis pro tempore existentis, aut legatorum vel nunciorum dictæ sedis, siue ordinariorum, vel aliorum collatorum quorumcumque manibus resignare, seu dimittere, aut iuribus sibi in illis, vel ad illa competẽtibus cedere contigerit, omnes, & singulæ concessiones, collationes, prouisiones, & quænis aliæ dispositiones de beneficijs, seu iuribus sic resignandis, dimittendis, ac cedendis pro tempore faciendæ, cum inde secutis quibuscumque, cassæ, & irritæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, vel cuiquam suffragentur, sed beneficia, & iura, vt præfertur resignata, dimissa, & cessa eo ipso vacent, & vacare, ac sub reseruatione prædicta, quam S. sua etiam quo ad hoc extendit, & ampliauit, comprǽhensa censeantur, ita quòd de illis, per alium, quam per eandem S. suam, vel pro tempore existentem Romanum Pontificem nullatenus disponi possit, in omnibus, & per omnia, perinde ac si per pacificam assecutionem beneficiorum aliorum huiusmodi verè, & realiter vacauissent, de-
¶ cernẽs irritũ &c. [quam regulam retuli de verb. in *req. 1. d. 10. n. 1.*]
5 additur † etiam obseruantia, & Stylus Cancellariæ, quæ consueuit apponere in literis Apostolicis eorum, qui prouidentur de beneficijs [illegible] vt intra certum tempus vel aliàs quamprimum fuerint possessionem secundi adepti, vel per ipsos steterit quominus illam adipiscantur, primum in manibus Papę liberè dimittere teneantur, cum expressa mentionę decreti huiusmodi.

6 Cum itaque extent tot contraria, & maximè *d. c. de multa 28. de preb.* per quod ipso iure, & facto priuatus existit primo beneficio prouisus de secundo statim, atque secundi possessionem adeptus est, † videtur quod non possit
7
8 renunciare, † quia nemo dat quod non habet *c. Daibertum 1. q. 7.* ac proinde videtur etiam superflua,
9 ista nona causa; † nihilominus dicendum est, non esse superfluam istam IX. causam; imò ex ea pos-
10 se renunciari, † sed sic fore intelligendam, vt quis possit in manibus ordinarij renunciare illud beneficium, quod obtinet, siue sit simplex, siue annexam habeat residentiam, si aliud consequatur, quòd aliàs sit compatibile per se, vel aliàs per dispensationem cum primos & sic locum habere istam Cõstitutionem Pianam circa benefi-
10 cia compatibilia; † iura autem, & regulam Cancellariæ, quæ pręmisimus, locum habere in beneficijs incompatibilibus, quia, vt vidimus, ex quo vacant ipso iure,
11 & facto non possunt, † proinde renunciari.
12 Nisi dicamus, quod fortè poterunt prouisi ab Ordinarijs etiam de incompatibilibus renunciare primum incompatibile in manibus ipsius Ordinarij antequã adipiscantur possessionem secundi in-
13 compatibilis; † nam Constitutio

Pauli

Pauli Quinti, & moderna regula 2. Cācellariæ non nominant, siue exprimunt prouisiones ab ordinarijs faciendas, sed tantum de prouisionibus, seu prouidendis, siue pronisis à Sanctitate sua, vel Apostolica auctoritate mentionem fa-
14 ciunt, vt apertus est textus eiusdem regulæ, ea ratione, ne in fraudem reseruationis, & decreti, ante assecutionem beneficiorum à Papa conferendorum, prima incompa-
15 tibilia resignentur, † quæ planè ratio cessat in prouisione ordinarij, cum non propterea fraudetur Ca. Apost. annata, & alijs regalijs solui solitis, & ea propter cessare etiam debet dispositio ipsius re-
16 gulæ, † quia vbi non intrat ratio legis neque ipsa lex obligare potest *l. fi. C. de præscrip. long. temp.*
17 *l. fi. ff. ad fillan.* † accedit etiam, quod per dictam regulam derogatum non est d. Constitut Pianæ, ergo remanet in suo robore *l. san-*
18 *cimus 27. C. de test.* † enimuerò nisi ius antiquum corrigatur expressè, remanet simul cum nouo, *glos. in d. c. de multa 28. de præb.*
19 & † lex noua generaliter corrigēs non porrigitur ad casus à lege veteri specialiter definitos. *l. sciendū 15. ff. qui satisd. cog.* iuncta *authen. offeratur C. de lit. contest.*

20 Nec obstare videtur, quod tradit Gomes. *in procem. reg. Cancell. q. 2.* vbi disputat, an regulæ Cancellar. vniuersaliter ligent omnes etiam extra Curiam, vbi tandem, in vers. *redeundo igitur*, concludit affirmatiuè, attestans de magis
21 communi, † nam respondetur, quod regulæ ipsæ ligant quidem extra Curiam, reseruando secundum intentionem reseruantis, at secus vbi non intrat reseruatio, vt in casu prouisionis ordinarij, & quotidiè practicatur.

22 Quo circa videmus, quod si resignans etiam in manibus Papæ moriatur extra Curiam, & in mense ordinario intra viginti dies ordinarius conferre potest illud ipsum beneficium, nec dicitur affectum, quia ex vi regulæ de 20. vacat per obitum, & non per resignationem. *Simonet. de reseruat. benef. q. 28. nu. 6* & dixi latè superius *in præludio 25. dub. 13.* vers. *quinta est, n. 25.* & vers. *quartus addi potest n. 68.*

DVBIVM XXIII.

ARGVMENTVM.

Institutor, ad quem deuoluitur patronatu m ob negligentiam patroni, habet sex menses ad conferendum.

1 DIximus, quod Ecclesia patronata facit deuolutionem cum suis qualitatibus l. *item veniunt §. cum prædixerimus 22. ff.*
2 *de pet. hæred.* † nunc dubitatur 23. intra quale tempus debeat ordinarius conferre Ecclesiam deuolu-
3 tam; † ratio huius dubij est, quia in iure nullum præfixum est tem-
4 pus ad instituendum. † Selua *de benef. p. 3. q. 59. vers. idem est dicendum*, dicit quod si patronus est negligens, superior, ad quem deuoluitur potestas conferendi, habebit sex menses, *arg. c. 1. de iure*
5 *patr. in 6.* † nam, inquit, mutata condi-

conditione personæ conuenit mutari conditionem rei *§.1. l. Cum quis sibi 38.ff.de solut.*

DVBIVM XXIV.

ARGVMENTVM.

Constitutio Pij V.de admittendis resignationibus. §. cęterum *non comprahendit patronata laicorũ.*

1 DIximus constitutionẽ Greg. XIII. habere locum in publicatione resignationum benefi-
2 ficiorum iurispatronatus, † nunc 24. dubitatur an in eisdem beneficijs iurispatronatus locũ habeat const. S. mem. Pij V.de admittendis resignationibus,in *§.cœterum* per quam interdicitur Episcopis, ac alijs collatoribus prouidere *de beneficijs in eorum manibus resignatis,ijs, qui verbo, vel nutu, vel signo, in huiusmodi beneficijs, vel officijs à resignantibus, aut alijs eorum significatione,vel hortatu successores designantur, aut de ijs assumendis, promissio inter eos,vel etiam intentio qualiscumque intercedat,aut suis,vel dimittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum.* D.Franciscus Leo,*in thesauro for.Eccles. c.*18. *n.* 38. tenet quod cadant sub
3 huiusmodi dispositionem: † At verò Nic. Garz.*p.*11.*c.*3.*§.*3. *n.*268. *de benef.*& Paulus Piacetius, *in prax.Episc.c.*5.*n.*22.*p.*2.*fol. mihi* 332.& Quaranta in sum.bull. *ver. benef.resign.* dicunt contra ipsum Leonem, quod beneficia iurispatronatus non cõprehenduntur sub
4 d *§.cœterum*, † asseruntq. pro huiusmodi decisione declarationem, siue attestationem Illustriss. bon. mem.Card.Matthęi in hæc verba. *Nos Hieronymus tit. S. Pancratij S. R. E. presbyter Cardinalis Matthaius fidem facimus, & attestamur in libris sac.Congregat. Concilij, qui apud nos asseruantur,adnotatum esse, quod* fæl. record.Greg.XIII.*declarauit beneficia iurispatr.non comprahendi* in *§.* cœterum *contento in constitut. S. mem. Pij V. relaxante probibitionem de non admittendis resignationibus,* quo *§. probibetur Episcopis beneficia in eorum manibus, resignata eorum, aut resignantium affinibus, consanguineis, vel familiaribus conferre:* subscrip. Hieronymus Card. Matthæius, & sic quotidie in hac Alexandrin. Episcopali Curia practi-
¶ catur.[Io.d Kochier *in reg.*43.*siue de consensu in resignat.& pensionibus n.*68.*& bodie est.*45.extẽdit etiam ad patronata Ecclesiastici iuris,& attestatur de casu,qui cõtingit ann.1621. in vna Capellaniæ Tõgren. coram officiali Leodiẽsi.]

De consensu in resignationibus & pensionibus.

5 I*Tem,voluit,& ordinauit,quòd super resignatione cuiuscunque beneficij Ecclesiastici,seu cessione iuris in eo, quam in manibus suis, vel in Cancellaria Apostolica fieri contigerit, Apostolicæ* ***literæ nullatenus*** *expediantur,* ***nisi resignans*** *, vel cedens, si præ-* ***sens in Rom. Curia fuerit*** *perso-*

na-

naliter, alioquin per procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, expeditioni huiusmodi in eadem Cancellaria expresiè consenserit, & iurauerit, vt moris est. Et si ipsum resignantem seu cedentem, pluries super vno & eodem beneficio, in fauorem diuersarum personarum successiuè consentire contigerit, voluit Sanctitas sua, quod primus consensus tenere debeat, & alij posteriores consensus, ac literæ eorum prætextu etiam sub priori. Data expedita pro tempore nullius sint roboris, vel momẽti. Nec litera reseruationis, vel assignationis, etiam motu proprio, *cuiusuis pensionis annuæ super alicuius beneficij fructibus expediri possint, nisi de consensu illius, qui pensionẽ persoluere tũc habebit.*]

DVBIVM XXV.

ARGVMENTVM.

Consanguinitas ad causandum impedimentum collationis beneficij resignati in manibus Ordinarij videtur quod debeat restringi ad tertium gradum tantum, quia consanguinei in quarto gradu nõ videntur tantæ affectionis.

1 SVccedit 25. dubium non contemnendum, in quoto gradu prohibeantur consanguinei, vel affines quominus possint prouideri ab Episcopo de beneficijs in eorum manibus resignatis. D. Flam. Paris. *de resignatione beneficiorum lib. 5. quæst. 6. num.* 194. dicit quod relinquitur dispositionis iuris communis *l. commodissimè* 10. *ff. de lib. & posthum. quam ibi allegat.* nec vlterius hoc dubium enodat,
2 † nisi forte dicendum sit, vt sicut consanguinitas, vel affinitas, quæ intercedit inter promouendum ad Ecclesiam Cathedralem, & eum, qui debet inquirere de inquirendis requisitis, iuxta Constitutionem æditam per fæl. recordat. Gregor. XIV. 15. *Maij* 1591. de qua meminit idem Parisius *lib. 8. quæst. 5. num. 61.* non deuoluit ipsam inquisitionem, nisi huiusmodi consanguinitas, vel affinitas intercedat vsque ad tertium gradum,
3 † quippequi illi, qui sunt coniuncti dumtaxat in quarto gradu, non sunt tantæ affectionis *per glos. in cap. consanguinei* in verbo *parẽtes 3. quæst. 5.* & per ea, quæ notat, & tradit Farinac. *in praxi crimin. quæst. 54. num. 23. de testibus*, vbi concludit cum magis communi, quod cõsanguinei in quarto gradu possunt compelli ad testificandum consanguineos in huiusmodi gradu coniunctos;
4 † ita, & in casu nostro non impediat prouisionem fieri consanguineis extra tertium gradum coniunctis:
5 † Sed quia gradus quartus consanguinitatis est prohibitorius matrimonij *cap. non debet 8. de consanguinitate, & affinitate*, quod tamen obstare non deberet cum non militet eadem ratio impedimenti matrimonij, quæ planè est sanguinis cõmixtio, quæ potest esse, & non esse sine amicitia, ac impedimenti affinitatis, aut cõsanguinitatis ad esse

ctum prouisionis beneficiorum, quæ ferè semper coniunctam habebit amicitiam, propter quam induci poterit resignans ad resignandum, & collator ad conferendum, & ipsa cessante, cessabit etiã resignatio, & collatio, vltra aliam rationem; nimirum, vt euitetur successio in beneficijs, quæ à iure reprobatur *c.1. & ibi glos.* in verbo *iure de prab.* Conc. Trid. *de reform.c.7.sess.25.*

DVBIVM XXVI.

ARGVMENTVM.

Affinitas ad inducendum impedimentum collationis beneficij resignati in manibus Ordinarij si sit ex licito coitu videtur quod non debeat extendi vltra tertium gradum, si verò sit ex illicito coitu gradum secundum non debet excedere.

1 Maius dubium est circa affinitatem, vtrum, inquam, impediat vsque ad tertium, an
2 etiam ad quartum gradum; † ratio dubitationis desumitur ex Sacro Concil. Trident. *de reformat. matrim.cap.4. sess.24.* vbi decernitur vt affinitas ex fornicatione contracta non excedat secundum
3 gradum; † & re vera puto idem dicendum de affinitate, quod de cõsanguinitate, considerata tamẽ vt sit contracta ex licita copula *per d.c. non debet 8.de consang. & affinit.* si verò sit contracta ex illicito coitu non debebit excedere secundum gradum *Conc. Trident. sess.24.de reform.matr.c.4.*

DVBIVM XXVII.

ARGVMENTVM.

Attinentia non impedit collationem beneficij resignati in manibus Ordinarij, & traduntur genera Attinentiæ; idem de adoptiuis nisi stringat ex capite familiaritatis quia adoptiui solent cohabitare, & conuiuere cum adoptante.

1 Dvbitatur 27. de qua affinitate sit intelligẽdum vt impediantur affines quominus possint prouideri de beneficijs resignatis in manibus Ordinarij, ex prohibitione Constitut. Pij Quinti
2 *§. cæterum.* † Ratio dubitationis desumitur ex Host. *in sum. de affinit.n.4.*vers. *qualiter ipsa genera affinitatis*, & vers. *secundum genus*, vbi, quod persona generata ex consanguinitate personæ sociata per carnis copulam mutat gradum, sed non genus attinẽtiæ; persona autem sociata personæ per carnis copulam, mutat genus, sed non gradum, traditq. versum.

Mutat nupta genus, sed generata gradus.

Quod planè potest exemplificari sic, frater meus duxit in vxorem Annam, cum itaque frater sit mihi coniunctus consanguinitate in primo gradu, Anna erit mihi affinis in primo gradu, & primo genere: at verò si mortuo fratre meo, Anna nubat Petro, ex quo Petro sociatur Annę alias fratri meo sociatæ per carnis copulã, ipse Petrus fit mihi affinis in primo quidẽ gradu, sed in secũdo genere: si tãdem mortua Anna Petrus du-

cat

eat Luciam, ex quo Lucia sociatur Petro sociato A. alias fratri meo sociatæ per carnis copulam, ipsa L. fit mihi affinis in primo gradu, prout erat A. & P. sed in tertio ge-
3 nere. † Cum itaque vt vidimus in antecedenti dubio impedimentum huiusmodi prouisionis extendatur vsque ad tertium gradum, hi verò sint in primo gradu dubium planè non contemnendum hoc est, an, inquam, tamquam attinens mihi in primo gradu impediatur obtinere meum beneficium. Breuiter
4 autem † concludamus non impediri, nam quamuis Hostiensis illam appellet affinitatem, & re vera appellari possit largo modo affinitas, strictè tamen, & propriè dici non potest affinitas, sed quædam attinentia, vt notat Syluester *in summ. verb. Matrimonium* 8.
5 *n.* 15. † quo fit vt matrimonium huiusmodi attinētia non impediat nisi in primo genere, quod etiam animaduertit, & docet Host. *in summ. de affin. n.* 5. Cum itaque aliquid prohibetur propter aliquod impedimentum, debet illud impedimentum, vt intret ipsa prohibitio strictè, & propriè intelligi, non autem impropriè, & largo modo, vt obseruat Gambarupta *de casibus reseruat.* casu, *qui se-*
6 *cundo vel propinquiori*, † vbi cōcludit quod copula cum commatre nō cadit sub illa reseruatione;
7 nam † in statutis verba debent intelligi propriè *l.* 1. *§. si is, qui na-*
8 *uem ff. de exercit. actio.* † & vbi dispositio simul est pœnalis, & correctoria non fit extensio, etiam ex identitate rationis ad casum, qui sublata vocabuli significatione contineri potest *glos. in cle.* 2. verb. *eisdem, de ætat. & qualitat.* & probatur *in l. penult. & l. fin. C. de interd. matr.* tradit *Crot. num.* 172. *in l. omnes populi* 9. *ff. de iust. & iur.* quem citat Dom. Petrus Barbosa *in* 4. *par. rubr. ff. solut. matrim. num.* 53. vbi iam dixerat *n.* 51. quod si materia sit odiosa vocabulum accipitur in instricta, & propria eius significatione, non autem admittetur impropria, siue larga *per d. l.* 1. *§. si is, qui nauem de exercit. actio.* Bart. *in d. l. omnes populi* 9. *de iust. & iur. n.* 58.
9 Ea autem dicitur propria & stricta significatio vocabuli, quæ importat id, ad quod principaliter significandum, vocabulum fuit inuentum *l. si tibi* 20. *ff. si cert. pet.* Bald. *in l.* 1. *ff. de iust. & iur.* vnde omnis significatio, quæ recedit ab originali effectu, ad quem designandum inuentum fuit vocabulum, dicetur impropria, & larga significatio *l.* 2. *ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consum.* D. Petr. Barbosa vbi sup.
10 Eadem erit doctrina de adoptiuis, nimirum, vt impediatur quidem matrimonium inter adoptantem, & adoptatum, filiosque adoptantis, & ipsum adoptatum *c.* 1. *de cognat. legat. & omnes Summistæ*, siue adoptatio sit per adoptionem, quæ fit per quemlibet magistratum *inst. de adopt. §.* 2. *&* 4. nec transit in potestatem adoptantis, *l. vlt. C de adopt.* siue fit per arrogationem quæ fit auctoritate principis, & est de eo, qui sui iuris est *glos.* in verb. *quamdiu*

d. cap. 1. de cognat. legal. dispositio nihilominus d. constit. Pianæ §. cæterum penitus cessabit ratione affinitatis, quamuis semper stringet ex capite familiaritatis.

11 [Sed declara vt hæc conclusio vera sit indistinctè quoad adoptionem, secus si cum ipsa adoptione concurrerent etiam consanguinitas, *vt in c. auctoritate 7. de concess. prab. in 6. l. 2. §. obijcitur vers. sed si sit agnatus aliàs est ff. ad Tertull.*]

DVBIVM XXVIII.

ARGVMENTVM.

Secunda soboles non afficitur impedimento consecutionis beneficij resignati in manibus Ordinarij, nam dicitur attinens in secundo genere.

1 PRæmissum dubium aliud ciat, an Constitutio Pij V. de admittendis resignat. *§. cæterum* afficiat alterius coniūctionis sobolem, prout afficitur ex dispositione *c. fraternitatis, c. si cuius patruus c. si qua mulier transierit & seq.*

2 *35. q. 10.* † siquidem vno defuncto, in superstite affinitas non deletur; nec alia copula coniugalis affinitatem copulæ prioris soluere valet *d. c. fraternitatis vers. porrò.* Concludendum est idem quod in

3 antecedenti dubio; † nimirum vt non impediat, nam huiusmodi affinitas cum sit secundi generis nō debet afficere, nedum quoad impediendum prouisionem beneficiorum resignatorum in manibus Ordinarij, imò neque etiā quoad

4 matrimonium, † quippe quæ affinitas 2. & 3. generis, prout etiam impedimentum sobolis secundæ coniunctionis, de quibus in prætitatis capitulis, penitus, & expressè sublata sunt *per c. non debet 8. de consang. & affin.*

DVBIVM XXIX.

ARGVMENTVM.

Publica honestas non inducit impedimentum collationis resignati in manibus Ordinarij; nec item matrimonium ratum sed non consumatum, quia nulla exinde contrahitur affinitas.

1 NOn minus vtiliter inuestigatur circa hoc impedimentum ex consanguinitate, vel affinitate proueniens, an illi, qui ratione publicæ honestatis coniūgi nequeunt in matrimonium, iuxta Conc. Trid. *de reformatione*

2 *matrim. c. 4 sess. 24.* † vel aliàs, qui ante pubertatem cum pubere, vel etiam impubere, non tamen proximè pubertati contraxerūt, quorum matrimonia resoluuntur in sponsalia *per c. 1. de desponsat. impub. in 6.* an inquam impediantur quominus possint licitè prouideri ab Episcopis de beneficijs resignatis in eorum manibus, stante Constitutione Pij Quinti de admittendis resignationibus,

3 *§. cæterum.* † Dicerem huiusmodi impedimenta nequaquam afficere Episcopos quominus possint liberè, & licitè conferre beneficia resignata in eorum manibus illis, qui huiusmodi habeant impedimenta

menta ad contrahendum matrimonium; nam isti non dicuntur
4 affines, † verba autem in statutis debent propriè, & non metaphoricè intelligi. *l. 1. §. si is, qui nauem ff. de exercitatoria actione lib. 14.* Et sic cum prohibitio sit tantum de consanguineis, & affinibus, in ijs tantum stringere, & locum habere debet, & non impropriè accipi,
5 † vt in casu incestus reseruati, vti etiam dixi superius *in dub. 26.* copula cum Commatre non cadit sub reseruatione casus, *qui secundo, vel propinquiori &c.* ex traditis à Gambarupta *de casibus reseruatis, d. casu qui secundo*.

6 Idem dicendum de impedimento proueniẽte ex matrimonio validè quidem contracto, sed non consumato, vt inquam, non impediat Episcopum quo minus conferre valeat beneficia in eius manibus resignata ex obstantia *d. §.*
7 *cæterum*, † ex huiusmodi enim matrimonio, quamuis contrahatur impedimentũ matrimonij vsq.
8 ad quartum gradũ, † affinitas nihilominus nulla contrahitur, ex declaratione S. mem. Pij V. de anno 1566. quam refert Nauarrus *in Manuali c. 22. n. 57.* in hæc verba,
9 *auctoritate* † *Apostolica tenore præsentium declaramus, & diffinimus decretum Concilij huiusmodi omninò intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro dumtaxat, non autem in matrimonio, sic vt præfertur contracto sed in eo durare adhuc impedimentum omnibus illis casibus, & gradibus de iure veteri ante prædictum decretum Concilij introductum erat, illaque extrauag. incipit ad Romanum*, & est ædita super declaratione dubij excitati, *an matrimonium validè contractum, sed non consumatum inducat impedimentum ad instar sponsal. vsque ad primum gradum, an verò vsque ad quartum*.

¶ DVBIVM XXX.

ARGVMENTVM.

Episcopus potest conferre familiari sui Vicarij etiam comedenti in suo tinello beneficium resignatum in suis manibus, at verò Vicarius nequit huiusmodi beneficium conferre familiari Episcopo, tametsi resignatio facta sit in manibus ipsius Vicarij.

1 VIdimus quod Constit. Pij V. sanctæ memoriæ super admiss. resignationum ędita expressè prohibet, ne ordinarij conferant beneficia in eorum manibus resignata suis, vel resignantium familiaribus; modo occurrit hoc 30. loco dubitari an possit Episcopus conferre beneficia in suis manibus resignata, alicui familiari sui Vicarij, & maximè si comedat in tinello cum familiaribus Episcopi; & è contra an liceat Vicario conferre familiari Episcopi aliquod beneficium, quod fortè fuit resignatum coram se, & præsertim si Vicarius viuat extra domum Episcopi.

2 Videtur in vtroque casu quod non possint beneficia sic regna-

ta conferri neque per Episcopum familiari Vicarij, neque per Vicarium familiari Episcopi, etenim Episcopus, & Vicarius censentur vna eademque persona, & vtrumque vnum sunt, & idem tribunal *cap. Romana tertio, de appell. in 6.* Germon. de indult. §. tibi, egomet superius *prælud. 26. dub. 27. n. 9. & in tract. de Synodo cap. 4.* vbi de præced. Vic. & Abb.

3 Sed re vera dicendum est quod Episcopus quidẽ potest conferre huiusmodi beneficia familiari sui Vicarij quantumuis comederet in tinello cum suis familiaribus, enim verò familiaritas non contrahitur ex sola commensalitate, sed requiritur etiam vt adsit animus tã superioris, quàm famuli, illius inquã adscribendi inter suos familiares, istius verò famulandi prout decisũ iam fuit in Rot. teste Illustriss. bo. me. Crescent. *dec. 15. aliàs 106. de prebend.*

4 At Vicarius nullatenus poterit licitè cõferre huiusmodi beneficia familiari Episcopi, tum propter ipsam rationem allatã, quod censetur eadem persona cum Episcopo; † tum quia collatio ipsa cẽsetur facta per ipsum Episcopum, quandoquidem quicquid facit Vicarius attribuitur ei, cuius vices gerit, *text. est in l. filius & l. Vicarius ff. de leg. 1. quas allegat Oldrad. cons. 227. n. 7.* † & maxime in materia collationis beneficij, quæ non cadit in generali facultate concessa Vicario, sed est specialiter concedenda *c. cum in generali 3. de off. Vic. in 6.* tum denique quia aperiretur via fraudibus; etenim vbi faciẽda esset aliqua resignatio, curaret Episcopus vt fieret coram suo Vicario, vt posset deinde conferri per eum familiari ipsius Episcopi, & sic fraudaretur pia mens Papæ.

5 Sed poteritne Vicarius conferre suo familiari? videtur quod sic etenim vt vidimus Vicarius conferet non iure ordinario competẽte Vicario de iure communi tam quam Vicario generali, sed de speciali facultate, ita ut quodammodo videatur delegatus, & quando etiã dicatur Vicarius specialis, quoad collationem videtur quod propriè non sit collator, nã huiusmodi collatio vt dictũ est attribuetur Episcopo cuius auctoritate confert: illud. n. quod aliena auctoritate facimus nõ à nobis, sed ab impertiẽte auctoritatem factũ dicitur *c. si Apost. 22. de preb. in 6. l. 1. ff. sed si quid vers. omnia enim C. de vet. iur. enucl. cũ DD. per me cit. sup. req. 1. d. 8. n. 13. & du. 26. n. 9.*

6 † cũ itaque constitutio prohibeat conferri familiaribus collatorum, intelligenda videtur de collatoribus iure proprio conferentibus, alioquin sequeretur, vt nequiret aliquis executor bullæ in forma cõmissaria conferre beneficium prouisum suo familiari.]

DVBIVM XXXI.

ARGVMENTVM.

Cõsanguinei, affines, & alij impediti à consecutione beneficij resignati in manibus ordinarij impediũtur etiam à cõcursu Parochialis resignata, secus si vacet per obitum.

Du-

1 DVbitatur 31. an familiares, & alij prętacti comprehensi in d. Constitutione Pij V. possint admitti ad concursum in Ecclesijs resignatis in manibus ordinarij.

2 Garzia † *de beneficijs par. 9. c. 2. n.* 210. excitat hoc dubium, & plures adducēs Sac. Congregationis declarationes resoluit, quod Episcopus non potest admittere consanguineos, nec affines, nec familiares tàm suos, quàm resignantium in Ecclesijs Parochialibus resignatis in suis manibus, ex Bulla Pij Quinti, & ita attestatur declarasse fælic. recordat. Gregorij Decimitertij.

3 Aduertendum tamen est, quod hoc non procedit in vacatione per obitum vt dictum fuit *in vna Ciuitatis Castelli Parochialis* 16. Iunij 1589. coram R.P.D. Orano, & in alia *Fanen.* 28. Iunij 1596. coram R. P. D. Corduba, in hæc

4 verba, † *Minus placuit secundum obiectum, quod fuerit approbatus familiaris Episcopi, quia licet in vacatione per resignationem posset hoc procedere, non tamen habet locum in vacatione per obitum, quo casu familiaris Episcopi admittitur ad concursum, & ita fuit intellecta quadam resolutio Congregationis Concilij, quæ indistinctè loquitur, ne familiares Episcopi admittantur ad concursum: illam enim in quadam causa* Ciuitatis Castelli Parochialis 16. Iunij 1589. coram Reuerendiss. Patre Dom. Orano *Domini intellexerūt in vacatione per resignationem, non per obitum ex mente bonæ memoriæ* Cardinalis Caraffæ, *qui de hac re alloquutus est Pontificem illius temporis*.

DVBIVM XXXII.

ARGVMENTVM.

Beneficia propter ingressum religionis resignata conferri nequeunt nisi post annum, & emissam professionem; quia prius non dicitur vacare beneficium, imò non potest admitti resignatio, nisi paulo ante professionem.

De contrahente autem matrimoniū aliter est dicendum, quia vacant tametsi postea dissoluatur matrimonium, vel quamuis vxor ingrediatur religionem, nam ius semel extinctum per matrimonium non reuiuiscit, licet postea cesset causa extinguens.

1 INter causas, ex quibus resignari possunt beneficia, recensentur causa ingressus religionis, & contractus matrimonij; nunc dubitatur XXXII. an Ordinarius, possit statim conferre intra mensem, à Constitutione fęlicis recordationis Greg. XIII. *de pub. resign. §. de beneficijs* assignatum collatori ad expediendum negocium, beneficia religionem ingredientis, aut matrimonium contrahentis.

2 Ratio † dubitationis est, quia facilè posset, propter impedimentū contrahentium, vel aliàs propter ingressum religionis ipsius vxoris ante consumationem matrimonij. quod planè licet *per c. ex publico, & cap. quorumdam de conuers. coniug.* vitam clericalem

3 prosequi. † Videtur quod debeat

Ordinarius expedire omninò negocium intra mensem, iuxta dict. Constitut. Gregor. XIII. §. *de beneficijs.* nam hæc Constitut. Pij V. *de admittendis resignationibus*, habet hæc verba circa istam decimam causam, *si statim re ipsa id exequantur*, quæ planè verba referi ad vtrumque casum scribit Fuscus *de Visitatione lib.* 2. *c.*28. *num.*18. & post eum Parisius *de resignatione beneficiorum lib.* 5.
4 *quæst.*6. *num.*165. Contrarium tamen verius videtur, saltem quoad illum, qui religionem fuit ingressus; vt inquam non sit conferendum eius beneficium, nisi post annum, intra quem potest exire,
5 quia prius non dicitur vacare beneficium vt not. glos. *in cap. statuimus*, verbo *qui dari. de regular.* Doct. *in cap. beneficium tit. eodem lib.* 6. Fuscus *de visit. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 284. & *d. lib.* 2. *c.* 28. *num.* 18. & ita apertè tenet Paris. *d. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 167. & ratio, inquit, est vt si exierit ha-
6 beat vnde viuat. † Sed si militaret hæc doctrina equidem deberet expectari non solum per annum, sed
7 imò per quinquennium, † quia, ex Concilio Tridentino, *sess.* 25. *c.* 19. *de regular.* potest quicumque regularis intra quinquennium audi-
8 ri super egressu religionis, † si tamen causas, coram superiore suo regulari, & loci Ordinario deduxerint, ob quas religionem deserere, & exire prætendunt, si tamen habitum antea spontè non dimise-
9 rint † Garzia autem *de beneficijs, par.* 11. *cap* 9. *num.* 23. dicit quod illa verba *religionem ingressuri*, sunt intelligenda non quidem de habitus susceptione, sed planè de
10 professionis emissione, † ac proinde non posse Episcopum Nouitij renunciationem admittere, nisi paulò ante professionem, & hoc est etiam de mente Rodrig. *regul. quæst. tom.* 1. *quæst.* 37. *articulo* 2.
11 quamuis Garzia, † *dict. cap.* 9. *nu.* 26. videatur inclinare vt possit admittere Ordinarius resignationē nouitij, seu religionem ingressuri, quamuis statim non emittat professionem, non obstante Con-
12 stitut. Pij Quinti. † Attamen si bene perpendatur eius dictum, re vera tenet quod Rodrig. nam si renunciatio fiat ex causa ingressus religionis, subintrat dispositio d.
13 Constitut. † beneficium tamen non vacabit nisi ex emissa professione, [facit reg. Cancell. 46. quæ talis est.

De ingressu Religionis.

14 *Item, non dentur literæ super beneficijs vacaturis per ingressum Religionis, nisi ille præcesserit Datā desuper petitionis.*]

15 Quo verò ad matrimonium, dicamus cum Parisio, *dict. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 165. Quod poterit Ordinarius conferre beneficium resignatum ab eo, qui vult matrimonium contrahere non obstante quod postea matrimonium iam contractum dissoluatur. vel ex eo quod vxor ante consumationem intrauerit religionem, vel inuen-
16 ta fuerit esse consanguinea, † nam ius semel extinctum per contractum matrimonii, non reuiuiscit, licet postea cesset causa extinguens *c. quam periculosum* 7. *q.* 1.

Petrus

Petr. Greg. Tholos. *de benef. c. 25. num. 4. vers. quod si clericus* Nic. Garz. *de benef. p. 11. cap. 8. n. 1.*
17 Philip. † Franc. *num. 4. in c. si clericus. 11. de preb. in 6.* vbi allegat *l. cum seruus. 15. ff. ad im. legat.* vbi dicit quod gratia semel extincta non reuiuiscit ex veteri iure, sed nouo *per d. l. cum seruus, & ego sup. dub. 10. n. 2. req. 5.* Staph. *de lit. grat. in rubr. quib. mod. expirent lit. ad benef. §. gratia semel fol. mihi 206.*

DVBIVM XXXIII.

ARGVMENTVM.

Matrimonium nullum ex defectu consensus causato à furore, vi, vel metu non facit amittere beneficium, sed si sit ex defectu consensus mulieris facit amittere.

1 Dubitatur 33. an Matrimoniũ nullum ex defectu consensus faciat amittere beneficium. Dicamus quod aut defectus nullitatis prouenit ab ipso clerico, vel à muliere; si à clerico dicamus quod vel est causatus à furore, vi, vel metu & huiusmodi, & tunc non amittit beneficium, aut clericus est sanæ mentis, & liberè consen-
2 sit, † sed defectus consensus processit à muliere, & tunc ipso iure amittit beneficium Garz. *par. 11. c. 9. n. 10. & seq. de benef.*

DVBIVM XXXIV.

ARGVMENTVM.

Matrimonium nullum ex defectu formæ non inducit priuationem beneficij.

1 Alius dubium oritur circa hanc ipsam materiam nullitatis Matrimonij, an inquam, matrimoniũ contractum sine Parocho & testibus inducat vacationem beneficij. Garz. *de benef. c. 9. num. 13. p. 11.* adducit decisionem Rotæ *in vna Lucana de Insula Sancta coram bo. mem. Illustriss. Lancellot. 6. Iunij* 1572. in qua dictum fuit *beneficium vacare propter matrimonium sic contractũ;*
2 At † verò *ibidem num. 14. & 15.* dicit, non perdi beneficium propter huiusmodi matrimoniũ nulliter ex defectu formæ contractũ, quia inquit, ex actu nullo propter defectum formæ, siuè solemnitatis non incurritur pœna; pro quo allegat decisionem Rotæ *in Hyporegien. Canonicatus. 22. Octobris* 1584. *coram Orano*, & alia quam plura iura, & doctores ad id cumulat.

DVBIVM XXXV.

ARGVMENTVM.

Casus Constitut. Innoc. III. referuntur.

1 Dubitatur 35. circa causam vndecimam admittendæ resignationis, quinam sint casus, qui continentur in Constit. Innoc. III. ędita super dimissione Cathedra-
2 liũ. † Breuiter dicamus, quod sunt sex, videlicet, conscientia criminis; debilitas corporis; defectus scientiæ; malitia plebis; scandalum, & irregularitas personæ. Hos recenset Paris. *de resignat. benef. lib. 5. q. 6. n. 168.*

DV-

DVBIVM XXXVI.

ARGVMENTVM.

Inimicitia capitalis, quæ sit relinquitur arbitrio iudicis.

1 DVbitatur trigesimosextò circa duodecimam causam admittendæ resignationis quænam inimicitia dicatur capitalis. Con-
2 cludamus † breuiter cum glos. *in c.2.& 4. q.3.* & Gramm. *cons. 57. n.8.* Menoch. *de arbitr. centur.2. casu 110. n. 3.* hoc relinqui arbi-
3 trio iudicis, † coniecturæ tamen huiusmodi capitalis inimicitię desumuntur si fuit insidiatum vitæ beneficiati ex aliqua magna causa præcedente, vel si de vniuersitate, vel maiori parte bonorum controuertitur, sic Paris. *de resignat. benef. lib.5. q.6. n.7.*

DVBIVM XXXVII.

ARGVMENTVM.

Ordinarius non potest admittere resignationes eorum, qui sunt in sacris tametsi insit aliqua ex causis à Pio V. præscriptis, nisi etiam habeat resignans vnde possit aliunde commodè viuere.

1 DVbitatur trigesimoseptimò, an possit ordinarius aliqua ex præmissis causis interueniente admittere sine vlla alia circũspectione resignationes beneficiorũ. Concludamus breuiter quod non:
2 debet † enim duo obseruare: Primum vt renuncians habeat vnde possit aliundè viuere, & commodè vitam sustentare si tamen in sacris sit, Alterum vt ipsi ordinarij non conferant huiusmodi beneficia resignata in manibus suis, consanguineis, aut affinibus, familiaribusvè suis vel resignantium, etiam per circuitum, de quibus latè dixi *sup. dub. 26. & seq.* aliter videretur facta in fauorem quod fieri non potest. *Paris. de resignat. benef. lib.5. q.6. n.189.*

¶ DVBIVM XXXVIII.

ARGVMENTVM.

Clausula dummodo resignãs habeat aliundè vt possit vitam commodè sustentare ***si insit literis in forma commissaria verificari debet de tempore executionis; si vero sit in forma gratiosa, debet verificari de tempore datæ vbi tamen resignans sit viuus, secus non est verificãda.***

1 DVbitatur trigesimooctauò de quo tempore sit verificanda clausula ***dummodo resignans habeat vt possit aliundè vitam commodè sustentare.***

1 In hoc est distinguendum aut resignans est mortuus tempore
2 executionis, † & cum tunc vlterius non ægeat victualibus, & ea-
3 tenus non indiguerit, † quippequi resignans licitè incũbit possessioni donec resignatarius fuerit plenariè consecutus beneficium, & dicitur coloratè possidere *Innoc. in c. quod in dubijs. 8. de renunciat.*
4 & † si spoliaretur venire restituendus *Rot. decis. 1. n.15. de renunc. & dixi super. Prælud.26. dub.6. num.7. & seq.* videtur quod nullatenus sit opus aliqua verificatio-

ne,

5 ne,† non obstante quod vnusquisq; præsumitur pauper, cum omnes nudi nascamur *glos. in reg. semel malus.8. de reg. iur. in 6. vers. item*
6 *in simili, & ibi Franc. n.3.* † Aut est viuus & tunc etiam est distinguendum, nam vel gratia & prouisio expedita est in forma gratiosa, & eo casu verificanda est de tempore concessionis *c. si eo tempore. de præb. in 6. & ibi Franc. n. 2.* etenim in gratiosis attenditur tẽpus datæ: *antiq. glos. reg. Cancell. in reg. ætat. canon. num.7. & ibi Koebier. comment. n. 23.* aut est expedita in forma *dignum*, commissariavè & eo casu sufficit vt verificetur de tempore executionis
7 clara † est decis. Rotæ *in vna Iacent. Vicariæ* 1590. *coram bo. mem. Card. Plato* quam refert de verbo Garz. *de benef. p. 6. cap. 2. num.* 279. vbi dictum fuit *non obstare quod non constet Sãctium resignãtem tempore resignationis non habuisse aliundè vt commodè sustentaretur, quia satis est in casu isto quod de hoc constiterit tempore executionis ipsius gratiæ* Rot. decis. 10. n. 2. & 6. de concess. præb. in antiq.]

DVBIVM XXXIX.

ARGVMENTVM.

Publicationes resignationum beneficiorum sunt omnino facienda intra sex menses quando beneficia resignata fuerunt in manibus Papæ, aut intrà tres menses si facta fuit resignatio in manibus ordinarij.

Traditur differentia inter reg. Cancell. de publicandis resignat. & Constit. Greg. XIII. traditur, & modus publicandi; permultaq. practicabilia in hac materia recensentur.

PRosequendo materiam dictæ Constit. Gregorianæ, per quã etiam præscribitur forma publicandi resignationes; pro complemento, operæpretium duxi hic tradere magis practicabilia publicãdi huiusmodi resignationes be-
1 neficiorum, † nam ex huiusmodi publicationis omissione, nedum beneficia vacant per resignationem, ita vt nullum remaneat ius penès resignantem, & per cõsequens non possit induci vacatio per eius obitum, prout erat tempore Constit. S. mem. Pij V. *de pu-*
2 *blicandis resignat.* † & etiam est ex reg. Cancell. *de public.* quando deficit vnum ex tribus, quæ inibi copulatiuè requiruntur; nimirum quod non sit facta publicatio: quod possessio non fuerit petita: & quod resignans post sex menses, si facta fuerit resignatio in curia, vel post mensem, si sit facta extra curiam decesserit in possessione (alterum enim istorũ si deficiat regula non procedit, quia beneficia vacabunt per resignationem, & non per obitum.) *Gomes. super ista regula*
3 *q. 15.* † sed etiam ex huiusmodi omissione publicationis beneficiũ remanet reseruatum, ità vt nequeat ab alio conferri, & concedi, quam à S. Sede Apostolica, vt in d. constitut. Gregor. vers. *quod si quicquam.*

Porrò

4 Porrò quia ad publicandum resignationes beneficiorum, vt vidimus arctamur, nedum reg. Cãcell. sed etiam constitutione Greg. & nihilominus videntur inter se variæ, & discrepantes, tam circa tempus, quam circa locum, & modum ad publicandum præscriptos; in primis videndum est in quibus discordent, & quomodo possint concordari.

5 Discrepant igitur reg. & constit. præfatæ; primò circa tẽpus; enimuerò regula statuit terminum sex mensium ad publicandum resignationem factam in curia, ac vnius mensis ad publicandum factam extrà curiam: constitutio verò statuit terminum sex mensium Citramontanis, & nouem Vltramontanis ad publicandum resignationes factas in curia, & trium mensium ad publicandum factas coram ordinarijs collatoribus.

6 Discrepant etiam, quia regula non determinat tempus, à quo debeant currere menses: at constitutio vult quod currant à data cõcessionis gratiæ, non autem à die præstiti super ea consensus, etiam si postea concessio gratiæ huiusmodi ex quauis causa, diuersisq. sequentibus datis, ac quotiescumque & quouis modo reformata, & valida reddita fuerit, pluresq. & quotquot in aliũ, vel alias cessiones, ac etiã in ipsummet primum resignantem, vel cedentem retrocessiones, termino prædicto nondum elapso intercesserint, ita vt vnicus dumtaxat terminus omnibus his successiuis cessionibus, ac retrocessionibus decurrat, vt qui postremus gratiam habuerit publicationem huiusmodi facere, cæteraq. omnia in d. constit. præscripta, intra eumdem terminum præstare teneatur. [Et ratio esse potest ex not. per Mandos. *in add. ad Lap. alleg 89. lit. I. q. 18.* quia resignatio sumit vires à die datæ supplicationis non autem præstiti consensus; etenim inquit, præstatio consensus fit tantummodo ad probandum supplicationem fuisse porrectam per resignantem, vt in supplicatione narratur. Vnde ait Rot. censuisse quod licet consensus fuerit pręstitus post triennium tamen non debebat attendi illud tempus, sed tempus datæ supplicationis ad quod retrotrahitur, & allegat ad id *decis. 36. Crescent.*]

7 Discrepant etiam circa locum, nam regula est contenta vt publicatio fiat vbi beneficium consistit, at constitutio expressè disponit quod ipsa publicatio fiat in Cathedrali, & in beneficij Ecclesia, vel Ecclesijs, si in pluribus illud sit.

8 Discrepant insuper, quia regula non declarat coram quibus sit facienda huiusmodi publicatio. Sed constitutio vult quod fiat vbique idest in vtraque Ecclesia dum frequẽs populus ad missarum solemnia conuenerit, † quamuis nihil
9 referat an fiat diebus festiuis, vel non ex Kochier *in d. reg. num. 15.*
10 *vers. sextò.* † item regula non determinat, an alta, an submissa voce sit publicanda resignatio. Constitutio autem vult quod clara, & intelligibili voce resignatio, seu cessio huiusmodi ac beneficij qualitas & inuocatio, nominaq. & cognomina

mina resignantis, seu cedentis, ac illius, in cuius fauorem gratia huiusmodi facta est, pronuncientur; ita vt hæc omnia possint ad notitiam omnium ibi existentium verisimiliter peruenire, scriptoq; de his omnibus, exemplo collato, valuis dictarum Ecclesiarum affixum relinquatur.

11 Discrepant etiam circa modum publicandi, nam regula nullum præscribit modum; constitutio verò disponit, vt palam omnibus literæ Apostolicæ, earumvè transumptum authenticum exhibeantur.

12 Huiusmodi itaque discrepantia stante, videntur regula, & constitutio implicare; etenim cum ex constitutione in resignatis extra Curiam habeantur tres menses, poterit resignatarius vti hoc beneficio, & indulto, & per consequens non debebit ei obstare regula, quæ tantum vnum mensem concedit.

13 Sed dicamus, quod regula præscribit mensem, intra quem debebit saltem vnum ex tribus, quæ præmisi præstari; nimirum vel resignationem esse publicatam, vel possessionem petitam, vel resignantem superuiuere ad hoc vt beneficium dicatur vacare per resignationem, & non per obitum; alioquin si horum nullum extaret, beneficium vacaret per obitum, ita vt collationes de illis tãquam per resignationem vacantibus factæ, & inde secuta, nullius essent roboris, vel momenti, & sic videtur, quod vacatio adhuc sustineretur per resignationem, etiam post lapsum mensis, vel semestris, si tamen adhuc superuiueret resignans: † At in casu constitu-

14 tionis non sic; namque si quicquam prædictorum omnium omissum fuerit, dictis terminis, vt cuique præscripti sunt, elapsis, omnes dispositiones, & gratiæ resignatorum, & cessorum beneficiorum, aut iurium, cum omnibus inde secutis, siue de pacificis, siue de litigiosis, sunt irritæ, & inanes, nullaque alia gratia super huiusmodi beneficio, siue iure cesso iis, quibus concessa fuerit, suffragatur, sed ipsi tales inhabiles, & incapaces sunt ad huiusmodi beneficia sic resignata, & cessa, quandocumque obtinenda, illaque, siue iura ad ipsa statim prima resignatione, seu cessione, etiam si illæ aliàs nullæ, & inualidæ essent, vacauisse, & va-

15 care censentur eo ipso, † nec resignantibus seu cedentibus, si postea in sua possessione remanent, regulæ de annali, & triennali possessore, nec præsumptæ, aut tacitæ retrocessiones, etiam propter diuturnam continuæ possessionis huiusmodi tolerantiam, nec omninò aliud ius, vel beneficium vllo tempore suffragatur, sed ipsa beneficia, siue iura sic à principio vacantia à Sede Apostolica dumtaxat impetrari valent, & concedi.

16 Insuper ex constitutione præfata, impetrationes, vel etiam *motu proprio* concessiones quibuscumque derogationibus suffultæ, nunquam cum clausulis generalibus, aut vacationum modis

con-

conditionaliibus, vel implicitis cõpræhenduntur, sed specialiter, & expresè ob non seruatã formam dictæ Constitut. Pij V. S. mem. ac cum declaratione nominum, & cognominum resignantis, seu cedentis, & gratiam habentis, dispositiuè, & non conditionaliter fieri omnino debent, & quicumque sic impetrans, aut gratiam etiam motu proprio habens præfinitum cuique casui tempus prædictum à data concessionis gratiæ sibi factæ huiusmodi, ea omnia, quæ cadens à iure prædicto debebat, præstare
17 tenetur, † & si pluribus gratiam huiusmodi fieri contigerit, is præ omnibus obtinet, qui primus publicationem suæ impetrationis fecerit, & possessionem adeptus fuerit, aut petierit, omnia requisita in dicta constitutione adimpleuerit, quamuis in data sit postremus, & possessio ab alio in publicando negligentiore prius appræhensa fuerit, vel petita, quæ dispositio non inducitur per regulam.

18 Huiusmodi igitur est discrepantia regulæ Cancellariæ & constit. Gregor. XIII. *de publicandis resignationibus*, quas vt ad concordiam reuocemus, dicamus ex dispositione regulæ, beneficia resignata, nec publicata nunquam remanere propter omissionẽ huiusmodi publicationis reseruata, & etiam aliquãdo, vt vidimus ipsam vacationem ex resignatione euanescere, & induci vacationem per obitum: At ex vi constitutionis semper beneficium vacare in prima resignatione, etiam nulla, & inualida; & insuper beneficia sic resignata, quorum resignationes non fuerunt publicatæ, remanere reseruata, ita vt nequeant nisi per
19 S. Sedem prouideri. † Sed iam teste Kochier *in ista reg. num. 12. vers. verum notet*, hæc regula amplius non inseritur in reg. Cancellar. ideo non est insistendum.

Iam veniamus ad Praxim publicandi ipsas resignationes.

20 [Debebit itaque Resignatarius, ¶ vel Resignans, (vterque enim admittitur per bullam ad publicandum, vt dictum fuit in *Narnien. Canonicatus 26. Ianuarij 1607. coram fel. rec. Greg. XV. siue in eius decis. 288. in fi.*) debebit inquam per se, vel per alium omninò intrà sex menses, à die concessionis gratiæ publicare resignationẽ factam de quouis beneficio Ecclesiastico etiam iurispatronatus laicorum in manibus Papæ, vel aliàs etiam in manibus ordinarij in curia, aut alioqui extrà curiam, spectante tamen ad prouisionem ip-
21 sius Papæ; † quippequi potest ordinarius existens in curia recipere resignationes beneficiorum existentium in sua diœcesi, quãuis non possit ea conferre, quia dicũtur vacare in curia per resignationem *c. 2. de præbend.* & collatio spectat ad Papam, vt post Couarr. *var. resol. cap. 20. n. 8. Paris. de resignat. lib. 7. quæst. 14. n. 23. & 25.* obseruat D. Barbosa *de potest. Episc. par. 3. alleg. 69. n. 23.*
22 prout † etiam potest resignationes beneficiorum reseruatorum in suis manibus factas recipere, non tamen conferre, *ex Paris. d. q. 14. n. 6. & D. Barbosa ubi sup. n. 23.*

& Aenea de reseruat. effectu 3. & Rot. decis. 1. de rer. permut. Paris. lib. 2. quaest. 3. n. 103.

23 Vel debebit intrà tres menses à die concessionis gratiæ publicare resignationem factam in manibus ordinarij extrà curiam, licet in aliena diœcesi, si prouisio facta fuit per ipsum ordinarium existẽtem in propria, vel aliena diœcesi, aut etiam in curia degentem, vt resolutum fuisse in Rota coram Put. *decis.* 167. *lib.* 1. testatur idem

24 Paris. *d. q.* 14. *num.* 26. *lib.* 7. † vel etiam si prouisio facta sit per Papam propter deuolutionẽ; aut ob

25 non factam publicationem, † nam deuolutio non inducit nouum modum vacandi, sed semper durat prima vacatio *Cassad. decis.* 8. *n.* 3. *& 8. de praeb. Kocbier in reg.* 8. *glos.* 10. *vers. tertiò nota, num.* 6. *& ego super. Praelud.* 26. *dub.* 36. *n.* 5. *& latè req.* 1. *dub.* 20. *n.* 4. *&*

26 *dub.* 21. *num.* 45. † & fit cum suis qualitatibus, & oneribus *Rot. in vna Mediol. beneficij.* 13. *Ianuarij* 1597. *coram* Corduba quam affert de verbo Garz. *par.* 11. *c.* 3. *§.* 4. *num.* 284. licet *ibid. n.* 287. illam impugnare nitatur, in qua dictum fuit *quod cum resignatio facta fuisset in manibus ordinarij, & Papa de beneficio vti deuoluto prouidisset, deuolutio facta intelligitur cum qualitatibus requisitis in prima collatione, & sic cum onere publicandi infrà tres menses,* vt in d. §. de beneficijs.

27 Sed quantum erret Garz. *vbi sup.* & ante eum errauerit Paris. *de resignat. lib.* 11. *q.* 5. *n.* 14. vbi ait quod si collatio deuoluitur ad Papam, tunc intrat tempus sex mensium ad publicandum, quod datur in prouisionibus Apostolicis; superq. liquet ex clara, & omni ambiguitate purgata decisione eiusdem Sac. Rotæ *in Mediol. Parochialis.* 29. *Maij* 1600. *coram bo. mem. Cardin. Seraphin.* & est *decis.* 1363. vbi, *fuit resolutum publicationem esse nullam cum fuerit facta extrà tempus datum ad publicandum, licet enim resignatio fuerit facta in manibus ordinarij, & postea collatio obtenta à Papa tanquam deuoluta ob negligentiam ordinarij; nihilominus impetrans non habet semestre,*

28 *sed † tres menses tantum ad publicandum iuxtà formam constit. Greg. XIII. quæ debet esse perpetua* iuxta tex. in Clem. 1. de suppl. negl. præl. *& hoc in deuolutionibus* tenet Felin. post Innoc. in c. cum accessissent. n. 18. de constit.

29 *& † ratio est quia beneficium deuoluitur cum suo onere, & sua qualitate* Rebuff. de nomin. q. 8. n. 9. & in prag. de collat. §. si quis verò in verbo deuolutum; *& Papa in constitutione sibi præscripsit hanc formam in illis verbis* alijs idoneis ab ipsa sede dũtaxat modo & forma prædictis concedantur, *qua forma licet à Papa possit*

30 *alterari † cum sit dominus beneficiorum,* vt tradit Fel. in d. c. cum accessissent, n. 19. de constit. tamen aliud est si iure deuoluto confert. *Nec obstat limitatio* Fel. in c. licet. n. 2. de for. compet. *quia loquitur quãdo potestas Papæ regulatur vti propria, & non vti deuoluta, at hic regulatur vt de-*

uo-

uoluta, & ita fuit tentum in vna Mediol. beneficij coram R. P. D.
31 meo Corduba. † *Adest etiam alia nullitas in publicatione quia non est expressum nomen prouisi, quod requiritur in constitutione. & ex his conclusum non constare de legitima publicatione.*]
32 Porrò facienda erit huiusmodi publicatio vbi frequens populus, ad Missarũ solemnia conuenerit, in Cathedrali, & beneficij Ecclesia, vel Ecclesijs, si in pluribus illud sit, vbiq; palã exhibẽdo literas Apost. seu earũ authenticum transumptũ,
33 clara, † & intelligibili voce vt verisimiliter omnia peruenire possint ad notitiam omnium ibidem existentium, publicare seu pronunciare resignationẽ beneficij, etiam ex causa permutationis vel commendæ resignati, etiã literis Apostolicis non cõfectis, & possessione non habita, nec non litis, & iurium quorumcumque cessiones, ac retrocessiones, & quascumque alias dispositiones, siue temporales, siue perpetuas, aut ad id mãdata Apostolica, sub quacumque forma, & quibuscumque etiam S.R.E. Card. ac pijs locis, quocumque priuile-
34 gio suffultis factæ; † item & beneficij qualitatem & inuocationem, nominaq. & cognomina resignantis, seu cedentis, ac illius, in cuius fauorem gratia huiusmodi facta est; scriptoque de his omnibus, exemplo collato, valuis dictarum Ecclesiarum affixum relinquere;
35 Formula autem publicandi sic sufficienter concipi poterit, ex Paris. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 6. *num.* 28. *& Garz. de benef. par.* 11. *cap.* 3. §. 4. *num.* 290. in hæc verba.

Notum sit omnibus, quatenus A. resignauit in manibus Sanctiss. D. N. D. Vrbani diuina prouid. Papa VIII. & eius S. Sedis beneficium curatum, siue simplex *Ecclesia S. Petri huius Ciuitatis*, siue oppidi F. huius Diœcesis. *& de eo facta est gratia N. Papiensi vt apparet ex his bullis siue literis Apostolicis, aut transumpto authentico, quas in manibus habeo* nec refert si vernaculo fiat sermone, aut latino.

Facta publicatione vt supra debebit scripto de his omnibus exẽplo collatum valuis dictarum Ecclesiarum affixum dimittere, & sufficiet, teste Garz. *d. cap.* 3. §. 4. *n.* 295. si affigatur simplex carta quæ dicat.

A. resignauit in manibus Sanctitatis sua beneficium curatum, siue simplex, *Ecclesia S. Petri huius Ciuitatis*, siue oppidi F. huius Diœcesis, *de quo facta est gratia N. Papiensi.* & de hoc inducit in testem Paris. *de resignat. lib.* 11. *q.* 6. *n.* 56. *&* 59. & ita ait intelligendum fore decis. Rot. *in vna Mediol.* 26. *Octobris* 1598. *coram Corduba*, quæ habet sic.
36 *Ad obiectum quod Fabius non probabat literas fuisse exhibitas vt ab omnibus tangi, & legi possint; dictum fuit quod satis est quod notarius illas publicè haberet pre manibus, vt ipse testatur, qui dicit se alta, & intelligibili voce publicasse literas Apostolicas, & illas ad omnium notitiam deduxisse, & transumptum earum*

rum in valuis dimisisse; *nec obstabat quod in valuis Ecclesiæ dimiserit tantum transumptum literarum, non autem instrumentorū ipsius publicationis*, *quoniam visum est DD. hoc sufficere*, *& verba constitutionis*, Scriptoq; de ijs omnibus exemplo &c. *referri ad omnia contenta in literis Apostolicis, non autem ad instrumentum publicationis*, *quod affigendum non est, vt fuit resolutum* in causa Salamantina dimidiæ portionis. 8. Apr. 1585. corā D. Orano, & Leodien. Canonicatus. 7. Iunij 1596. corā D. Penia. *Hanc decis. refert Garz. d. c. 3. §. 4. n. 284. P. 11.*

37 Praxis tamen habet vt affigatur integra copia ipsarum literarum, & ibi affixa dimittatur, & insuper appendatur originale earumdem literarū & dimittatur per aliquod temporis spatiū ita enim pinguius adimpletur forma dictæ constitutionis, vt fuit resolutum *in vna Legionen. præstimoniorum*, 11. *Martij* 1594. *coram D. Pamphilio*, quam refert *Garz. d. c.* 3. *§.* 4. *n.* 298. ibi *quæ resignatio cum habuerit effectum, secuta etiam possessione resignatarij, & fuerit firmiter publicata*, *etiam cum affixione ipsiusmet originalis*, *& sic pinguius, & perfectius adimplēdo formam cōstitutionis Gregorianæ, quæ contentatur affixione simplicis transumpti* ad not. per Ias. in l. si quis mihi bona. *§.* coram in 2. notab. ff. de acquir. hæred. *abdicauit à resignante omne ius & possessionem, ita vt penes ipsum nihil remanserit, quod tēpore contracti matrimonij ex eius persona potuerit vacare* iuxta not. per Io. Andr. & alios in c. sollicitè. de rest. spol.

38 Ceterum cauti sint resignatarij, vt faciant publicare per alios, & non publicent ipsi nec sint præsentes, nam ex quo publicatio facta non debito tempore præsumitur non fuisse facta alias debito tempore, *ad decis. Rot. in vna Tolet. possess. adductam per Garz. p.* 9. *c.* 2. *n.* 330. *& traditam per eumdem par. vlt. c. 2. n.* 188.

39 † si tamen nullibi constat ipsam resignationē fuisse publicatam extra tēpus per ipsum resignatarium, vel de eius ordine, non conuincitur, & opponens tenetur cōcludenter probare de non publicatione, *Rot. in vna Placent. & Oxomen. præstimoniorum.* 11. *Martij* 1594. *corā Pegna quam refert Garz. p.* 11. *c.* 3. *§.* 4.

40 *n.* 330. † nec creditur notario asserenti se ad instantiā resignatarij fecisse publicationem, quia non creditur notario non actuario attestanti de gestis corā se, de tempore præterito; & maximè cum attestatio notarij est sine testibus, *Rot. in d. Oximen. præstimoniorum Put. decis.* 17. ibi *adducta de fide instrumentorum*.

41 Cauti preterea sint resignatarij vt faciāt publicare literas, quāuis alioqui nullæ, vel subreptitiæ sint,

42 nam † illa publicatio sufficiet, nec alia opus erit si postmodum obticeant gratiam perinde valere; in praxi enim constat, teste Paris. *de resignat. lib.* 11. *q.* 7. *n.* 89. & Garz. *cap.* 3. *§.* 4. *num.* 323. *par.* 11. multas resignationes inualidas publicari,

43 † & ex eis capi possessionem & postea obtineri gratiā perinde va-

valere, nec fieri aliam publicatio-
44 nem, † possessio enim amittitur, & acquiritur etiam ex actu nullo. *l.1. §. si vir vxori. ff. de acquir. possess. Garz. ibid.*

45 Hinc dicẽdum, quod si quis fuerit prouisus de beneficio resignato *in forma dignum, vel commissaria*, quo casu sine collatione vigore tali: m literarum capi non potest possessio, *Garz. d. cap. 3. §. 4. n. 316. Rot. in Mutinen. Canonicatus. 4. Decembr. 1609. coram Greg. XV. sive decis. 441. num. 4.*
46 attamen † si publicat literas resignationis ante collationẽ sibi factam per executorem satisfacit constitutioni de publicandis, ita *Rota in vna Burgen. Canonicatus. 19. Ian. 1598. coram Pamphilio. Garz. vbi sup. n. 327.*

47 Cauti tandem esse debent, vt non contẽtentur præsentare commissionem executori in tempore, & etiam executionem literarum petere, sed petant etiam instanter se in possessionem immitti, hæc enim omnia copulatiuè requiruntur, vt fuit resolutum *in vna Zamoren. beneficij de Morales. 28. Iunij 1596. corã Corduba.* relata ad verbum per Garz. *p. 11. c. 3. §. 4.*
48 *n. 300.* in qua dictum fuit † *nec refragabatur commissio admissionis ad causam pro interesse sub die 4. Maij 1592. coram D. Gypsio, & quod procederetur ad executionẽ literarũ prout iuris esset, & deinde factis citatio ad videndum procedi iuxta formam commissionis, quia illa non potest deseruire pro petitione possessionis, iuxta constitutionem secundum quam petenda est instanter, & copulatiuè cũ petitione executionis literarum, vt fuit resolutum in causa Aretina commendæ. 16. Febr. 1596. coram D. Litta.* [Et si petatur immitti in possessionem non currit tempus si impediatur, vt fuit resolutũ *in Hyporegien. Præpositura 16. Maij 1588. corã Bubalo apud Farinac. decis. 158. n. 2.* vbi dictum fuit quod satisfit constitutioni si instatur immitti in possessionẽ, excusatus fuit ibi resignatarius per literas placitorias Serenis. Ducis Sabaudiæ, quæ non fuerunt expeditæ in tempore.]

49 Illud tamen non omitto quod quamuis resignatio nulla, & inua-
50 lida debeat publicari; † attamen quando est nulla ex defectu consensus non intrat vacatio ob non publicationem, quia non dicitur resignatio, vt fuit dictum *in vna Hispalen. & Corduben. præstimoniorum. 14. Iunij 1600. coram D. Lancellotto* teste Garzia *d. c. 3.*
51 *§. 4. n. 277. p. 11.* † idem vbi resignans non habet aliunde, ex quo possit cõmodè viuere, vt vult Papa
52 *Garz. ibid. n. 279.* † idem vbi resignatarius decessit intra tẽpus datum ad publicandum; *Garz. ibid. n. 281. post Gonzal. de mensib. & alternat. gl. 15. §. 2. n. 53. & 54. & Paris. de resignat. lib. 3. q. 2. n. 8.*
53 nam † vbi imponitur pœna ex non facto intra certum tempus, pœna non incurritur, nisi ex toto tempus labatur; *Anchar. & Gemin. in c. commissa. de elect. in 6. quos allegat Paris. d. q. 2. n. 10.*

54 Proficuum etiã valde esse puto, illud adnotare, quod in publicatione,

ne, quæ fit de resignatione beneficij, non sunt exprimendæ prorogatio, & restitutio obtentæ, quia non legitur in constit. Et ita fuit resolutum (de restitut. quidem) *in causa Oxomen. beneficij 2. Decembris 1585. coram D. Oriol.* de prorogatione verò. *In Iacen. Vicaria 31. Ian. 1590. coram D. Plato*, de quibus decis. meminit d. *decis. in causa Mediol. beneficij 13. Ianuarij 1597. coram Corduba vers. vltra quod.* quam de verbo refert Garz. *d. p. 11. c. 3. §. 4. num. 284.* & meminit etiam Kochier *in reg. de public. num. 33.* allegans Paris. *de resignat. lib. 11. q. 7. num. 71.* qui hoc planè dicit, & earumdem decisionum mentionem facit.

Sed vt Heluones deturbemus de eorum cupiditate, quia flagrant aliorum beneficia *certo modo*, & maximè *ob non publicationem resignationis* impetrare, *libenter hæc refero, quæ collegi ex decis. fel. rec. Greg. XV. 210. in vna Siracusana Prioratus. 4. Febr. 1605. & ibi not. per D. Oliuer. Beltram. quæ planè peruatilia fore confido.*

Impetrans beneficium ob non factam à possessore publicationem resignationis in tempore & iuxta formã constit. fel. rec. Greg. XIII. debet negatiuam narratam in gratia plenè, & concludenter probare, *Seraph. decis. 1064. & in vna Palentina corã Penia apud Garziam p. 11. c. 3. n. 330. & in alia Pacent. Canonicatus 10. Februar. 1612. coram eod. Penia. & in Acharontina Parochialis 19. Apr. 1613. coram Card. Sacrato quas refert D. Oliuer. Beltram. in Romana Cur. Aduocatus in annot. ad decis. fel. rec. Greg. XV. 210. & 242. atque ad 288. post Marescott. var. resolut. lib. 2. c. 1. n. 21. & seq.* in qua quidem *decis. 210.*
55 dictum † fuit *non obstare publicationem extra tempus, quæ fuit exhibita in actis, quia fuit producta non à possessore, sed ab impetrante, vnde non concludebat quod non fuerit facta alia in tempore, cum sit actus reiterabilis, & etiam dictum fuit quod non sufficiebat præsumptio, & verisimilitudo allegata quod si præcessisset publicatio in tempore non fuisset facta alia extrà tẽpus, quippe quæ debet impetrans per necessarias, & concludentes probationes de-*
56 *monstrare*, † *præsertim cum publicatio potuerit fieri* à resignante, sicuti à resignatario, vndè sæpius dictum fuit *gratias huiusmodi non posse iustificari, nisi duobus modis, vel per confessionem eius, qui debuit publicare, vel si extra tempus contiit. expediuit literas, quæ alioquin debue-*
57 *rant esse publicatæ*, † idem fuit resolutũ in d. decis. 288. vbi apertè decisum fuit *impetrantem ob non factam publicationem debere cõcludenter probare ipsam non publicationem tanquam fundamentum suæ gratiæ, licet consistat in negatiua, & dictũ fuit cõfessiones cõpermutarij, quæ adducebantur ad ostendendũ ipsum nõ publicasse, non concludere non publicationẽ, quippe quas poterat eas fecisse compermutans stante quod bulla admittit ad publicandum tam resignantem, quàm resignatarium.*

58 Ac proinde D. Beltraminus ibi num. 3. in annot. obseruat, ac notat quod negatiua non publicationis non probatur ex collatione facta resignatario post tempus ad publicandum, quia, inquit, potuit esse obtenta alia collatio, & prouisio, quæ in tempore fuerit publicata, nam in beneficialibus, iam vidimus in *dub. 21. num. 173. Prælud. 7. per cap. post electionem. de concess. præbend. Cass. ad. decis. 21. super reg.* Cancell. & 3. *de cauf. possess.* datur multiplica-
59 tio titulorum, † sicuti etiam non probatur publicatio nulla, seu inualida ex eo quod fuerit facta extra tempus, namque esse posset quod fuerit obtenta prorogatio, vel certè alia publicatio fuerit facta in tẽpore vt dictũ est superius.
60 Nec implicat quod decisum fuit in d. Toletana, nimirum publicationem factam non debito tempore præsumi non fuisse factam alias debito tempore, quasi prææallegata decis. ccx. sit contraria illi; namque intelligenda est illa, vt tunc præsumenda sit non alias facta debito tempore si à resignatario, vel alias à resignante producatur, aut saltem constet de illorum ordine ad illam faciendum in eo tempore, in quo facta fuit extra tempus, secus in casu huius decis. quia producta fuit ab impetrante, vnde optima est cautio, quam supra tradidi; vt nedum resignatarius, quinimò, neque resignans sint præsentes vbi fit publicatio.
61 [An autem præfixũ sit tempus à ¶ iure præsentato ad petẽdum institutionẽ, ita vt aliquando teneatur publicare resignationem, & tollatur collusio cum patrono, & institutore, à quibus posset compelli in graue damnum Ecclesiæ, & detrimentũ animæ suæ, quippequi posset differre ad annos petere, & obtinere institutionem, & sic interim non teneretur ad horas canonicas recitãdum neq; ad se promouendum ad sacros ordines, & nihilominus illum expectarent fructus, vltrà alias fraudes, quę possent cõmitti, puta quia posset patronus præsentare clericum familiarem, qui cum non intenderet ad maiores ordines progredi, posset multos annos differre institutionem petere donec aliquis filius ipsius patroni, qui tẽpore vacationis non erat idoneus, idoneitatẽ esset assequutus & huiusmodi, nec curreret tempus huius constit. Gregorianę nisi à die ipsius institutionis, dicam latius infra *req. 9. d. 1. vbi agitur de institutione faciẽda præsẽtato.*]

Et hęc nota pie lector, quia vtile erit; si plura scire cupis consule D. Paris. qui tibi pinguius satisfaciet; mihi sat sit ista delibasse.

DVBIVM XL.

ARGVMENTVM.

Patrimoniũ, vel beneficium quod dicatur sufficiẽs, vt valeat fieri resignatio relinquitur arbitrio Episc. iuxta qualitatẽ personæ, loci, & tẽporis, sed nõ requiritur tã exacta consideratio quandò resignans est in minoribus, vel resignat ad effectum ingrediendi religionem.

1 DIximus supra *dub.* 40. beneficium 30. vel 40. scutorum, dici

dici sufficiens pro titulo vt possit
2 quis ordinari; † tunc dubitatur, an qui habuerit beneficium, vel patrimoniũ huiusmodi redditus possit resignare beneficium in manibus ordinarij, ita vt dici queat habere vndè commodè vitã possit
3 sustentare. † Paris. *de resignat. benef. lib. 5. q. 6. n.* 181. *post Menoch. de arbitr. casu* 216. *n.* 10. *addito Alph. Hoyed. de incompat. benef. p. 1. c. 19. n.* 23. dicit quod relinquitur arbitrio ordinarij, qui considerata qualitate personarum, locorum & temporum iudicabit de
4 sufficientia; † limitat tamen hoc dictũ in eo, qui dum renunciat est in minoribus constitutus, & multò magis in eo, qui renunciat ad effectum contrahendi matrimoniũ, ac tandem in volente ingredi religionem, quia non esset, inquit, insistendum, vel examinandum eorum patrimonium.

DVBIVM XLI.

ARGVMENTVM.

Collator habens ius præuentionis cũ Episcopo vbi intelligit vacationẽ debet se declarare coram notario, quod ipse intendit conferre, & si Ecclesia est Parochialis, debet etiam addere quod rogat Episcopum vt proponat ædictum.

1 Dubitatur 41. quid agere debeat collator, qui iure præuentionis concurrit cum Episcopo in collatione alicuius Parochialis, Nic. Garz. *in tract. de benef. cap.* 2. *n.* 125. *p.* 9. adducẽs declarationem Sac. Congr. quam etiam de verbo refert, hanc dubitationem soluit; cui additur Hier. Gõz. *§.* 3 *proœm. n.* 16. *&* 17. *de mens. & altern.* & post eum thes. for. Ecclesiast. *de*
2 *coll. benef. n.* 51. † quod si inferior collator habet ius concurrendi in præuentione cum ordinario, debet habita notitia vacationis Parochialis declarare coram notario se velle conferre, & ideo rogare Episcopum vt proponat ædicta, & hac ratione tuebitur ius suæ præuentionis, & hæc sunt verba ipsiusmet declarationis Sac. Congregationis in substantia.

DVBIVM XLII.

ARGVMENTVM.

Cardinalis qui residet in curia potest conferre sine concursu Parochialem, quæ vacauit in sua diœcesi alicui existenti in curia, examinato tamen prius ab examinatoribus vrbis.

1 Dubitatur 42. An Cardinalis S.R.E. residens Romę possit cõferre Ecclesias Parochiales alicui in curia existẽti absq; examine
2 in concursu. † D. Anast. Germon. *de indult. Card. §. quibusuis. n.* 9. tenet posse dummodo ille, cui cõfertur fuerit examinatus ab examinatoribus deputatis à Papa, vel eius Vic. quod planè probat mul-
3 tis rationibus; † dispositionẽ verò Sac. Conc. Trid. *c.* 18. *de refor. sess.* 14. ibi, *etiam si ipsa Parochialis reseruata &c. etiã vigore Indulti*
4 *S.R.E. Card.* † putat habere locum circa indulta extraordinaria dumtaxat, vel nisi indulta sint extraordinaria, nimirum circa ea beneficia, quorum collationes spe-

ſtant ad Cardinales ratione alicuius Abbatiæ, vel Dignitatis, quas poſſident in aliena diœceſi, non autem circa indulta ordinaria, quæ conceduntur, vt dixi in *Pralud.* 19. Illuſtriſs. Card. Epiſc. in ſuis diœceſibus, quæ verò differentia ſit inter Indultum Priuilegium, & Diſpenſationem dixi in *dub.* 37. *Pralud.* 26. vbi etiam dixi quare addatur, & priuilegia.

DVBIVM XLIII.

ARGVMENTVM.

Ordinarius poteſt conferre Parochialem, quæ vacauit in curia dum Apoſtolica Sedes vacaret ſed ſit concurſus.

Et an reſeruata ſint beneficia, quæ vacarunt Apoſtolica Sede vacãte.

1 DVbitatur 43. an ordinarius poſſit licitè conferre Parochialem vacantem in curia dum
2 vacat Apoſtolica ſedes; † ratio huius dubitationis eſt, quia, quamuis Reg. Cancell. vt vidimus, *in Pralud.* 17. *dub.* 1. *de reſeruat.* ceſſent Apoſtolica ſede vacante,
3 non † tamen ceſſant reſeruationes
4 in corpore iuris clauſæ, † qualis eſt illa beneficiorum vacantium in curia, quæ planè inducta eſt
5 *per cap.* 2. *de præbend. in* 6. † nam regulæ Cancellariæ non extinguũtur niſi quoad ea, quæ diſponunt vltrà ius commune, *Simoneta de*
6 *reſeruat. quæſt.* 47. *num.* 13. † Sed nos concludamus cum Rebuff. *in prax. benef. tit. for. nou. prouiſ. verſ. dummodo temp. dat. num.* 14. iuncto Paulo Granut. *in add. ad Simonet d. quæſt.* 47. *n.* 13. atque Petr. Greg. Tholoſ. *de benef. c.* 24. *num.* 17. quod poteſt Epiſcopus, & alius quiuis inferior collator huiuſmodi parochiales vacantes, Sede Apoſtolica vacante, liberè conferre, peracto tamen examine ad formam Concil. Trid. *ſeſſ.* 24.
7 *cap.* 18. *de reformat.* † per *cap. ſi Apoſtolica.* 35. *de præb. in* 6. quia eſt correctiuum, *cap.* 2. *tit. & lib.*
8 *eod.* † quinimò poterit ex diſpoſitione *eiuſdem c. ſi Apoſtolica.* conferre illas Eccleſias, quæ vacarunt Apoſtolica Sede vacãte, vel etiam adhuc viuente Papa vacarunt in curia ſed ante illarum collationem Apoſtolica Sedes vacauit, vel aliàs Papa in vita non cõtulit, non obſtante regula, quæ diſponit, vt beneficia curialium decedentium dum curia de loco ad locum transfertur ſint reſeruata; nec illa, quæ diſponit, vt beneficia, quæ tempore obitus Papæ remanſerunt vacantia, nec fuerunt prouiſa ſem-
9 per cenſeantur reſeruata, † quia ceſſant huiuſmodi regulæ *per d. c. ſi Apoſtolica.* 35. *de præbend. in* 6.
10 Non † obſtante quod contrarium videatur annuere Garz. *de benef. p.* 5. *c.* 1. *num.* 646. vbi putat omnia beneficia, quæ vacarint Apoſtolica Sede vacante eſſe reſeruata, quamuis collatio facta eſſet ante Bullam Conclauiſtarum fel. recor. Pauli V. per quam reſeruare videtur huiuſmodi beneficia, vt prouideantur Conclauiſtæ.

11 [Sed hodie habemus regul. 68. ¶ S.D.N. D. Vrbani Papæ VIII. quam retuli *in reg.* 1. *dub.* 10. *n.* 2. vnde ceſſat omnis difficultas.]

Sed

12 Sed redeundo ad rem nostram, intelligendum est, vt possit ordinarius conferre Parochialem vacantem in curia quando contraxit reseruationem tantũ propter huiusmodi vacationem in curia,
13 non † autem si ex alio capite illam contraxisset, etiam ex dispositione, seu reseruatione illata per regulas Cancellariæ, vti planè esset de beneficijs Prothonotariorũ, & de vacantibus in mẽsibus Apo-
14 stolicis ante obitum Papæ, † vel aliàs nisi esset talis Parochialis deuoluta propter negligentiam collatoris, vel ob omissam formam
15 Conc. Trid. & huiusmodi, † quia eo casu, vti *d. c. si Apostolica,* non corrigit Conc. Lateranense, vt notat ibi Franc. ita nec potest corrigere Conc. Trid. nec Constitut.
16 Pij V. quæ sunt posteriora; † vel tãdem nisi fuissent affecta propter appositionem manus Papæ, quia hisce casibus non posset inferior collator conferre, obsistente semper sibi reseruatione, vel affectio-
17 ne, † nam beneficium semel reseruatum, vel affectum semper remanet tale, donec fuerit plenarie prouisum, *ad trad. per Franc. in c. statutu n.* vers. *item tertiò. 3. de preb. in 6.*

DVBIVM XLIV.

ARGVMENTVM.

Episcopus existẽs in curia, vel extra diœcesim tẽpore vacationis beneficij potest illud conferre, quamuis ob reuerentiam Papæ debeat exire extra mœnia, & ibi conferre, quod tamen nõ probatur Pauino.

DVbitatur 44. An possit Episcopus conferre Parochiales vacãtes in curia si ipse sit in curia vel saltem extra diœcesim tempo-
1 re earum vacationum. † Philipp. Franc. *In cap. si Apostolica. 35. de prebend. in 6.* concludit quod Episcopus siue sit in curia, siue extra suam diœcesim poterit licitè conferre Parochialem, quæ vacauit in curia, Apostolica Sede vacante, vel aliàs non fuit collata per Pa-
2 pam in vita sua, † dummodo Episcopus non sit in remotis, quia tũc inquit conferre debet per Vicariũ iuxta *c. statutum. 3. de præb. in 6.*
3 nam † illud *c. statutum* secundum ipsum Franc. Archid. & Io. Andr. ibi relatos non est correctum nisi quoad ea, quæ exprimuntur in *d. c. si Apostolica. 35. de prebend.*
4 *in 6.* † sed Germonius *de indult. §. tibi quoad vixeris, num. 76.* apertè dicit quod ordinarij collatores ritè, recteq. conferunt extrà diœcesim vt latè Ias. *in l. extra territorium. 20. ff. de iurisd. om. gent. vbi num. 7.* hoc in specie ostendit etiam si sint Romæ; quamuis ob reuerentiam, quam perpetuò præstare debent Summo Pontifici, debent exire extra mœnia, & ibi conferre, quod à se ipso fa-
5 ctum testatur; † hoc tamen, exire scilicet extra mœnia, non approbat Pauin. *de potest. cap. sede vac. q. 1. par. 2. vers. & quia potestas.* vbi dicit quod possunt conferri beneficia extra territorium; quinimò etiam in Curia Romana, dummodo ibi non vacauerint.

DVBIVM XLV.

ARGVMENTVM.

Cap. si Apostolica. de præb. in *6. locum habet in Parochialibus actu, & stricto modo sumptis; sed non in curatis largo modo, nec in collegiatis.*

1 DVbitatur 45. An *c. si Apostolica.* 35. *de præb. in 6.* locum habeat in omnibus curatis. Concludit Franc. post Io. Andr. *in c. si Apostolica. n.* 2. quod habet locum duntaxat in Ecclesijs actu, & stricto modo Parochialibus, non autem in alijs curatis largo modo, de quibus latius diximus *in*
2 *Prælud.* 3. † prout etiam non habet locum in Collegiatis, *per not. in cap. statutum.* 3. *de elect. in 6. & in c. licet canon.* 14. *tit. & lib.*
3 *eodem.* † Quia secundum *Archid. & Io. Andr.* quos sequitur idem Franc. *d. constitutio si Apostolica* est correctoria, ac proinde debet intelligi strictè.

DVBIVM XLVI.

ARGVMENTVM.

Collatio ex dispositione c. si Apostolica *fieri debet intra sex menses per concursum, & iure ordinario.*

1 DVbitatur 46. intra quem terminum fieri debeat collatio quando Episcopus confert vigore, *c. si Apostolica.* 35. *de præb. in 6.*
2 quippe quæ † hæc decretalis nullũ præfigit terminum ad exequendũ.
3 Io. † Andr. *in cap. statutum.* 3. *de præb. in 6.* & post eum Franc. *ibid. num.* 8. *vers. debent*, concludunt, quod debet fieri intra sex menses, vltra mensem Papæ, *per c.* 1. *de iurepatr. d. lib.* 6. nam incipere debent à fine mensis Papæ.
4 Illud verò summopere animaduertendum censeo huiusmodi, Ecclesiam cõferendam fore per con-
5 cursum, † & talem collationem fieri debere iure ordinario, per ea, quæ notauimus, *in dub.* 25. *de Indultis.*

DVBIVM XLVII.

ARGVMENTVM.

Verbum collatio quando profertur à lege comprahendit electionem, præsentationem, & prouisionem. In rescriptis autem non comprahendit.

EX quo aliqua tetigi circa *cap. statutum.* 3. *de præb. in* 6. per quod disponitur vt possit ordinarius liberè conferre beneficia, quę vacarunt in curia, & Papa illa non contulit intra mensem.

1 Dubitatur modo 47. An appellatione collationis veniat electio, præsentatio, & prouisio: & omissa disputatione, quando constitutio dicatur odiosa vel fauorabilis, dicendum est absolutè cum Io. Andr. & Franc. *in d. c. n.* 1. quod comprahenduntur; quicquid dicat Archid. *in c. cum in illis.* 16. *tit. &*
2 *lib. eod.* contrarium tenens, † nam vt ait ibi Franc. *d. c. cum in illis* loquitur in impetrationibus, in quibus, vt in odiosis collatio nõ com-
3 prahendit electionẽ. † Sed re vera Gonz. *gl.* 16. *n.* 9. *& seq.* hoc dubium

bium enodat ibi concordans Dd. & dat intelligentiam *d. c. cum in illis 16. §. cum autem de præb. in 6.* vbi habet quod est magna differentia inter collationem, præsentationem, &c.
4 † vt inquam collatio tunc compræhendatur quando
5 profertur à lege, † quia tunc non
6 datur aliqua ambitio; † si verò proferatur in rescriptis tunc tamquam ambitiosa non compræhendatur. Subscribit Parisius *de resignat. benef. lib. 12. q. 5. n. 31.*

DVBIVM XLVIII.

ARGVMENTVM.

C. Statutum de præb. in 6. *est correctum, & abrogatum, sed hodiè literæ super beneficijs vacantibus in Curia datantur sub die obitus.*

1 Dvbitatur 48. an Ordinarij debeant conferre beneficia vacantia in Curia si à Papa infra mensem non fuerunt collata stante
2 dispositione † *d. c. statutum 3. de præb. in 6.* Aeneas de Falconibus, *in tract. de reseruat. q. 4. princip. effect. 6. n. 2. fol. 21.* ait quod totus mundus dicit *d. c. statutum 3. de præb. in 6.* esse correctum, & abrogatum *per extrau. Piæ sollicitudinis 1. de præb. inter communes,* & quamuis habeamus claram *decis. Rot. d. 12. n. 1. de præbend. in nou.* vbi dictum fuit d. decretalem *statutum 3. de præb. in 6.* esse reuocatam *per d. extrau. Piæ 1. de præb. inter comm.* ipse tamen Aeneas, ex quo Cardinalis *in cons. 117. vers. item in 2. col.* fundat se super *d. c. statutum,* vbi sic ait, *nisi Papa conferat intra mensem, sublata est reseruatio,* & glos. *in c. fin.* in verbo *ordinatio de consuetud. in 6.* fundat etiam se *in d. c. statutum* quæ etiam, & post eam Lapus præsupponunt *d. c. statutum* esse in obseruantia, cui decisioni subscribit Francus, & Io. Andr. *in eodem ca.*
3 *statutum,* † & post hos nouissimus comentator reg. Cancell. D. Io. à Kochier, *in reg. 1. n. 22. vers. prima igitur,* qui dicunt quod poterit ordinarius conferre, & poterit etiam post mensem ipsius Papæ delegatus, & executor datus per literas, quibus granatur ordinarius collator ipsius beneficij, non audet inquam Aeneas quidquam certi decidere, dicens quod Curia non reciperet, vt ordinarius conferat huiusmodi beneficia;
4 & re vera † hodie videmus in praxi, vt notaui *p. 7. dub. 2. n. 12.* quod literæ beneficiorum vacantium in Curia datantur sub die obitus, vnde vix vnquam poterit contingere casus.
5 Attamen si vnquam eueniret, pigri ne sint ordinarij, nam textus est clarus, & vt vidimus, Cardinalis, Lapus, & glos. illud *c. statutum* obseruant, quibus additur Rebuff. in prax. *in for. nou. prouis. n. 14. & Gaspar. de Perusio,* qui annuit *d. cap. statutum* esse in obseruantia, quamuis dicat, non habere locum in beneficijs alias reseruatis, vel affectis idem astruit Germ. *de Indult. §. tibi quoad vixeris n. 95.* vbi dicit posse ordinarium vel eius Vicarium in Diœcesi existentem, & non extra con-
6 ferre. † [quinimo Ill. Card. Domin. Tuscus

Tuscus *in suis pract. concl. iur. tom. 2. conclus.* 558. *n.* 1. vbi concludens quod attestanti de iure extrauaganti contra ius commune non est credendum nisi de illo iure faciat fidem, allegat Geminian. *consl.* 78. *n.* 3. *vers. et si dicatur, qui dixit quod non est credendum Io. Andr. attestanti in c. statutum de praeb. quod dispositio illius cap. sit sublata per extrauag. pia tit. eod. & probabilis, inquit, potest allegari ignorantia d. iuris.* haec Tuscus ibi.] Mensis verò, secundū D. Barbosam, *allegat.* 57. *n.* 24. *p.* 3. *de potest. Episc.* incipit currere à die vacationis, non autem à die scientiae; faciunt quae diximus supra *req.* 5. *dub.* 11.

DVBIVM XLIX.

ARGVMENTVM.

Papa potest moram purgare in conferendo beneficia vacantia in Curia, quae intra mensem non contulerat si tamen res sit integra.

1 Dubitatur 49. an dato quod *c. statutum* 3. *de praeb. in* 6. sit in obseruantia, prout est in obseruantia *cap. si Apostolica* 35. *eod. tit. & lib.* possit Papa moram purgare, & sic conferre lapso mense.

2 Videtur quod non, † etenim Episcopi de iure communi habent intentionem fundatam in iure conferendi omnia beneficia suae Dioecesis *per c. regenda* 10. *q.* 1. & alia iura per me congesta *in prael.* 18. *n.* 6. *de mensibus*; quapropter videtur quod Papa nequeat moram purgare in praeiudicium collato-

3 rum inferiorum; † sicut illam purgare non potest ordinarius, teste Staphileo *de lit. grat. in* 4. *forma*

4 *n.* 2. † quia, inquit, lapso iam termino, Episcopus non debet vlterius vacare in praeiudicium exe-

5 cutoris. † cui honor est facere pro-

6 uisionem, & fungi vice Papae, † nihilominus propter magnam praerogatiuam, poterit Papa re adhuc integra, post mensem conferre va-

7 lidè, † nam vt aliàs vidimus Papa potest concurrere cum ordinarijs collatoribus, ita, post Gonzal, & Garziam, dicit D. Ioann. à Kochier *in reg.* 1. *n.* 22. & D. Barbosa *allegat.* 57. *n.* 24. *de potest. Episc.*

8 *p.* 3. † Facienda tamen erit mentio de vacatione in Curia, alioquin

9 collatio nulla erit, † etiam si apposita esset clausula, *quacumque generale reseruatione non obstante,* nisi addatur *etiam in corpore iuris clausa,* vel nisi esset facta *motu proprio*, quia aliter videretur circumuentus Papa, vt post Gemin. *in cons.* notat Aeneas *in dict. q.* 3. *effectu* 16.

DVBIVM L.

ARGVMENTVM.

Episcopus impeditur conferre intra mensem Papae, quamuis Papa de illo non prouideat, quando tamen decretum appositum est pro Papa, vel pro alio. Si verò appositum est pro tertio, & reseruatiuus non intendebat vti, non impeditur secus si intendebat vti, & declaratio talis intentionis praecessit collationem, quia in beneficialibus inspicitur initium.

Du-

1 DVbitatur 50. An valeat collatio Episcopi, qui contulit intra mensem Papę, si postea Papa de illo non prouideat. Hanc dubitationem mouet Francus *n. 9. in*
2 *c. statutum 3. de praeb. in 6.* † pro cuius solutione adhibenda est distinctio; vel enim decretum appositum est pro Papa, vel pro alio: si pro Papa, nulla erit collatio *per c. non firmatur 18. de reg. iur. in 6.* si verò appositum fuit pro tertio, tunc, vel talis reseruatiuus intendebat vti huiusmodi decreto, vel declarauit se nolle eo vti: in primo casu, adhuc nulla penitus erit prouisio; in secundo verò casu subdistinguendum est, vel declaratio praecessit, vel subsequuta est ipsam collationem; si praecessit valebit, si autem subsecuta est, non valebit, *Io. Andr. hic*, quem se-
3 quitur Francus, † vbi enim agitur de beneficio Ecclesiastico consequendo, inspicitur initium vt *in c. auditis 29. de elect.* secundum Lapum.

REQVISITVM VIII.

De electione dignioris in Parochialibus patronatis.

SI Ecclesia vacans sit de iurepatron. Ecclesiastico, vel mixto, puta partim clericorum, & partim laicorum, & institutio spectet ad Episcopum, patronus eliget ipse digniorem ex approbatis in concursu, illumq. pręsentabit Episcopo, intra 6. menses, quod est tempus à iure statutum patronis Ecclesiasticis ad praesentandum, & illud currit, de momento in momentum à die ipsius Vacationis.

Si verò institutio facienda sit à Papa, vel alio quouis collatore citrà ipsum Episcopum tunc electio magis idonei ex approbatis in concursu, fieri debebit ab ipso solo Episcopo dioecesano; vel ab eius Vicario, & patroni praesentabunt electum; cui, & non alij collator, siue institutor debebit omninò conferre ipsam Ecclesiam intra sex menses.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus deriuans à patrimonio laici efficitur Ecclesiasticum per quamcumque translationem in Ecclesiam, Collegium, vel dignitatem Ecclesiasticam, nisi apponatur conditio in translatione vt retineat naturam laicalis iurispatronatus.

1 REcensui plura de beneficijs iurispatr. *in praelud. 7.* vbi etiam tradidi differentiam inter iuspatr. Ecclesiasticum, mixtumq. & laicale. Quod autem attinet ad praesens *VIII. requis.* dubitatur
2 primò, † An iuspatr. quod habuit originem à patrimonio laici, & postmodum translatum fuit donatione, vel alio quouis titulo in Ecclesiam, aut Capitulum, seu Collegium Ecclesiasticum, vel aliquã personam Ecclesiasticam ratione Ecclesiae, vel dignitatis, aut beneficij,

ficij, efficitur Ecclesiasticum. Concludamus quod sic, *per c.1.§.*
fin.de iurepatr.in 6. Paris. *de resignat.benef.l.2.q.4.num.*39.Gonz.
3 *glos.*15.*§.*2.*n.*5.† [Couarr.*pract. quaest.c.*36.*n.*5.*vers.secundò illud* vbi latè hoc probat *ex d.c.*1.*& allegat Fel. in tract. quando litera Apostolica limit.*6.*Socin. in c. de monachis de preb.Lambert.lib.*1.*p.*1.*q.*1.*art.*8.*Paris.cons.*128.*n.*19.
4 *lib.*4. asserétes huiusmodi iuspatr. non tantum quoad priuilegia†,sed etiam quoad derogationem censeri Ecclesiasticum, & subiacere reseruationibus iuris communis, & reg.Cancell. *D. Scipio Rendine in prompt.recept. sent.tit.de iurepatr.n.*7. Crescent. *decis.*3.*n.*3.*tit. eod. Rot.in vna Valent. benef.*26. *Martij* 1593.coram *R.P.D. Orano*, vbi decisum fuit; *Praesentationem factam per Abbatissam, & moniales S. Trinitatis de persona Petri Laguna ad beneficium SS. Matthiae, & Luciae situm in Parochiali S.Ioannis de* Mercato,*non intrare, quia licet admittatur illud esse de iurepatr. ex dotatione Matthiae Aragno Ciuis Valentini*; *nibilominus cum translatum fuerit in Abbatissam, & moniales S. Trinitatis dicitur iurispatronatus Ecclesiasticorum, & Ecclesiasticum* d.c.1.*§*.fin. de iurepatr. in 6. cum traditis per Couarr. pract.quaest.c.36.n.5.Garz.de ben. p.5.c.1.n.553. *&* latè de hoc diximus *in d. praelud.*7. *dub.*21. *n.*37.
4 limita † nisi transferatur cum conditione vt retineat naturam laicalis iurispatronatus.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus sit Ecclesiasticum in vita patroni, qui religionem ingreditur.

1 Dubitatur secundò an si patronus laicus,qui est patronus ex fundatione, efficiatur religiosus, ipsum iuspatr. fiat Ecclesiasticum.Petrus Andr. Gambarus *de potestate legati de lat. lib.* 3. *n.*416.*post Soc.in repet.c.de Monachis* 12.*de preb.*resoluit affirmati-
2 uè, † quia, inquit, per huiusmodi ingressum omnia bona acquiruntur Monasterio, *Auth. ingressi.C. de sac.sanct.Eccl.*Lambert. *de iurepatr.lib.*2.*p.*2.*q.*1. *art.*11. *n.*12. Intellige tamen, vt hoc procedat tantum durante vita ipsius Monachi vbi iurispatr. iure sanguinis defertur in posteros, & illi adsunt. *Prob.ad Monach. de iurepatr. in* 6.*n.*2.Garzia *p.*5.*c.*1.*n.*555.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus laicorum religiose viuentium sit Ecclesiasticum.

1 Dubitatur tertiò, an iuspatr. spectans ad laicos religiosè viuentes, & portantes habitum religionis,& gaudentes priuilegio fori, & Canonis, quales sunt *Beguinae* sit Ecclesiasticum. Rot. *decis.*8.*de iurepatr.in antiq.* concludit quod est Ecclesiasticum, idem videtur decidendum de iurepatr. spectante ad illos de tertio ordine S.Fran-

S. Francisci, non quidem vt singulos, sed vt vniuersos *Sel. de benef. p.3.q.11.n.23.* Garzia *de benefic. p.5.c.1.n.556.*

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus competens operarijs Ecclesiæ ab Episcopo non deputatis est laicale, at verò si deputentur, vel saltem confirmentur per Episcopum est Ecclesiasticum.

1 Dubitatur quartò, an iuspatr. competens operarijs, seu œconomis, vel æditiuis Ecclesiæ,
2 sit Ecclesiasticum. † Fel. *in tract. quando lit. apost. noc. patr. limit.* 4. tenet quod sit laicale; at verò Hier. Paulus *in pract. Cancell. vers. in causa mea maioricensi fol. mihi* 628. & Lambert. *de iurepatr. p.1. lib.1. q.1. art.10. n.6.* & Rot. *in vna Salamant. Capellaniæ del voto 5. Iulij 1593.* coram Pamphi-
3 lio, tenent esse Ecclesiasticum; † sed possunt concordari per ea, quæ tradit Gambarus *de potest. legati lib.3. n.382.* vt sit laicale, iuxta opinionem Felini, quando præsentatio fit à laicis non deputatis auctoritate Episcopi: contra verò fit Ecclesiasticum iuxta opin. Pauli Hier. & Rot. quando Laici, qui præsentant, deputantur auctoritate Episcopi, vel saltem per Episcopum confirmantur, idem dicendum de Hospitalarijs.

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus confraternitatum laicorum est laicale.

1 Dubitatur quintò, an iuspatr. confraternitatum laicorũ, siue disciplinatorum sit Ecclesiasticum, Felin. *in tract. quando lit. apost. noc. pat. limit.* 4. & post eum Roch. de Curt. in verbo *Ius n.17.* & Gambarus *lib.3. n.412.* tenent quod sit laicale, Lambert. tamen *p.1.l.1.q.1.art.10.n.4. & 5.* & post eum Nic. Garzia *de benef. p.5. c.1. n. 606. & seq.* tenent quod sit Ecclesiasticum, subiungit tamen idẽ Garzia *d. c.1. n.608.* dicens quod de æquitate, ad effectum derogationis, & reseruationis, videtur huiusmodi iuspatr. confraternitatum laicorum esse censendum laicale, ex ratione allata per Couar. *pract. quæst. c.36. n.8.* quæ est, vt quamuis confraternitas instituta causa pietatis adhæreat, & sit affixa alicui Ecclesiæ, ipsi tamen, ex quibus collegium, & vniuersitas consistit, ad quorum suffragia fit præsentatio, quia sunt laici, & ad huiusmodi vniuersitatem laicorũ, non ad Ecclesiam, nec aliquam Ecclesiasticam dignitatem præsentatio pertinet, ideo concludit, vt huiusmodi iuspatr. sit laicale, & secundum hanc opinionem etiam resoluit Rot. *in vna Valentina beneficij 6. Octobris coram Robusterio*, referens aliam *in vna Pistorien. 21. Maij & 21. Iunij coram Sarmiento.*

DV-

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, in quo Ecclesiastici præsentant, quem laici nominant, est Ecclesiasticum, quando laici debent plures nominare, ex quibus Ecclesiastici vnum præsentare tenentur. At vero est laicale, quando laici vnum tantum præsentant, quem Ecclesiastici præsentare tenentur.

1 Dubitatur 6. An si Ecclesiastici præsentent, quem laici nominant, huiusmodi iuspatr. dica-
2 tur laicale. † Hanc dubitationem mouet Gamb. *de potest. leg. l. 3. n.* 392. & adducit opinionē Io. Andr. & Dominici *in c. cum in illis § si verò 16. de præb. in 6.* asserentium,
3 quod sit Ecclesiasticum, † quia nominatio non est in consideratione *c. nobis 25. de iur.* sed solus actus præsentationis attenditur *c. consultationibus 19. tit. eod.* Gamb.
4 *vbi supr. n. 393. & seq.* † sed ipse tenet, *n.* 398. quod sit laicale, ea potissimum ratione, quam etiam sequitur glos. *in c. ad audientiam. 3. de Eccles. edif.* quia actus præsentantis nominatos ab alio non
5 est liber, sed necessarius, † quod planè inquit, est contra naturam patronatus, quippequæ est vt patronus sit liber in præsentādo idoneum *per c. piæ mem. & c. filijs 16. q. 7. c. quoniam 3. de iur.* & in hanc partem inclinant, etiam *collect. in c. 1. vers. sed quid de reg. iur.* vbi etiam dicit, Rotam suo tempore
6 iudicasse contra Io. Andr. † & clarius *in c. cum dilectus 28. de iur.* dicens ius esse apud eos, qui nominant, non autem apud eos, qui præsentant, & hanc ipsam doctrinam Gamb. probat. Garz. *par. 5.*
7 *c. 1. n. 616.* † nam ius an sit Ecclesiasticum vel laicale, vbi mensuratur ex persona præsentantis est quando is, qui eligit eundem etiā à se electum præsentat *Gambar. vbi supr. n.* 402. secus vbi cogitur præsentare electum ab alio, *ibidē*
8 *n.* 403. † Cæterum, vt hosce Doctores concordemus, & eorum opiniones amicas reddamus: Sit conclusio, tunc dici laicale, cum Gambaro, & collect. quando Ecclesiastici præsentant illum, quem vnum, & non nisi solum præsentare possunt laici: dici verò Ecclesiasticum, cum Io. Andr. & Domin. quando laici debēt nominare plures, ex quibus Ecclesiastici teneātur præsentare vnum; tunc enim non dicitur adempta libertas electionis; quod planè induci potest pacto, vel statuto, & consuetudine, *Abb. in c. cum terra 14. de elect.* & est tenenda hæc distinctio, quia est bona, & vtilis.

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus est laicale vbi Ecclesiasticus non potest præsentare nisi de consensu laici: secus si non posset nisi de consilio.

1 Dubitatur 7. An iuspatron. sit Ecclesiasticum, vel laicale, quando Ecclesiasticus præsentat cum consensu laici, velle contra. Gamb. *de potest. leg. l. 3. n.* 409. dicit

cit huiusmodi iuspatr. fore iudicandum ex qualitate præsentantis, non autem ex qualitate consentientis, ea ratione, quia, inquit, qui consentit nõ facit *l. aliud.* 101. *ff. de reg. iur.* At Nic. Garzia *de benef. p. 5. c. 1. n. 616.* inclinat, vt cẽsendum sit esse illius, qui debet consentire; secus verò, ait, esset si deberet duntaxat consulere, quia tunc non teneretur sequi consilium per ea, quæ decidit Rot. *apud Put. decis. 506. lib. 2.*

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus in quo præsentatio fit per turnum variatur, & prouisio Apostolica turnum non consumit.

1 Dubitatur 8. quid censendum sit de iurepatr. in quo præsentatio fit per turnum ab Eccle-
2 siasticis, & laicis, † Garz. *de benef. par. 5. c. 1. n. 615.* concludit cum Achill. de Graff. *decis. 2. de iurep.* ac Put. *decis. 107. lib. 3.* quod quando turnus spectat ad Ecclesiasticos ea vice dicitur Ecclesiasticum, & è contra quando redit ad lai-
3 cos dicitur laicale, † nec prouisio Apostolica consumit turnum, quia id procedit quãdo potest reseruatio intrare respectu vtriusque præsentandi ius habentis: nimirum, quãdo ambo essent Ecclesiastici, secus verò, vbi reseruatio
4 intrat respectu alterius, † nam connexorum idem est iudicium. *l. Item si fundus. §. huic coniunctus* 10. *de vsuf. vbi Scrib. c. trãslato, & ibi not. 3. de Const.*

DVBIVM NONVM.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus ex fundatione laici relictum 4. laicis, & vni Ecclesiastico si sit relictum ipsis laicis sub nomine collectiuo diceretur laicale pro vna medietate, & pro alia ecclesiasticum, at verò si sit relictum separatim, vt vnusquisque habeat vnam vocem videtur quod sit laicorum ratione maioris partis.

1 Dubitatur vtrum iuspatronatus deriuans à fundatione, & dotatione laici relictum quatuor senioribus ancianorum, & Præposito talis Ecclesiæ sit Ecclesiasticum an laicale. hoc dubium discussum fuit in Rota vt habetur apud Illustriss. Card. Crescentium bo. mem. *in decis. 3. aliàs 156. sub tit. de iurepatr.* vbi postquam dictum fuit quod pro parte Præpositi dicitur Ecclesiasticum licet relictum sit à laico *ad c. 1. cum glos. de iurepatr. in 6. & Abb. in c. de*
2 *monachis de præb.* † & quod si illi quatuor laici haberent separatim vnusquisque vnam vocem, & Præpositus vnã aliam, huiusmodi iuspatronatus dici posset laicorum ratione maioris partis vocum ad *not. D. Io. de lignano in c. dilectus*
3 *el 3. de præb.* † sed secus si sint vocati sub nomine collectiuo quo casu esset pro vna medietate laicale, & pro alia Ecclesiasticum, & sic videretur dicendum Ecclesiasticum *iuxta vnam decisionem*
4 *in causa casalen. ibi allegata* †, quia magis dignum trahit ad se minus

minus dignũ *ad not. 4. c. per tuas de arbitr. & c.quod in dubijs de consecr.Eccl.*tandem decisum fuit quod dicitur laicale quoad priuilegia, & derogationem,ea potissima ratione, quam secutus est Fel. *in tract. quando litt. Apostol. noc. patr. vers. ampliatur 6.* & tenuit
5 Rota ibidem allegata, † vt inquã in iurepatronatus attendatur illa qualitas, quæ magis fauet Ecclesiæ, cui conclusioni subscribit etiã Roc.de Curte *d.tract.*in verbo *ius*
6 vers. *& prima pœna n. 15.* † dicit tamen quod Papa solet derogare iuripatronatus mixto. faciunt ad hęc,illa quę dicta sunt superius *in prælud.7.dub.22. & 23.*

¶ DVBIVM DECIMVM.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus præsumitur ex vsurpatione in familijs, vel vniuersitatibus: idem in particularibus potentibus,nec immemorialis probata per instrumenta suffragatur; secus si probetur per testes cum fama de fundatione.

1 DVbium valde proficuum est illud, quandonam iuspatronatus præsumatur ex fundatione, quandoue ex vsurpatione siquidem prima facie videtur dicendum quod debeat præsumi ex fundatione, quippe quæ Ecclesia non nascitur, sed creatur *Abb. in conf.76.lib.2. & in cap. querelam de electiõn.* nihilominus vt breuibus hoc dubium explicemus, dicamus cum Illustrissimo Crescentio *in decis.* *aliàs 13. de iurepatronat. in qua iam decisum est ex D. Pisaurico in suis collectis*, quod si huiusmodi iuspatronatus sit alicuius personæ particularis, tunc, quia beneficia non nascun-
2 tur † & delictum, puta vsurpatio non debet præsumi *ad l. meritò ff.*
3 *pro socio* † & etiam priuilegium est facti quod pariter non præsumitur, tale iuspatronatus præsumendum erit ex fundatione; at verò si sit alicuius familiæ, vel vniuersitatis, tunc quia plures de facili non conueniunt ad ędifican-
4 dum,† & quia regulariter Ecclesię solent fieri de eleemosynis plurium sine animo reseruandi sibi iuspatronatus, tunc præsumetur ex vsurpatione.
5 Sed huic decisioni successit alia *in vna Sabinen. beneficiorum 15. Decembris 1582. coram fælic. recordat. Clem. 8.* vbi quod in familijs potentioribus præsumitur vsurpatio, & declaratur dispositio Concilij Tridentini *sess. 25. de ref. cap. 9.*& Addit. ad dict. decis. Crescent. ampliat vt vsurpatio præsumatur etiam in quolibet nobile potente *per decis. 128. lib.1. diuers. & decis. 199.lib.2.diuers. quæ est d.Sabinen.*
6 Nec immemorabilis quasi possessio, & potissimum illa, quæ probatur per instrumenta suffragatur, quippequæ non concludere potest quin possit esse ex vsurpatione, quo circa deberet probari per testes deponentes de longissimo tempore cum fama fundationis, vt decisum habemus apud Mohedanum *de iurepatron. decis.3.4.& 12. aliàs 352. iuncta glos.*

glos. in c. 1. verb. memoria, & ibi addit. de praescrip. in 6. & maximè si fiat probatio in negatiuam, secus tamen in affirmatiuam.

Porrò testes per quos probanda erit huiusmodi immemorabilis debent esse maioris ætatis quàm 50. annorum *Mohedan. d. decis. 12. de iurepatr.*

7 Habeo præ manibus Spoletanā Abbatiæ 19. *Decembris* 1625. *coram Illustris. Coccino Decano*, quam pollicitus sum *in prælud. 7. d. 3. n.* 81. in hac ipsa praxi inserere; verumtamen quia iam præcesserant alię quinque decisiones in eademmet causa; videlicet *6. Iunij & 16. Decembris* 1580. *ac 19. Iunij, & 1. Decembris* 1581. *coram bo. mem. Rubeo Decano, & nouissimè 27. Iunij 1625. coram Illustris. Coccino Decano*, quapropter omnes essent inserendæ; ego autem coarctor mādatis Illustrissimi D. mei Episcopi ad residen-

8 tiam reuerti, † & eo magis teneor reditum accelerare, quando iam diuina fauente clementia in tuto posui Iuspatronatus DD. de Arnutijs, saltem quoad non extinctionem, quandoquidem Dataria prætendebat illud extinctum, per reg. Adr. VI. & proindè habeo reformatum illud decretum extinctiuum illius iurispatronatus, quod retuli de verbo *in d. prælud. 7. dub. 22. nu.* 3. vbi iubebar dictum Archipresbyterum tenere tanquam liberum, nunc verò ita reformatū est, vt illum habeam tanquam reseruatum, & sic remanet adhuc iuspatronatus, & patroni poterunt præsentare in quatuor mensibus scilicet *Martij, Iunij, Septembris, & Decembris*, coram Ordinario; hanc igitur ob causam ipsas decisiones reijcio in promptuarium rei beneficiarię aliquando per me, Deo adiutore, ędendum.

9 Interim verò annuere arbitratus sum quod dictæ decisiones *in d. Spolet. 27. Iun. 1625. coram Illustris. Coccino.* exierunt super huiusmodi facto: quod inquam.

Sixtus Quartus donauit bona Monasterij Sancti Petri de Ferentillo, Bartholomæo de Ruuere nepoti, per hæc verba. *Volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod cedente, vel decedente Ancaiano moderno Abbate, seu illud quomodolibet dimittente, dignitas Abbatialis, & Ordo Sancti Benedicti, Conuentualitas in ipso Monasterio extincta sit, & esse censeatur, & deinde Monasterium ipsum, Capella sine cura nūcupetur, ac reputetur, & nihilominus omnes decimas, necnō fructus, redditus, prouentus, possessiones, iurisdictiones, iura, & bona mobilia, & immobilia d. monasterij ex nunc tibi præsenti, & recipiēti pro te, tuisq. hæredibus, & successoribus habēda, & possidenda, ita quod illa vēdere, alienare, donare, & de illis pro tua, & hæredum prædictorū voluntatis arbitrio disponere, & ordinare liberè, & licitè possis, & valeas, & possint, & valeāt; ea donatione, quæ dicitur inter viuos, tenore præsentiū donamus, conced. & elarg. &c. Euenit casus quod sub Iulio II. præd. Ancaianus resi-*

gnauit Monasterium ad fauorem Aloysij de Ancaianis, qui adhuc viuens narrauit Leoni X. vnà cũ Ancaianis de an. 1515. se per quadrienniũ, licet de facto, pacificè tamen Monasteriũ posse tisse, & hæredes Bartholomæi donasse prædicta bona ipsis Ancaianis, prout in instrumento apparere dixerũt, & obtulerunt se daturos omnia bona prædicta Ecclesiæ, si Iuspatronatus concederetur. Quapropter Sũmus Põtifex, postquã fructus, redditus, & prouẽtus, decimas, iurisdictiones, iura, & alia bona in dotem monasterio dederint, & cõcesserint, Iuspatronatus, & præsentandi personam idoneam ad dictũ Monasterium in forma cõmissaria concedi mandauit. Stãte hac serie facti dubitatũ fuit. An cõstaret de iurepatronatus, & Domini negatiuam sequuti sunt opinionem.

Vacante postmodum dicta Abbatia Gregorius XIII. illam commẽdauit Ludouico Blãchetto, inter quem, & Ancaianos prætensos Patronos, & ab his præsentatum orta lite in Rota coram Rubeo post primam resolutionem pro libertate Ecclesiæ factam aduersus assertum priuilegiũ Leonis X. deuentum fuit ad concordiam per eundem Pontificem confirmatam: in qua præsentatus cessit ius suum Blanchetto, & ipse consensit reseruationi pensionis ducat. 200. ad fauorem certarum personarum, firma remanente lite super iurepatronatus; ita vt si Blanchettus obtinuisset, teneretur ad solutionem dictæ pensionis, si verò succubuisset, teneretur vlterius impetrare nouam prouisionẽ ad præsentationem Ancaianorum, ac conuenerunt ne dictus Blanchettus commendam dicti Monasterij simpliciter, vel etiam ex causa permutationis cedere posset; aliàs nullius esset roboris, & valoris, eaque non obstante ipsi Ancaiani alium præsentare possent. Iudicio prosequuto, & tribus alijs decisionibus pro libertate aduersus dictum priuilegium Leonis emanatis, fuit lata sententia pro libertate Ecclesiæ, à qua Ancaiani appellarunt, & causa appellationis pendente, Blanchettus cessit ius suum ad fauorem Domus probationis Societatis Iesu de Vrbe, cui idem Gregorius Abbatiam vniuit, vt clarè deprehenditur ex supplicationis libello, per quem Blanchettus pro cessione, & Domus pro vnione supplicauerunt. Cassad. decis. 3. in fin. de renunc. cum allegat. in vltima decis. *Postmodum dicta domus stante promissione Ancaianorum de soluendis intra sex menses scut.* 4300. *promisit cedere illis omnia iura sibi competentia super bonis Abbatiæ, & consentire dissolutioni vnionis iuxta formam supplicationis desuper signandæ, & non aliàs, aliter &c. Et Summus Pontifex postquam Ancaiani dictam summam soluerint, dissoluit vnionem, & ipsis concessit Iuspatronatus, cum clausula; ac si dicta scuta 4300. pro eiusdem Monasterij dotatione concessa, & donata essent. Stãte hac serie facti, cũ cõmẽda d. Abbatiæ in mẽse reser. cessauerit.* die decima nona Decembr. 1625. fuit

fuit iterum dubitatum. *An priuilegium Greg. XIII. obstet quominus Abbatia cadat sub reseruatione reg. 9.* quo articulo maxima cum maturitate discusso, & per omnes DD. diligenter perpenso vnanimi consensu fuit resolutum *Abbatiā cadere sub dicta reserua-*
10 *tione reg. 9.* † quia licet regula non comprehēdat beneficia iurispatronatus ex dotatione, comprehendit tamen illa, quæ sunt ex priuilegio *Rot. decis. 58. & 88. p. 1. recent & d. Cæsaraugust. per me adducta in d. præl. 7. dub. 3. n. 42.*
11 quæ † quidem regula propter generalitatem verborum comprehendit etiam cessationem commendarum in mensibus reseruatis. *Rot. decis. 141. & 194. ead. par. 1. recent. & d. Spoletana 19. Decem-*
12 *bris*, † in qua etiam dictum est quod augumentum scut. 1000. nō est sufficiens pro dotatione bene-
13 ficij annui redditus scut. 100. † & quod ad acquirendum iuspatronatus pars dotis non sufficit, sed con-
14 grua requiritur †, & quod ad effectum cognoscēdi huiusmodi augumenta non est habenda ratio onerum, quia & augumentum dotis pro parte debet illis oneribus subesse; nec etiam expensarum in recollectione fructuum, quamuis aliud sit in probando, valorem narratū in gratia impetrationis beneficij, quia in ijs deducenda sunt onera, & expensæ.

15 Sed firmo vnam conclusionem, nimirum posse Episcopum, qui gaudet alternatiua, conferre liberè absque vlla præsentatione patronorum omnia beneficia iurispatronatus Ecclesiastici, & quæ sunt ex priuilegio, etiam cum augumento tertiæ partis, de quibus latè dixi *in prælud. 7. dub. 3.* si tamen vacauerit in mensibus *Aprilis*, & *Augusti*, & è contra posse patronos præsentare quandocunque vacauerint in mensibus *Martij, Iunij, Septembris, & Decembris*, tametsi Episcopus haberet alternatiuam, & sic illius ratione efficerentur *Martius, & September*, prout efficiuntur Apostolici; etenim sicuti alternatiua non prodest patronis, ita neque eis debet nocere, *ad hoc latè decis. relāta in d. dub. 3. præl. 7.*

16 Aliam eleuo conclusionē, quod videlicet, quamuis de stylo soleat Dataria apponere decretum in prouisionibus, quæ fiunt Apostolica auctoritate de incompatibilibus cum obtentis, vt inquam, prouisus vbi primum possessionē adeptus fuerit secundi, vel per ipsum steterit quominus illam adipiscatur, dimittere teneatur primum in manibus Roman. Pontif. cum mentione decreti huiusmodi &c. & aliquando vidi huiusmodi decretum appositum, esse non obstante, quod beneficia, quæ erant dimittenda, essent de iurepatronatus laicorū, vt in canonic. sub inuocatione S. Crucis in Cathedr. Alexādriæ de iurep. Perillustr. D. Claudij Putei Patricij Alexandrini, & in Capellania S. Siluestri in ead. Eccl. dimissis illo per bo. mem. Alfonsum Lemugium, ista per bo. mem. Vincentium Bosellum, & in alijs casibus, quos breuitatis causa nō refero; nihilominus hodie obti-

nui vt in prouisione mihi facta per S D.N. D. Vrbanum Papam VIII. de Archipresbyteratu d cathedralis, de quo dixi in *prel.7.d.3* huiusmodi decretum fuerit reformatum, nedum quoad illam clausulam extinctiuam iurispatronatus DD. de Arnutijs, quippe quod reformatum est vbi dicebat *quod d. Archipresbyteratum tenerem in futurum tanquam liberum*, nunc dicit vt illum tenere debeam *tanquam reseruatum*; verum etiam reformationem similem obtinui quoad dimittendum Primiceriatum, qui est de iurepatronatus Illustris D. Gasparis Iacinti Marchelli nobilis Alexandrini: nam deleta fuerunt verba, vt *dimittere illum tenear in manibus Summi Pontif. &c.* & simpliciter dictum est vt quã primũ &c. *tenear dimittere &c.* & hæc annuisse sufficiat.]

REQVISITVM IX.

De institutione præsentati in parochiali patronata.

RDINARIVS, vel aliàs, institutor, debebit omninò intrà duos menses à die præsentationis instituere præsentatũ ad Ecclesiam Parochialem, si tamẽ præsentatus intra legitima tempora, & præmisso examine ad formam Concilij petierit se institui, alioquin institutio, & omnimoda dispositio faciet deuolutionem ad Papam.

At verò si collator negligat Ecclesiam ipsam conferre, vel præsentatum instituere non curet, nimirum, differendo vltra duos menses, fas erit patronis, & præsentato recurrere ad Metropolitanũ, vel ad viciniorem Episcopum, aut etiam ad sanctã Sedem pro obtinenda huiusmodi institutione.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Nullum tempus præfixum est à iure ad petendum institutionem nec ad instituendum, sed potest præfigi à superiore, & latè traditur hac materia.

1 RECEPTISSIMA est apud omnes Dd. conclusio, nullum esse præfixum tempus à iure ad instituendum ijs, qui habent ius instituendi, sed fore præfigendum à superiore, infrà quod debeant instituere, † itaut, si absque causa non
2 instituant, deuoluatur prouisio ad superiorem, videlicet, vt possit ipsum institutorem compellere ad instituendum, aut certè ipsemet instituat. *Lel.Zech. de benef.c.12. vers.tempus verò n.33.* sed latius, & elegantius concludit Lamb *de iurepatr. lib.2 p.3 q.2. art. 6. n.4.* vbi *post Rot. in nou. decis.212. eod. tit. & Pau. de citad. p.6. art.3. q.53. n.103.* quam plura vtilia colligit, quæ hic breuiter, & in compendium referre me non pigebit.
3 I. Igitur colligit, quod vbi à iure non est præfixum tempus habẽti aliquid facere, potest superior præfigere terminum ad illud faciendum, & quod si non fecerit, ipse

ipse superior supplebit, & ad hoc pro ornatu, multa adducit, quæ ibi videri poterunt.

4 II. Colligit, quod vbi institutor nō vult instituere præfixo sibi termino à superiore ad instituēdum, potest superior illum compellere ad instituendum, & quod compulsio potest esse actualis.

5 III. Colligit, quod elapso termino ad instituendum præfixo poterit ipsemet superior instituere.

6 IV. Colligit, quod terminus statuendus à superiore non debet trāscendere semestre, *secundum Abb.*
7 *in c. 2. de concess. preb.* † sed ipse tenet quod non deberet transcendere duos mēses post quatuor datos patronis ad præsentandum, & hæc opinio est conformis dispositioni Constitut. sanctę mem. Pij V. *in conferendis §. insuper de qua in*
8 *ferius:* † attamen attentat dicere quod huiusmodi tempus institutori statuendum, erit arbitrarium ipsi superiori, à semestre infra, ita vt sit minus semestre, quo lapso, & institutione non facta, ius instituendi deuoluit ad superiorem.

9 Sed dubitatur de hoc facto, Patroni sæpè præsentant vnum coram Episcopo, qui illum approbat, & acceptat; sed ipse præsentatus, numquam petit institutionem, fortasse ne arctetur sacros ordines suscipere, aut alium ob finē; dubitatur vtique an sit aliquod tēpus limitatū, intra quod debeant præsentati petere institutionem, ita vt eo lapso fiat deuolutio ad Episcopum, seu institutorem, & habeatur ac si nulla facta fuisset præsentatiō casus est frequens, & solutione dignus, & certè non adeò facilis est solutio, stante allegata *decis. 212.*
10 *de iurep. in nou.* quæ determinat, quod nullum ius astringit patronum ad petendum suum præsentatum admitti, & institui, sed sufficit præsentare idoneum realiter infrà tempus, licet eum superior non admittat, quia tempus præfixum est à iure præsentationi, sed
11 non confirmationi. † Et culpa superioris non debet nocere patronis *Rot. ibid.* vers. *culpa.* Seraphin. *decis. 1238. n. 7.* sed postquam reperi D. Paul. de Eleaz. *in clem. 1. de elect. apud Franc. vers. non obstat in c. quā sit 6. de elect. in 6.*
12 qui dicit † quod electio cōprehēdit præsentationē *c. quarelam de*
13 *elect. c. 2. & 3* de iurepatr. † siquidem qui præsentat disponit de beneficio, ad quod pręsentat sicut disponit ille, qui eligit *Hen. Boich.*
14 *n. 7. in c. nobis de iurep.* † & iura disponētia de elect. vt plurimū locū obtinent etiā in præsentationi-
15 bus vti videmus *de c. auaritia* † *de elect. in 6.* [per quod prohibentur electus administrare ante cōfirmationē nedum tanquā electū, sed ēt tanquā œconomū post ipsam electionē, & c. fi. tit. eo per quod decernitur vt in electionib. proponatur adictum], & huiusmodi, imo quāuis electio postulādi nō possit fieri hoc modo *eligo postulandum*; potest nihilominus fieri de præsentādo sic, *eligo præsentandum* Franc.
16 *in c. 1. de postul. prel. in 6.* † putaui proinde posse pro ista resolutione induci dispositionē *c. quā sit 6. de ele in 6.* per quod statuitur tēpus vnius mēsis electo ad cōsen-

tiendum; & trium mensium ad ob-
tinendum confirmationem, & re-
vera inueni postmodum Gemin.
in d.c. quam sit, & Lap. de Castil-
lionch. *in allegat. 8. vers. & hoc est*
n. 4. à quibus non dissentit Franc.
in d.c. quam sit circa fi. qui omnes
vno ore concludunt, quod termi-
nus datus electo *per d.c. quā sit* ex-
tenditur ad præsentatum, & habet
obseruantia vt not. *in d. c. quā sit.*
17 † Verùmtamen quia generali regu-
læ præualet specialis decisio, sata-
gebā anxius resolutionē in termi-
18 nis inuenire, † prout pro Dei gra-
tia post librorum reuolutionē oc-
currit *q. 36.* quam mouet, & soluit
D Rocch. de Curte *in suo tract. de*
iurep. in verb. honorificum. n. 67.
vbi supra Lap. *d. alleg.* 8. soluit, &
concludit, quod præsentatus tene-
tur institutionē petere iuxta dispo
sitionem *d. c. quā sit*, & eiusdē sen-
tentiæ ait esse Cald. *in cons. 17. de*
iurep. cui planè sententiæ subscri-
bere videtur Mandos. *in addit. ad*
d. alleg. 8. vers. quā sit lit. a 2. alle-
gās etiam pro hac opinione Lāb.
de iurep. lib. 2. p. 2. q. 5. artic. 6. & 2.
19 Et post hæc inueni thes. for. Ec-
cl. *in c. 18. n. 60.* vbi habetur quod si
Parochiales fuerint clericorum,
vel laicorum, seu clericorū, & lai-
corum simul, nisi præsentatus à pa
tronis infra tempus eisdem à iure
præfixum, præuio examine iuxta
formam eiusdem Concilij appro-
batus institui petatur, & institutio
vltra duos menses à die præsenta-
tionis facta fuerit, deuoluitur ad
Metropolitanum, vel ordinarium
viciniorem, aut ad S. Sedē, ad quē
maluerint patroni, qui recurren-
di pro institutione habent optio-
nem, ex Constit. Pij V. quæ incipit
in conferend. §. insuper circa fi-
20 *nem* † Ego tamen sic distingue-
rem, nimirum, vt si patroni præsen
tarint quidem in tempore, sed nū-
quam petierint præsentatum in-
stitui ex quacumque minus ratio-
nabili causa, tunc planè fiat deuo-
lutio, statim lapso termino *ad no-*
tat. per Thes. for. Eccl. vbi supra;
21 at verò † si patroni institerint
præsentatum institui, eo casu, ne-
dum nulla fiet deuolutio; quinimò
patroni erunt in libertate iterum
præsentandi alium intra aliud in-
tegrum quadrimestre, ita decidit
Rot. *in vna Mediol. Capellania*
15. Ianu. 1593. coram Illustriss.
Seraph. bo. mem. & est *decis.* 1007.
22 *n.* 2. † sufficit enim præsentationē
factam fuisse validam, & in tem-
pore per patronos, *Seraph. decis.*
1238. n. 2. & 3. Et si præsentatus
obtineret institutionem post ter-
minum præstitutum per superiorē
non valeret institutio *Anch. in d.*
c. quam sit ver. quaro si post lapsū
23 *n. 5.* † non enim potest cōualesce-
re confirmatio, siue institutio, quæ
tamquam accessoria ad præsenta-
tionē fuit à iure irritata *l. ex pu-*
pillari ff. de vid. & pup. etenim
quæ per iudicem geruntur post
tempus actuū limitatum à iure
non valent, *Anch. ibid.*
24 Sed non propterea dicendum
est quod si inualidè fiat confirma-
tio, censenda etiam sit annullata
electio, siue præsentatio, nam, vt
dictum est sufficit quod patronus
realiter præsentarit idoneum in
25 tempore. † quia vtile per inutile
non

26 non vitiatur, † *Seraph. dict. decis.* 1238. *n.* 7. imo valebit institutio obtenta etiam post tempus præfixum quando scienter facta fuisset per illum, qui aliàs suo iure conferre poterat, *gloss. fi. in d. cap. quam sit 6. de elect. in 6.*

27 Hinc dicendum est, quod quamuis appellatione *dispositionis* ve-
28 niat electio, & præsentatio, † quia hoc verbum habet latissimam significationem, & includit omnem modum prouidendi *Gonzal. in gloss.* 20. *num.* 1. *post Seluam de benefic. par.* 3. *quæst.* 1. *in fin. & dictum est hic n.* 13. *per Boich.* &
29 maximè † vbi præcedit verbum generale vt *quæcumque*, *& quauis* Imol. *in clem.* 1. *n.* 32. *de sup. neglig. Koebier. in reg.* 20. *de non impetr. benef. viuent. nu.* 8. *& seq.* Constitutio autem Piana reseruet *quamcumque collationem, prouisionem, institutionem, & omnimodam dispositionem*, non proinde dicendum est quod sub huiusmodi reseruatione cadat præsentatio, & fortasse hoc voluit intelligere Rot. *coram Illustris. Seraph. in illa Casalen. Parochialis superius allegata* dum *n.* 5. ait *non obstat quod quemadmodum fuit nulla institutio, ita etiam, & ipsa præsentatio ex quo bulla fœl. rec. Pij Quinti annullat omnes prouisiones non seruata forma Concilij factas quorum verborum appellatione venit præsentatio* gloss. in cap. fin. in verb. prouisionem de elect. in 6. *quia quicquid sit in illa materia tamen in casu isto non*
30 *potest venire præsentatio*, † *quia bulla, quæ venit in executionem Concilij loquitur retentis ijsdem terminis, & sic in prouisionibus Episcoporum, & aliorum inferiorum ordinariorum, & non de*
31 *patronis prasētātibus*, † *nec debet culpa Episc. nocere patronis*: Hæc
32 Rot. † nā ex inualida institutione nō inualidatur præsentatio *Rota*
33 *ibid.* imo potestas † superioris in cōferēdis beneficijs deuolutis modificatur, & regulatur secundum potestatem inferioris, ita vt non possit conferre ei, cui non potuis-
34 set inferior, † nam translationes de persona in personam fiunt cum suis causis, qualitatibus, & conditionibus *Anchar. in clem.* 1. *nu.* 6. *de supplenda negligentia prælat.*
35 *a Rota* † *in Eugubin. Præpositur coram fælic. recordat. Gregorio Decimoquinto decis.* 240. *nu.* 19. & sic si fundatio disponeret quod occurrēte vacatione beneficij patronus teneretur præsentare sacerdotem proximiorem ipsi fundatori si extet, alioquin clericum, & tempore vacationis adessent tantum clericus proximior, & sacerdos minus proximus; patronus autem nollet differre præsentationem per totum quadrimestre, sed vellet præsentare statim, habita notitia vacationis, quod potest facere, & re ipsa præsentaret dictum sacerdotem remotiorē, teneret præsentatio, & præsentatus deberet institui quamuis dictus clericus posset fieri, & re ipsa fieret sacerdos ante institutionē d. Sacerdotis *ita decisū fuit in Rot. coram Illustrissimo Seraph decis.* 389. *& dixi in prælud.* 7. *dub.* 21. *n.* 89. faciunt quæ tradit P. Lucas

Castellinus *in tract. de elect. rub. de vocan. ad elect. cap 8. n. 20. post Monet. de distrib. p. 2. n. 3. quem*
36 *pro hoc allegat*, † vbi dicit quod vocales non tenentur expectare eum, qui non est vocalis, quamuis possit intra tempus datum à iure ad eligendum consequi qualitatē ad essendum vocalem *per glos. in*
37 *cle. 2. de atat. & qualit. ord* † Nec obstat quod dixi *in d prael. 7. dub. 21. num. 89.* vbi quod vocatus ex fundatione potest se opponere re adhuc integra, quia æquiparetur presentato, nam respondetur quod hoc locum habet quando ab initio talis habuit qualitates requisitas sed fuit spretus, secus verò si non erat habilis tempore præsentationis; quia expedit Ecclesiæ vt beneficia diu non vacent.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Ecclesia Patronata laicorum non collata intra duos menses iuxta Constitut. Pij V. deuoluitur ad Papam.

1 Dubitatur 2. An Ecclesia iurispatronatus laicorum faciat deuolutionem ad Papā, si presentatus nō instituatur intra duos menses; ratio dubij est, quia in huiusmodi Ecclesijs, vt vidimus, non fit concursus, nec cadunt sub reseruationibus. Resolutio erit affirmatiua, per text. Constitutionis Pianæ, ibi, *nec non parochialium Ecclesiarum similium, quæ iurispatronatus Ecclesiastici, vel laicorum; &c.*

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Ecclesia patronata in qua præsentatus non petijt intra duos menses se institui nec fuit institutus deuoluitur ad Papam secus si petijt, & Episcopus fuit negligens, quia tunc datur optio patronis, & præsentatis adeundi Metropolitanum, vel S. Sedem.

1 Dubitatur 3. an in patronatis deuolutio fiat ad solum Papam, quippe quod huiusmodi ius ademptum non reperitur Metropolitanis per Constit. Pianam. Dicamus, quod si præsentatus non petit, intra duos menses, se institui nec instituatur, facit deuolutionem de directo ad summum Pontificem, & eius S. Sedem; at verò si petijt, sed Episcopus neglexit, vltrà duos menses, conferre, tunc datur optio patronis, & præsentatis adeundi Metropolitanum, vel S. Sedem, vt in d. Constitut. Piana vers. *collationem*.

REQVISITVM X.

De examine presentatorum ad patronatas Ecclesias.

SI Ecclesia vacans sit de iurepatronatus laicorum, Episcopus debebit examinare præsentatum, vel præsentatos, & non nisi idoneos admittere, nec opus

opus erit aliquod edictum proponere pro concursu; minus etiam poterit Episcopus admittere aliquos oppositores non præsentatos, sed peracto examine per examinatores Synodales, qui sint ad minus tres, debebit eligere digniorē, ex approbatis, vel si vnus tantū fuerit approbatus ex pluribus, vel etiam vnus tantum fuerit præsentatus, & idoneus repertus, debebit illum, & non alium instituere, nam in his casibus datur locus gratificationi.

Quod si non adessent tunc examinatores Synodales, poterit ordinarius alios tres deputare, & cum eis inire examen negligentia enim Episcopi non debet nocere patronis.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Examen non requiritur in simplicibus beneficijs collatiuis: secus in patronatis ad inferiores institutores spectantibus.

1 Dubitatur primò, an examen requiratur in simplicibus beneficijs; breuiter concludamus distinguendo, quod si beneficium est collatiuum, siue liberæ collationis tunc, siue collatio spectet ad Episcopum, siue etiam ad inferiorem,
2 examen non esse necessarium; † & ita declarauit Sac. Congreg Conc. *super cap. 17. sess. 7.* hisce verbis *Congregatio censuit dictam approbationem non requiri in simplicibus beneficijs, quorum colla-*
3 *tio pertinet ad inferiores,* † si verò sit iurispatronatus siue necessariæ institutionis, quamuis præsentatio alioquin spectaret ad ipsummet Episcopum etiam ratione sui Episcopatus, si tamen institutio pertineat ad inferiores, quantumuis iurisdictionem in clericos, vel beneficia conferenda habentes, tūc adeo est necessarium examen, vt si omittatur, institutio propterea sit penitus nulla, ex decisione einsdem Sac. Congregat. *sup. cap. 9. sess. 24. vers. ad hæc,* per hæc verba, *Adeo verum est quod in beneficijs iurispatronatus, examen ab Episcopo fieri debet, quod procedit, etiam si inferiores institutores haberent ordinariam iurisdictionem in clericos ad dicta beneficia præsentatos, & comprahenduntur Abbates, commendatarij, & quicumque inferiores qualibet exemptione muniti, etiamsi iurisdictionem haberent in locis beneficiorum, & ordinarij sint institutorum, vt in eos omnem iurisdictionem habeāt, alias irritam esse institutionem;* alias huiusmodi declarationes refert Garz. *de benef. par. 9. c. 3. n. 19.* [& ego dixi sup. *req. 5. dub. 5. n 3 & dub. 15 n. 4. & Præl. 3. d. 3 n. 26.* vbi dixi quando nā examen requiratur pro forma.
4 Si verò præsentatio & institutio simul spectaret ad Episc ordinariū quod potest conjungere, tunc exa-
5 men non esset de forma † Episc. tamen non posset vnico actu satisfacere præsentationi, & institutioni etenim deberet præcedere ædictū iuxta *c. fi. de elect. in 6.* cū termino cōpetenti *iuxta gl. ibid. in verbo competens.* & cū peremptorio alioquin institutio cum inde secutis nulla essent, vt fuit decisū per *Rot.*

in

in vna Gerund.benef.2.Dec.1605. *coram Illustriss.Sacrato* & ita intelligẽdi sunt D Beltr.*in annot.ad decis. Greg. XV. fol. rec.* 34. *n.*7. qui indistinctè loquitur, & Azor. *instit. mor. p.*2. *lib.*6. *c.*22. *quæst.*
6 *vlt.* † qui putat non esse opus examine, quia inquit eo ipso quod ab ordinario quis presentatur appro-
7 batus censetur, † sed hoc non est verum, quia cum Episcopus in aliena diœcesi sit quasi priuata
8 persona, † examen verò reijciatur ad cõscientiam ordinarij loci, cui melius exploratũ est, quæ idoneitas sit necessaria in loco, ideò videtur quod debeat fieri examen; non obstat dicta doctrina Azor, quia licet possit verificari in collatione vt ab eo prouisus censeatur approbatus per ipsam collationem, in præsentatione tamen
9 non sic, † quia, vt dictum est, necessarium est ędictũ cum termino competenti, ita vt institutio sine edicto sit nulla, vt dixi superius *n.*5. ac propterea non potest vnico actu expediri.]

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Exarantur casus in quibus Concil. Trid. disponit circa collationes beneficiorum, & beneficia, quæ contra formam Concil. conferuntur sunt reseruata per regulam primam Cancellariæ.

1 Dubitatur secũdò, an ob omissionem examinis, vel formæ Conc. reseruentur beneficia, stante reg. 1. relata *reg.* 1. *d.*10. *n.*39. per quam reseruantur ea beneficia, de quibus per ordinarios, aut alios collatores, contra formã decretorum Concil. Trid. dispositum fuerit, Io. à Kochier *super d.reg.n.*10. & nouissimè D. Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 57. *n.* 80. extensiuè recensent casus, siue locos Conc. Trident.

2 Et primò *c.* 13. *sess.*7. per quod disponitur, vt collatio Parochialis Ecclesiæ non fiat minori 25. ann.

3 Secundò *cap.* 4. *sess.* 22. vbi decernitur ne prouideatur de dignitate, officio, præbenda, vel patronatu certa onera annexa habentibus; nisi ijs, qui ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoscuntur.

4 Tertiò *cap.* 6. *sess.* 23. per quod cauetur vt nullum beneficium, etiam simplex conferatur minori 14. ann. & prima saltem tonsura non initiato.

5 Quartò *cap.* 18. vers. de cætero *sess.* 23. in quo decernitur vt Scolastriæ non conferantur nisi Doctoribus, aut Licentiatis.

6 Quintò *c.*12. *sess.* 24. vbi statuitur vt Archid. conferatur Doctori, vel Licentiato; & item vt dignitates, & Canonicatus prouideantur nisi ijs, qui eo ordine sacro initiati sunt, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, vel saltem in tali ætate constituti sint, vt valeant initiari intra annum.

7 Sextò *c.* 8. *sess.* 24. vbi decernit sancta Synodus vt præbenda pęnitentiariæ conferatur Doctori existenti in ætate 40. ann.

8 Septimò *cap.*15. *sess.*25. vbi prohibet conferri filijs illegitimis clericorum beneficia in ijs Ecclesijs, in

in quibus eorum patres habent, vel habuerũt beneficium aliquod.

9 Sed non recenset dispositionem *cap. 13. sess. 7.* nec *cap. 9. sess. 25.* quatenus disponit de examine, quocirca videtur quod Reg. 1. non compræhendat beneficia iurispatronatus; nam vt vidimus, non compræhenduntur in reseruationibus, etiamsi sint generales, & in corpore iuris clausæ, & etiamsi in reseruatione adsint illa verba, *ad cuiuscumque collationem, prouisionem, præsentationem, & quamuis aliam dispositionem*, & etiam *motu proprio*, *cap.* tamen 18. *sess.* 24. includit etiam beneficia iurispatronat. ex sæpius allegat. const. Pij V. *in conferendis, vers. necnon parochialia*. [His addo Garziam

10 *de benef. p. 5. cap. 1. n.* 209. † vbi dicit quod ista regula non videtur habere locũ in beneficijs, de quibus patroni disposuerint contra Conc. etiam secuta institutione per ordinariũ, quippequę huiusmodi reseruatio est inducta in odium ordinariorum disponentium contra decreta Conc. minus etiam recenset dispositionem *cap.* 17. *de reform. sess.* 24. vbi quod ordinarius non conferat vltra duo, de quo dixi superius *req.* 7. *dub.* 16.]

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Episcopus non potest denuò subijcere examini eum pro simplici beneficio, quem iam examinauerat pro sacro ordine.

1 Dubitatur tertiò, an in beneficijs iurispatronatus possit Episcopus denuò examinare præsentatum; ratio huius dubitationis desumitur *ex decis.* 367. *par.* 2. *Caputaq.* vbi resolutum fuit, quod Episcopus non potest denuo subijcere examini pro simplici beneficio illum, quem iam examinauerat pro ordinis sacri promotione, † Garz. *par.* 9. *cap.* 3. *n.* 15. *de benef.* tenet quod examen non possit omitti quantumuis pręsentatus sit notoriè idoneus, ea ratione, quia requiratur huiusmodi examen pro forma, iuxta declarationem allatam *sup. dub.* 1. *n.* 3. *huius req.* † ad quod facit declaratio Sac. Congr. in hæc verba, *In illis Ecclesijs, in quibus, occurrente vacatione Canonicatus, ad illum præsentari debeat, & ab inferiori institui antiquior portionarius; ad portionem antiquior beneficiarius; ad beneficium antiquior expectans, censuit Congregatio, non sufficere aliquem examinatum, & approbatum fuisse ab Episcopo, quando admissus fuit ad expectãdum, iuxta dispositionem huius decreti, sed necessariũ esse in quolibet ascensu nouum examen*; & iuxta hanc declarationem, iudicauit Rot. *in vna Calaguritana iuris ascendendi*. 28. *Iunij* 1599. *coram Illustriss. Seraph.* quæ est illius

2

3

4 *decis.* 1323. † Decisio verò Caputaquen. procedere potest in præsentatis à patronis, quando institutio spectat ad ipsummet Episcopum, per ea, quæ tradit Garzia *vbi supra*, & ego dixi iam *sup. dub.* 1. *huius requisiti. & Prel.* 3. *dub.* 3. *num.* 10.

DV-

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Sacerdos, vel in sacris constitutus si prouideatur in forma dignum *non est examinandus quando habet ordinem requisitum beneficio impetrato, nec afficit clausula* si fuerit idoneus.

1 Dvbitatur quartò, An sacerdos, vel aliàs sacris initiatus, si prouideatur in forma *Dignum*, sit examinandus si habeat ordinem ad huiusmodi beneficium requisitum: Ratio dubitationis est, quia in huiusmodi prouisionibus consueuit apponi clausula, *si per diligentem examinationem illum idoneum esse repereris*. Garz. *de*
2 *benef. p.6. c.2. n* 234. † refert declarationes Sacr. Congreg. *super cap.* 12. *sess.* 24. *Conc. Trid.* per quas liquidò apparet, quod non sunt examinãdi, nec piget eas huc
3 referre: prima igitur ait. † *Qui iam Sacerdos est, & prouisus per Sedem Apostolicam in forma* Dignum, *de Canonicatu, super literatura; seu idoneitate scientiæ examinandus non est ab ordinario, & idem de quocunque alio ordine sacro illi Canonicatui requisito*. Alia sic decidit. *Sacra Congregatio, censuit, in ijs qui Diaconi, vel Subdiaconi, aut Presbyteri sunt, petuntq. admitti in Cathedralis Ecclesiæ Canonicatu, qui eum ordinem sacrum, quem ipsi habeant; requirit sibi in forma* Dignum *collato, opus non esse examinare, quoad explorandum*
4 *literaturam pertinet*; † *eos verò qui sacros ordines nondum susceperunt examinandos esse, an illa habeant adiumẽta Doctrinæ, quæ ex præscripto Conc. Trident. necessaria sunt illi sacro ordini, qui Canonicatui, quem consequi volunt erit annexus*. facit *c. accepi-*
5 *mus. de ætat. & qualit.* † ratio esse potest, quia prima facie vnusquisque prouisus præsumitur idoneus nisi in contrarium aliud ostenda-
6 tur, † nec eum afficit clausula *si fuerit idoneus*, clarus est tex. *in*
7 *cap. fin. de præsumpt.* † [Hoc tamen limitandum puto in prouisis de parochialibus, quia quãtumuis sit Sacerdos, & alioqui idoneus debet tamen examinari, *Garzia p.6. cap.* 2. *n.*266. *& seq.* quinimò si ante examen caperet possessionem inficeretur talis possessio *Rot. coram Greg. XV. decis.* 241. *n.*3. *in causa Mutinen. Canonicatus.* 4. *Decembris* 1609. *vide, quæ dixi*
8 *Prælud.*3. *dub.*3. *n.*26. † etenim in parochialibus examen requiritur de necessitate, & pro forma. *Barbosa alleg.*60. *num.*87. *& ego expressius supra req.*5. *d.*15. *n.*3.
9 Item in præsentatis instituendis ab inferioribus, vt dixi *hic dub.*1. *in fine*.
10 Item in prouisis de dignitate, etiam sine cura, vel de Canonicatu in Cathedrali, vel Collegiata, in quibus requiritur industria, vel consilium *Gonz. glos.*4. *n.*101.]

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Traditur latè quæ scientia requiratur in quolibet prouiso.

1 VIdimus quandonam debeat prouisus examinari, nūc occurrit dubium, quænam scientia requiratur in quolibet prouiso vt valeant examinatores diiudicare, an sint idonei. Nō potest certa regula super hoc præscribi ac proinde refero, quæ colligi potuerunt ex Doctoribus: Dicamus igitur quod aut prouisio facta est de dignitate maiori post Pontificalem in Cathedralibus, vel saltem principali in collegiatis: aut certè facta est de alia dignitate, vel Canonicatu in Cathedrali, vel Collegiata: aut item facta est de parochiali Ecclesia, vel de simplici be-
2 neficio. † Si itaque prouisio sit de maiori post Pōtificalem, quamuis certum examen nullibi eis sit præscriptum; nihilominus quia in ea requiritur gradus, seu Doctoratus, *Concil. Trid. sess.24. cap.12.* quod etiam colligitur, ex decreto in huiusmodi prouisionibus apponi consueto, per quod decernitur, *vt huiusmodi prouisi gradū assumere teneantur, aliàs dignitas ipsa, eo ipso, vacare censeatur*, videtur quod cum eis rigorosius examen ineundum sit.

3 In alijs dignitatibus autem, & Canonicatibus Cathedralium, ex quo huiusmodi Canonici dicuntur de corpore Episcopi, & dātur ei in cōsultores, suntq. clerici primi ordinis, quos scientia rutiles facere debet *D. Barbosa de potest. Episc. allegat.6.n.69. p.3.* & sunt capaces Apostolicæ delegationis *c. statutum. de rescript. in 6. cum ibi notatis*, videtur quod in eis requiratur scientia plusquam mediocris, limitādum tamē est in Scolastrijs, & Pœnitentiarijs, quæ non possunt conferri nisi Doctoribus *Concil. Trident. sess.23. cap.18. Garz. cap.7. num.34. & 49.*

4 In Dignitatibus item, & Canonicatibus Collegiatarū, si animarum curam iunctam non habent, ex quo residentię oneri sunt obstricti, sufficit vt habeant maiorem scientiam, quam requiratur in simplici beneficio, vt inquam valeant præstare ea, quæ Dignitas, aut Canonicatus requirunt. *D. Barbosa loco citato*; si verò curam habeant animarum, tunc idem dicendum erit quod de Parochis.

5 Parochi ergo habere debent maiorem scientiam, quam Canonici, & Dignitates Cathedralium; tenētur enim scire discernere per certas regulas peccata mortalia à venialibus, & inter mortalia, quænam sint restitutioni obnoxia, & quæ non; ac vim, & virtutē Sacramentorū explanare, & ritus administrandi Sacramenta, etenim suscipiunt onus Angelicis humeris formidandum vt inquit D. Greg.

6 In simplici tandem beneficio, ea dicetur sufficiens scientia, si prouisus sciat Canonicas horas recitare, & habeat illam scientiam, quam Sac. Trid. Conc. *sess.23. c.4. & 5. de refor.* requirit in promouendo ad primam clericalem tonsuram, seu potius ad minores ordines suscipiendos; nimirum, vt sciat rudimenta fidei, ac legere, & scribere, aut ad summum intelligat linguam latinam *D. Barbosa d. al-*
7 *leg.60.n.72.* † [*Rot in Calagurit.*
¶ *benef. de Cenura.8.Febr.1591.corā*
Penia

Penia, seu decis. 625. n. 4. apud Farinac. in nou. nouiss. vbi quod sufficit vt sciat legere, cantare, & grammaticaliter construere, & officium diuinum recitare *glos. in Clem. 1. verb. reputamus. de concess. praebend. c. 1. & c. dolentes. de celebr. miss.*]

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Archidiaconus, qui non habet iurisdictionem, nō debet necessariò esse doctor, traditur latè in quibus beneficijs requiratur gradus doctoratus, seu licentiaturae, & an sufficiat vt sit quoquomodo sumptus.

1 DIximus supra *dub. 2. huius requisiti*, quod Archidiaconatus debet conferri doctori, sic disponente Sac. Trident. Concil. *sess. 24. c. 12. de reform.* modo dubitatur an in dignitatibus collegiatarum, saltem illarum, quae sunt insignes, requiratur qualitas Do-
2 ctoratus. † D. Augustinus Barbosa *de potest. Episc. allegat. 60. n. 63. p. 3.* dicit quod nō est necessarium vt prouidendi sint Doctores, vel licentiati si quando sint promouēdi, vel assumendi ad aliquam dignitatem, vel Canonicatum in Cathedrali, aut insigni Collegiata;
3 nam † Concilium, inquit, quando loquitur de dignitatibus, *d. c. 12. sess. 24.* hortatur dumtaxat, non autem praecipit vt dignitates Doctoribus, vel Licentiatis conferantur. Dicamus igitur quod si Archidiaconatus sit in Ecclesia Cathedrali cū iurisdictione, vel cura animarum annexa, tūc, siue sit prima dignitas post Pontificalem, siue non, arctabitur huiusmodi Archid. ad doctoratus gradum suscipiendum, quod planè annuit à cōtrario sensu declara. Sac. Congr. quas vidi in manuscript. Illustriss. D. mei Episc. Parauicini *in vna Abulen.* in haec verba. *Archidiaconi, qui non habent curam animarum, vel iurisdictionem, non comprehenduntur hoc decreto vt sint Doctores, vel Licentiati*; & in alia Legionen. resolutum fuit.
4 *Quod † Archidiaconi sint Doctores, vel Licentiati, debet intelligi de illis, qui re vera exercent officium Archid. secus si tantum nomine*, aliae referuntur per D. Garziam *de benef. p. 7. c. 7. num. 41.* & praecipuè vna, quae sic ait *Congregat. censuit decretum Concil.* sess. 24. c 12. *vers.* Archid. *intelligi, de illis Archid. qui ea munera exercent, quae de iure communi Archid. debent exercere, alias enim Archid. non est ille Episc. oculus de quo Concil. statuit.* 19. Decembris 1570. & alia sic ait, *Congreg. censuit eos Archid. qui verè carent cura animarum, & omni prorsus iurisdictione, & qui praeter primū locum in capitulo, & stallū in choro, sunt sicut caeteri Canonici, & portionarij, non comprehendi decreto Concil.* sess. 24. cap. 12. vers. *Archidiaconi*, quod etiam firmauerat Nauar. *in*
5 *manual. cap. 25. n. 135.* † vbi etiam notat, nō sufficere quoad hoc Doctoratum, vel Licentiaturam iuris ciuilis, vel medicinae, vel artium, quod seruat curia, teste Garzia *vbi*

6 *vbi sup. n.* 37. † quinimò nec etiam sufficit gradus iuris Canonici, vel in Theologia, quando promotus non esset in publico Gymnasio, optimus huius vltimi dicti testis est Zechus, *de repub. Ecclesiast. c.* 14. *de Canonicis. n.* 3. *ver.* 2. quem refert ibi Garz. *n.* 40. fundans se super declarat. Sac. Congreg. quæ respondit *Arebid. si habent iurisdictionem contentiosam, tunc debere esse doctores, & tunc debere esse promotos in publico Gymnasio, aliàs gradus eis non suffragari*, ex bull. 59. Pij V. quæ quidem const. reuocat, cassat, & annullat perpetuò omnia, & singula Indulta, & facultates Comitibus Palatinis, & quibusuis officialium Romanæ Curiæ Collegijs, singulisq. alijs personis cuiuscumque status, gradus, ordinis & præeminentię existentibus ad doctoratus, licentiaturæ, & magisterij gradum promouendi, per quoscumque Rom. Pont. & Sedem Apostolicam etiam motu proprio, scientia, & potestatis plenitudine quomodolibet concessa, confirmata, & innouata, cum clausula, *quorum tenores &c.* & inhærendo decretis Sac. Concil. Trid. decernit, & declarat eos qui à comitibus, & alijs præfatis promoti fuerunt, quoad dignitates, cæteraq. beneficia Ecclesiastica, nulla gradus prærogatiua frui, & gaudere posse, vel debere, cum decreto irritante &c. & cum clausula derogatoria; id quod etiam antea vetuerat fel. rec. Iulius III. in sua const. 20. quæ incipit *Cum sicut* ea ratione, quia plura absurda sequebantur, & clerus replebatur indoctis, multis aspirātibus ob priuilegia graduatorum, beneficia assequi: & cum plures magistratus, ex consuetudinibus, & statutis locorum, per iuris Doctores debeant exerceri, plures indocti, qui sub prætextu quod in aliqua vniuersitate studij generalis, operam dando, in tantum profecerint, quod idonei existant, licentiam à Sede Apostolica extorquebant, vt ab aliquo Prælato, seu persona in dignitate Ecclesiastica constituta, etiam de proprijs extorquēdo, insignia Doctoratus in Romana Curia suscipere valerent, huiusmodi licentiæ prætextu, examine ad id requisito, & alijs necessarijs desuper minimè adhibitis, contra Sac. Can. statuta, & iuris dispositionem, in ipsius Doctoralis dignitatis opprobrium, se ad illius gradum faciebant promoueri, & sic Doctorati sæpè huiusmodi magistratus adipiscebantur cum iustitię supremo detrimento, & sic bonis etiam & industrijs, literatisq. Doctoribus animus concidebat, cum pariter doctis, & indoctis gradus pateret dignitatis; iamq. ex præmissis vilescebat in populo Doctoralis dignitas: Idcirco prælibatus Sanctiss. Pont. decreuit neminem de cætero Doctorem in Vrbe creari posse, nisi à Collegio DD. Aduocatorum Consistorialium, irritando, & inanes declarando doctorum creationes ab alijs faciendas, ita vt nemini suffragentur, & aliter ad huiusmodi Doctoratus gradum assumpti pro non Doctoribus habeantur.

Illud

7 Illud tamen prætereundum non est quod obseruat D. Barbosa *vbi sup.* quod si Archid. non faceret mentionem in literis de qualitate iurisdictionis, & curæ sibi incumbentis ratione ipsius Archid. quãdo ipse Archid. non est prima dignitas post Pontificalem, gratia esset subreptitia propter taciturnitatem huiusmodi qualitatis, nam Papa si intelligeret Archid. non esse primam dignitatẽ post Pont. non iniungeret susceptionem gradus doctoratus, cessante tamen qualitate curæ, vel iurisdictionis, nam vt vidimus supra, & pluries fuit per Sac. Congreg. Concil. declaratum, *Non præcipere Concilium, sed hortari* cap. 12. sess. 24. *vt dignitates omnes, & saltem dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus Ecclesijs, & Collegiatis insignibus conferãtur Magistris, vel Doctoribus aut Licentiatis*; & claram refert Garzia *d. p. 7. c. 7. n. 45.* declarat. ipsius Congr. his verbis. *Quod dignitates & Canonicatus in Cathedrali dentur tantum Graduatis non est inducẽdum ex necessitate, nec per Conc. Prouinc. id statui potest.* cuius tamen susceptio gradus omnino præciperetur si huiusmodi qualitatis fieret expressio. Quod autem dixi de Archidiac. intelligo etiam de quacumque alia Dignitate prima post Pontificalem iurisdictionem aut curam habente in Cathedralibus, cuius ampliationis idonei testes erunt D. Barbosa *d. alleg. 60. n. 60.* cum alijs, quos ibi cumulat.

8 Sed non propterea per hoc firmo quod in reliquis Dignitatibus, vel Canonicatibus existentibus in Cathedralibus etiamsi curam habeant animarum, vt in hac Alexãdrina in Archipresbyter. sit necessarius huiusmodi gradus, vel licentiatura: prout nec item assererem de dignitatibus principalibus in Collegiatis exemptis, quibus ordinaria iurisdictio cum omnibus iuribus quasi Episc. competit, vt necessariò conferri debeãt Licentiato, vel Doctori, vt principalis dignitas in Cathedrali, etenim S. Congr. 12. *Decembr.* 1585. teste Garz. *d. p. 7. c. 7. n. 33. de benef.* sic censuit. *Non esse necessarium quia nullibi cauetur hoc esse necessarium, & Concilium quando loquitur de Dignitatibus* cap. 12. sess. 24. *hortatur vt conferantur Doctoribus, non præcipit*; ad quod etiam facit alia declaratio, quam affert idem Garz. *d. tract. par. 5. cap. 7. n. 20.* in hæc verba *An extendatur ad Ecclesiam Collegiatam, defuncto eius Prælato, qui ordinariam iurisdictionem, & omnia iura Episcopalia habeat, decr. Conc.* sess. 24. c. 16. *Congregatio cẽsuit negatiuè, quia si non est necesse vt hic Prælatus mortuus sit doctor, vt dictum est aliàs die 12. Septembris 1585. ergo neque Vicarius.*

9 † Inoleuit tamen stylus Romanæ Apostolicæ Cancellariæ, vt in prouisionibus, quæ fiũt de principalibus dignitatibus collegiatarũ, apponatur decretũ, vt prouisi intra certum tempus assumere teneantur gradum doctoratus, aliàs dignitas ipsa eo ipso vacet, & vacare censeatur, vt vidi in

in prouisione facta de Præpositura Collegiatæ Ecclesię Sancti Perpetui oppidi Solerij, in personam D. Camilli Vilauecchię coopidani mei: At aliqui ad euitandum huiusmodi decretum adinuenerunt optimam cautelam, quam idem stylus approbauit, & obseruat, vt in supplicatione, inquam, dicant vt sibi prouideatur de tali Archipresbyteratu talis Ecclesiæ Collegiatæ, non tamen insignis, qua planè expressione qualitatis non insignitatis sic facta, Cancellaria non apponit decretum de sumendo gradu, & ita vidi practicari in prouisione facta de Archipresbyteratu Collegiatæ S. Mariæ ad Niues huius Ciuitatis, in personam quondam Annibal. Maluicini.

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Concilium Prouinciale non potest imponere onus vt dignitas non conferatur nisi doctori.

1 POstquam vidimus in quibus dignitatibus requiratur gradus doctoratus; occurrit dubium, An Conc. Prouinc. posſit imponere onus dignitatibus, vt quis nisi graduatus nō posſit eas obtinere sine Sedis Apostolicæ auctoritate. Tollitur hoc dubium per Sac. Congregationem in vna declaratione, quam refert Garz. *de benef., p. 7. cap. 7. n. 45.* in hæc verba, ***Synodo Prouinc. non licet imponere onus dignitatibus, quod quis nisi graduatus non posſit eas obtinere sine Sedis Apostolicæ auctoritate.*** ad quod facit etiam declaratio quam adduxi iam ***in antecedenti dubio***, quam ibi possumus videre.

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Gradus sumptus etiam contra statuta Academiæ valet sed potest rescindi per Iudicis sententiam.

1 NOn incongruè submittere puto aliud dubium; nimirum, An sufficiat gradus receptus contra statuta, aut consuetudines Academiæ, vt puta, quia falsò quis probauit cursus necessarios, vel descriptionem in matricula, aut non fuit seruata forma præscripta
2 in examine, seu aliàs. † Garz. *de benef. p. 7. c. 7. num. fi.* excitat hoc dubium, & refert, Azor. tenere, quod sufficiat, & quod valeat in eo adeptio Episcopatus, si promotio ad gradum Doctoris non fuit ipso iure irrita, quamuis Iudicis sententia rescindi potuerit, quod si
3 ipso iure irrita sit, † vti planè esset, secundum ipsum Garziam, quando promotus non habet requisita ad gradum, seu non seruatur forma; adeptio Episcopatus, seu aliorum beneficiorum illum gradum requi-
4 rentium, inanis est, & irrita. † idem putat quando ad gradum promotio est nulla ob non factam professionem fidei, iuxta constit. Pij V.
5 112. † nam iura requirentia gradum debent intelligi de valido *l. si se non obtulit. §. condemnatum. 4. ff. de re iud.* & paria sunt non habere gradum, vel illum habe-

re sed nullum, & inualidum *l. qui mortui.129.ff. de verb.signif.* vbi quod mortuum nasci & nunquam procreatum, nec natum esse, paria sunt, quia liberi appellari nunquam poterunt.

6 Notandum tamen est, quod si quis impetraret dignitatem, quæ nullum gradum requirit, & impetrans narrat se esse graduatũ, sufficiet verificare gradum de facto, *Caputaq. decis.277.in fi. par.1. &*

7 *219. n. 5. p. 3.* † nam regulariter sufficit per impetrantem narratiuam verificari de facto, & non de iure. *Bellam.decis.116.in fin. Caputaq. decis.55. & 57. lib.2. in manuscript.* latè Garz. *de benef. p. 6. c. 2. n.205.*

DVBIVM NONVM.

ARGVMENTVM.

Gradus requisitus ad aliquam dignitatem sufficit vt sit sumptus, quamuis non habeatur competēs, & necessaria scientia.

1 Dubitatur tandem, in materia scientiæ requisitę in beneficijs requirētibus gradum, sufficiat gradus sine competente sciētia vt nihilominus valeat adeptio, & impetratio huiusmodi dignitatis, & beneficij. Garz. *de benef. p.7. c.7. n.* 50. hoc dubium mouet, & illud resoluit affirmatiuè, quia, inquit, re vera iste est graduatus licet indignè, & sic gaudet priuilegijs graduatorum, vt tenet Aret. *in c. clerici.8.de iudic. & ibi Felin. n.2. & 3. & in rubr. de maior.& obed. num.4. cum alijs ibi citatis;* per Garziam ibi.

DVBIVM DECIMVM.

ARGVMENTVM.

Vbi non adsunt Examinatores Synodales Episcopus alios deputat pro examine præsentatorum ad beneficia patronata, quia non debet nocere patronis.

1 Dubitatur decimò, An dispositio Concilij, *sess.24. c.18. de refor.* locum habeat in beneficijs iurispatronatus quando nulli adsunt examinatores Synodales, Garzia *de benef. p.9. c.2. num.94. post Paris. de resignat. lib.7. q.5. n.20.* tenet quod si non sunt Examinatores Synodales, poterit fieri examen coram alijs Examinatoribus ab Episcopo deputatis, ea potissimũ ratione, quia vbi forma à lege inducta seruari non potest, sufficit vt fiat actus eo modo, quo potest: & quamuis Episcopus non excusetur ab obseruatione formæ præscriptæ pro examine in ijs beneficijs, quæ competunt suæ collatio-

2 ni, † attamen, in beneficijs iurispatronatus, non debent nocere patronis pro quo adducit decis. Rot. *in vna Casalen. Parochialis. 5. Nouembr. 1597. coram bo. mem. Illustriss. Card. Seraph.* quæ est *decis.1238. & aliam coram Robusterio.14. Octobr.1589.* facit *cap. si confirmatione.39.de elect. in 6. & ibi not. per DD.*

DVBIVM XI.

ARGVMENTVM.

Ostenditur quæ sit legitima ætas cuiusque beneficiandi.

Quia

1 QVia in præficiendis in beneficijs non solum requiritur scientia, sed etiam ætas *tot. tit. de ætat. & qualit. in decretal. & 6.* ideo hic occurrit dubitare, quænã ætas requiratur in præficiendis Ecclesijs Parochialibus, & alijs beneficijs. Leonard. Less. *de iust. & iur. c.34. dub.20. n.107.* Abb. *in c. præterea. 5. de ætat. & qualit.* Imol. *in cap. cum in cunctis. 7. de elect.* Boich. *n.2. in c. super inordinata. 35. de præbend.* Anchar. & Franc. *in cap. 1. de ætat. & qual. in 6.* post alios, latè tractant de
2 hac ætate; † Verumtamen quia, appellatione beneficij venit etiam Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Primatus, Archiepiscopa-
3 tus, & Episcopatus, † quæ sunt dignitates sublimes *Flam. Parisi. de resignat. lib.3. q.1. n.5. 33. & 38.*
4 *cum seq.* † necnon, & aliæ inferiores Dignitates, quales sunt Abbatia, Archidiaconatus, & huiusmodi, & pariter Canonicatus, portionatus, & præstimonia, ac denique Clericatus, Capellania, & cætera quæuis simplicia beneficia; *Paris. d. tract. lib.3. q.1. n.15.* ideo prolixius fortasse agendum erit.

Cæterum ne diutius immoremur. Dicamus quod in Papatu, nulla reperitur in iure statuta
5 ætas; † attamen quia Romanus Pontifex Christi Vicarius, & Petri successor est, *c.3. dist.99.* Extrau. *Vnam sanctam. 1. de maior. &*
6 *obed. inter communes*, † habetq. non solum vniuersalis Ecclesiæ regimen, & curã *c. in nouo. 21. dist. c. sacrosancta. 22. dist. c. in illis. 80.*
7 *dist.* † sed etiam ei subdita est omnis creatura, *d. Extrau. Vnam sanctam*, cum summa iurisdictione, etiam in infideles *addit. ad In-*
8 *noc. in c.1. num.1. de constit.* † ac proinde facit ante se deferre Crucem, non autem pastoralem, & incuruatũ baculum, vt assolent alij Episcopi propter summam suã potestatem, nullis finibus circũscriptam, *glos. in cap.1. dist.23.* Anast. Germon. *de sacr. immunit. lib.3. c.5. n.110.* & de Indult. Card. *§. Epi-*
9 *scopus. n.23.* † & etiam vocat se Episcopum *glos. in proœm. Sexti*, verbo, *Episc.* concludere tuto possumus vt nequeat assumi ad Sũmi Pontificatus apicem minor 30. an-
10 norum ætate; † quæ planè ætas necessaria est in promouendo ad Episcopatum, *d. c. cum in cunctis, & ibi Doct. 7. de elect.*

11 In Cardinalatu autem, qui hodie in Ecclesia Dei maior est di-
12 gnitas, post Papalem, † siquidem Cardinales sunt pars corporis, & membra ipsius Papæ *Thes. for. Ec-*
13 *cles. c.2. n.2.* † & celsitudo Cardinalatus comparatur regiæ dignitati, *Sixtus V. in constit. 50.* quæ incipit *postquam verus*, in princi-
14 pio, *& §. præterea*, † imò Cardinales repræsentant personas Sanctorum Apostolorum, & sunt consiliarij & coadiutores Papæ *c. per venerabilem.* vers. *sunt autem Sacerdotes. 13. qui fil. sint legit. c. fun-*
15 *damenta. 17. de elect. in 6.* † iure meritò Sac. Conc. Trid. *sess. 24. c.1. de refor.* vers. *ea verò*, statuit, vt eã omnia, & singula, quæ de Episcoporum præficiendorũ vita, ætate, doctrina, & cęteris qualitatibus, in eadem Synodo alias constituta

sunt, etiã in creatione S.R.E. Cardinalium, etiãsi Diaconi sint, exi-
16 gantur, † ac propterea necessaria erit ętas 30. annorum stante dispositione eiusdem Conc. *sess.7.c.1.de refor.* vbi decernit vt nullus assumatur ad regimen Cathedralium, nisi iuxta constit Alex.III. quæ incipit *in cunctis, & habetur* extra *c.7. de elect.* quod etiam obseruat Illustrifs.bo.mem.Card.Palæotus, *de sac. consist. consultat. p.4. q.1.*
17 ver. *quoad ætatem*; † quamuis de Diaconis, fęl.rec.Sixt.V. *d. const. §.neque post* sanxerit quod nullus in Diaconum Card. assumatur, nisi saltẽ in 22. suæ ætatis anno fuerit cõstitutus, ita vt omnino intrà annum ad Sac. Diaconatus ordinem
18 valeat, & debeat promoueri, † & aliquando teste ipso Illustrifs. Palæotto, vbi supra adlecti fuerunt in Sac. Consistorio aliqui huiusmodi annorum curriculo inferiores, qui tamen moribus, & ingenio ętatem antecedentes magnum sacro illi Collegio ornamentum attulerunt. Sed sanè, inquit, D. Illustrifs. ille, vacaret, vt Canones Concilia, & Pontificiæ constitutiones, circa hoc, seruarentur, atque omnino ea auctoritas, & existimatio, quæ Sacro Illustrisimorum Cardinalium Collegio, ex annorum maturitate, acquiri solet, in eo conseruetur, & amplificetur, dum norint sapiẽter respõdere ad res propositas in Sacro Consistorio, quæ vt plurimum, magnam in deliberando maturitatem, rerumq. vsum exposcunt, quarum adolescentia expers esse solet. *Illustrifs. Palæot. d. tract. p.3. q.4.* vers. *atqui*.

19 In Episcopatu expressè, in iure, cautum est, vt nullus de cętero eligatur in Episcopum, nisi qui iam trigesimum annum peregerit, *d. c. cum in cunctis. 7. de elect.* Concil. Trid. *d. sess.7. c.1. & sess.22.c.2.de*
20 *refor.* † & quod dicitur de Episcopo, concluditur etiam de Patriarcha, Primate, & Archiepiscopo, nam quamuis nomine, & iurisdictione inter se differant, in officio tamen conueniunt, quia idem est, *99. dist. c.1. Thes. for. Eccles. c.2.*
21 *n.29.* † quippequi ordo Episcopalis est quadripartitus, nimirum in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos, *cap. cleros. §. ordo verò. 21. dist. c. 1. §. fin. de stat. regul. in 6.* Concil. Trid. *sess.23. c.1. vers. ne vero.*
22 In Abbatia nusquam certo iure definitam, expressamque reperiri ætatem tradit Alphons. Hoyeda *de incompatibil. benef. c.24. n.11. p.1.* vbi dicit *cap. indemnitatibus. 43. de elect. in 6.* per quod probatur requiri ætatem 30. annorum in Abbatissa, monialium curam gerente, non posse à simili per argumentum porrigi, & extendi ad
23 Abbatem, † nam vt ait I.C. exemplo turpissimum est fœminino vocabulo etiam masculos contineri, *l. si ita scriptum. 46. ff. de legat.2.* quocirca concludit, cum Abb. *in d. c. cũ in cunctis. 7. de elect. in princ. & §. inferiora & in c. super inordinata. 35. de preb.* Card. Flor. *in Clem. generalem. 3. de ætat. & qualit.* Fel. *in c. cum vigesimum. 41. de off. delegat.* & Ioan. Selua *de benef. par. 3. quæst. 5. num. 15.* attestante de communi, quod in Ab-

Abbate sufficit ætas 25. annorum, cui sententię subscribit Nic. Garz. *de benef. p. 7. c. 4. n. 41.* vbi etiam pro hoc allegat Io. Coras. *de benef. p. 3. c. 3. num. 7.* quibus addo Boich. *n. 2. in d. cap. super inordinata. 35. de præb.* idem tenentem.

24 In alijs inferioribus Dignitatibus distinguendum est; vel enim habent annexam curam aimarū, & tunc, tum ex veteri iure *d. c. cum in cunctis. §. inferiora. 7. de elect.* tum ex nouissimo iure Sac. Conc. Trid. *sess. 24. c. 12. de refor.* ver. *nemo igitur*, necessaria est ætas 25. ann. vt inquam, saltem vigesimumquintum suæ ætatis annum attingat: aut nulla eis subest cura animarum, & tunc, ex eodem Concil. *sess. & c. supracitatis*, vers. *ad cæteras*, adsciſci non poterunt minores ætate 22. annorum, in quo planè discordat Conc. Trid. à iure communi, *in d. c. cum in cunctis. §. inferiora. 7. de elect.* vbi requiritur eadem ætas, quæ in curatis, *Paris. de resignat. lib. 4. quæst. 11. n. 14.* Garz. *d. p. 7. c. 4. n. 56.*

25 In Canonicatibus, etiam distinguendum est, vel enim sunt in Cathedralibus, & tunc etiam subdistinguitur, nam vel distinctæ sunt præbendæ, iuxta dispositionem Conc. Trid. *sess. 22. c. 4.* in subdiaconales, Diaconales, & Presbyterales, & hoc casu non sunt conferendæ huiusmodi præbendæ, & Canonicatus nisi ijs, qui iam ætatem, & cæteras habilitates habere dignoscuntur Conc. Trid. *d. c. 4.* ver. *nec alij*, aut non sunt distinctæ, & tunc necessaria erit ætas, qua suscipi queat ordo subdiacon. infra annum, nimirum 22. ann. vti seruatur in hac Alexandrina Cathedr. in qua ex antiquissima, & vsu recepta, ac præscripta consuetudine, Subdiaconales functiones, & Diaconales sunt adeo variabiles, vt habitu sint penes omnes, & singulos Canonicos, licet actu Subdiaconales sint dumtaxat penes tres vltimos, Diaconales verò penes tres penultimos, quippequi cōsueuerunt attendere præcedentiā, nisi iuxta tempus eorum possessionis, ita vt si vacet præbenda ab antiquiore possessa, alius qui de ea prouidetur erit vltimus, & sic Subdiaconus:

26 † Aut sunt in collegiatis, & tunc cessante eorū institutione, siue fundatione, consuetudine, vel statuto, sufficit ætas 14. ann. Garz. *de benef. p. 7. c. 4. n. 39.* vbi alios citat, & Sac. Congr. declarationes adducit, cui conclusioni etiam subscribit Gonzal. *de mensib. & alternat. & gl. 5. n. 92.* nec refert, vtrum Ecclesia ipsa sit insignis, *Garz. vbi sup.* & idem dicendū est de dimidijs portionibus Ecclesiæ Cathedralis, *Garz. d. c. 4. n. 37. p. 7.*

27 In Ecclesijs Parochialibus, tam iure veteri *c. cum in cunctis. 7. de elect.* quam ex Conc. Trid. *sess. 24. c. 12.* requiritur ætas 25. ann.

28 [In hospitalarijs non est à iure ¶ statuta ætas teste Anch. *in Clem. quia cōtingit. n. 13. vers. & aduertē. de relig. dom.* sed secundum eūdem Anchar. ibi non possunt esse hospitalarij nisi habeant 25. annos eiusdem sententiæ est D. Ant. de Butr. *in cons. 62. n. 3. & 4.* ponderando verba *d. Clement.* ibi *viris boni testimonij &c.*

29 In capellanijs tandem, seu beneficijs simplicibus nisi ex fundatione, consuetudine, vel statuto habeant annexum aliquem ordinem sacrum sufficit ætas 14. ann. *Conc.*
30 *Trid. sess. 23. cap. 6.* † & dixi nisi ex fundatione; etenim si fundatio disponeret quod extantibus aliquibus suæ stirpis, vt ij tantum debeant præsentari, etiamsi sint puri clerici tunc poterit præsentari etiã minor 14. annis vt in declaratione Sac. Congr. allatã *Pr. 7. d. 13. n. 3.*

Et ex his discussum satis habemus negotium de ætate beneficiandorum.]

DVBIVM XII.

ARGVMENTVM.

Aetas in Cardinalibus, & Episcopis debet esse completa, in alijs inferioribus sufficit vt attingatur annus requisitus; nec sufficit vt quis possit intra annum promoueri ad ordinem sacrum requisitum, nam annus datur non ad complendum ætatem sed ad suscipiendum ordinem.

1 DVbitatur 12. an ætas requisita in promouendo ad beneficium debeat esse cõpleta. Distinguendum est; nam si loquamur de sublimioribus dignitatibus, quas in antecedenti dubio recensuimus, ætas illorum debet esse 30. annorum completorum *c. cum in cun-*
2 *ctis. 7. de elect. DD. ibi,* † in alijs autẽ dignitatibus inferioribus etiam curatis, & in simplicibus beneficijs sufficit, vt attingatur annus requisitus, secundum Zerolam *in praxi verb. beneficium. §. 1. vers. ad*
3 *dignitates.* † sed Garz. *par. 7. c. 4. n. 66. & seq.* concludit pro constanti, debere esse completos, ad quod cumulat plures Doctores, & corroborat hanc suam conclusionem, *ibid. n. 70.* pluribus Sac. Con-
4 gregat. declarationibus, † quarum vnam testatur habere authẽticam præ manibus, quæ data est, *Episcopo Abulẽsi* in hæc verba *Illustris. & Reuerendis. D. vti Frater. dubitationi A. T. nomine proposita, super ætate, quæ per Conc. Trid. c. 12. §. ad ceteras autem dignitates &c. sess. 24. requiritur in ijs, qui dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, obtinere volunt,* Congr. Illustriss. Patrum eiusdem Conc. interpretum, ita respondendũ duxit, *illud esse intelligendũ, de an. 22. completo quod reliquum est Deum A. T. propitium in omnibus precamur. Romæ die 24. Sept. 1593. A. T. vti Frater studiosissimus,* Hieron. Card. Matthæius.

5 In reliquis sufficit vt attingatur annus, *Garz. ibid.* quamuis Leonard. Less. *de iust. & iur. cap. 34. dub. 20. n. 110.* dicat quod sufficit vt prouisus sit in ea ætate, quod possit intra annum promoueri ad ordinem requisitum, & sic secundum illum posset prouideri de Parochiali constitutus in 24. ann. quod est contra *c. cum in cunctis, §. inferiora. de electione.* de Canonicatu in Cathedrali in 21. & sic de singulis; sed hanc opinionem impugnat Garz. *d. par. 7. c. 1. n. 80.*
6 *& c. 3. num. 21. & seq.* † dicens *d. num. 80.* quod annus datur non ad

com-

complendum ætatem, ſed ad ſuſcipiendum ordinem, & huius ſententiæ eſt etiã Lambert. *de iurepatr. p.1. lib.2. q.7. art.29. n.4. Rocch. de Curt. tract. eod.* in verbo, *honorificum. n.*21. † [quinimò ſi tempore
7 executionis gratiæ impetrator eſſet maior, de tempore verò datæ erat minor, dicitur inhabilis, quia in literis ad beneficia inſpicitur tempus datæ expreſſus eſt tex. *in c. ſi eo tempore. 9. de reſcrip. in 6.*]
8 ſed † re vera Rot. *in vna Virdunen. coram Illuſtriſs. Seraph. quæ eſt deciſ.* 500. decidit, ad obtinendum Canonicatum ſufficere quod prouiſus ſit in 21. ætatis anno vigore Conc. Trid. *D. Barboſa alleg. 60 n.66.* ſed vbi Sac. Congr. declarauit, ceſſare debet deciſ. Rotæ.

DVBIVM XIII.

ARGVMENTVM.

Aetas computatur, & currit de momento in momentum, & ita debet eſſe completa vt quantumuis paruum, & modicum tempus deſit, vtpotè dies vel hora, non ſufficiat.

DVbitatur 13. quomodo computãda ſit ętas, & an referat ſi tantum hora deſit Garz. *p.7. c.4. num.67. de beneſ.* poſt Mandoſ. *de*
2 *ætat. minor. cap. 5. n.* 10. † dicit quod computatur, & currit de mo-
3 mento in momentum, † & tandem, *n.* 84. poſtquam dixit, *n.*82, cum Pariſ. *de reſignat. lib.4. q.9. n.*10. & alijs, quos ibi citat, quod prouiſio facta non habenti ętatem in beneficio requiſitam, eſt nulla etiam in cõſcientia per Ledeſmam *in ſumma p.2. tract. 7. c.27. concl.*
4 *17. diff. pag.*361. † concludit ætatem requiſitam ita debere eſſe completam, vt quantumuis paruum, & modicum tempus, vt vnus dies, vel hora deſit, non ſufficiat.

REQVISITVM XI.

De examinatoribus proponendis in Synodo.

DEBEBIT Epiſcopus; vel eius Vicarius, ſingulis annis, proponere in Synodo Diœceſana, iuxta conſuetudinem, nominatim, & non in genere, ad minus ſex examinatores, qui Synodo ſatisfaciant, & ab ea approbentur: hi verò examinatores, ſint magiſtri, ſeu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut iure canonico, vel alij clerici, ſeu regulares, etiam ex ordine mendicantium; aut etiam ſæculares, qui ad id videbuntur magis idonei.

Porrò ipſi examinatores probari poterunt à Synodo, tam per aperta quam per ſecreta vota.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Examinatores debent ſingulis annis proponi in Synodo ad minus ſex, & ab eadem Synodo probari, quorum planè officium non expirat etiam poſt annum quando ſuper-

sunt sex, secus autem si non supersint sex, & fuerint in formali Synodo electi.

1 DVbitatur primò, an possint adhiberi examinatores in concursu pro tempore vacationũ, si annis singulis non proponantur. Videtur quod non, etenim Concil. Trid. *c.*18. *sess.* 24. apertè statuit, *vt singulis annis proponantur, ad minus sex examinatores in Synodo, & ea approbentur;* vbi Sac. Congreg. Concil. respondit capitulo Toletano in hæc verba, *Cauebit idem Vicarius, vt singulis annis, in Diœcesana Synodo probentur examinatores saltem sex,*
2 *ex † quibus tres ipse eliget, eosq. congregabit, qui secum examen perficiant ad singulas vacantes*
3 *parochiales, † & si duo, vel vnus tantum ex dictis examinatoribus, etiam cũ Vicario, vel omnes tres, atque etiam sex, absque Vicario, seipsos congregauerint, ac examen*
4 *perfecerint, nullum erit:† & si ex dictis sex examinatoribus, aliqui intrà annum suæ electionis mortui fuerint, tota facultas examinandi, vna cum Vicario, ad superstites, etiamsi vnus tantum superesset, spectabit, eo anno du-*
5 *rante*: † Garz. nihilominus, *in tract. de benef. p.*9. *c.* 2. *num.* 73. tenet officium examinatorum non expirare, etiam post annum suæ electionis, sed planè durare semper donec alij seruata forma Concilij fuerint electi: quod firmat declarationibus eiusdem Sac. Con-
6 gregationis: † Hoc tamen sic intelligendum est, vt duret quando supersunt post annum saltem sex, & omnes fuerunt electi in formali Synodo Diœcesana, secus verò si in Synodo non fuissent propositi sex, sed pauciores, quia tunc nullus esset Synodalis examinator cēsendus. Sed de hoc explicatius *in sequenti requisito*, vbi congruentius cadit hæc discussio.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Examinatores necessariò debent eligi, qui sint magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut iure Canonico si extent, alioquin alij clerici eligēdi erunt qui ad id videbuntur magis idonei.

1 DVbitatur secundò, an possit Episcopus ad libitum nominare in Synodo in examinatores clericos sæculares non Doctores, nec Licentiatos, existentibus in ea, Doctoribus, vel Licentiatis. Nullibi hoc tactum vidi, nec solutio certior aliundè haberi potest, nisi à Sac. Congreg. Concil. nihilominus si licet discurrere circa dubiũ videtur negatiuè respondendum; nam verba Concilij videtur dispositiua ibi *sint vero hi examinato-*
2 *res magistri &c.*† & qualitas Doctoratus tanti fit vel ab ipsomet Papa, vt facilius Doctoribus concedat beneficia, *c. cum in cunctis. §. inferiora. 7. de elect.* & Abb. *in c.* 1. *n.* 3. *de magistris*, ac Verall.
3 *decis.* 277. *n.* 2. *par.* 1. † dicunt quod in collatione beneficiorum habetur respectus ad scientiam, vt pinguius prouideatur literatis, quam igna-

3 ignaris *per cap. de multa* 28. *de*
4 *preb.* † nam Ecclesia per quā maximè indiget viris literatis, *c. cū ex eo* 34. *de ele. in* 6. *Gonz. de mēsibus, & alter. glos.* 4. *n.* 174. & Fel. *in rub. de magistris ad secundum* plura dicit, & extollit de doctori-
5 bus, † & inter cœtera quod Doctores dicuntur nobilissimi. *l. pro-*
6 *uidendū* 7. *C. de postb.* & sunt in di-
7 gnitate, *Bal. in proœm. C.* † & quilibet magistratus debet Doctorē ad se venientem inuitare ad sedendum *l.* 1. *C. de off. diuers. iud.* aliàs ibi relatas prærogatiuas Doctorum libenter breuitatis causa prætermitto, cum ad casum no-
8 strum non faciant: † facit etiam pro hac negatiua declaratio Sac. Congreg. *super c.* 16. *de refor. sess.* 24. *Conc. Trid.* in vna Panormit. in hæc verba *Vicarius, vacante Episcopali sede, omnino debet eligi Doctor, vel licentiatus, si in capitulo aliqui graduati erunt, sin minus possunt eligi alij, licet non*
9 *sint graduati*, Idem † videtur vsu receptū circa pœnitentiariū constituendum in Cathedralibus vt existentibus Doctoribus non assumantur nō Doctores ad talē prębendam; non attento quod Conc. disponat *sess.* 24. *c.* 8. *vers. omnibus etiam* vt pœnitētiarius aliquis ab Episcopo instituatur, qui magister sit, vel Doctor, aut licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, & annorū quadraginta, seu aliàs, qui aptior, pro loci qualitate reperia-
10 tur; † quinimo si huiusmodi præbenda cōferatur non doctori, erit reseruata per regulam primam Cancellariæ vti vidimus superius *req.* 10. *dub.* 2. *n.* 7. Cū itaque Sac. Conc. ijsdem ferè verbis, disponat circa Examinatores, *in d. c.* 18. *sess.* 24. *vers. hi verò examinatores*, atque disposuit de Vicario capitulari, *c. d.* 16. *sess.* 24. *& c.* 8. *sess. ead.* de Pœnitentiario, videtur à simili, vt debeant propterea Examinatores eligi nonnisi Doctores, ac proinde nequeant assumi clerici, sacerdotesuè non doctores, nisi in defectū
11 doctorum: † facit etiam quod tradit Nau. *in cons.* 23. *de pœnit.* vbi dicit Sac. Congr. Conc. censuisse, sacerdotē alioqui idoneū ad audiēdum confessiones non approbatū, iuxta *c.* 15. *sess.* 23. non posse validè à peccatis mortalibus absoluere pœnitentē in articulo mortis constitutum, vbi, citrà morę periculū, haberi potest copia Sacerdotis approbati, & lōgè minus si parochus ipse præsens id prohibeat, paratusque sit infirmi confessionē audire, nec vlla subsit causa Parochum ip-
12 sum recusandi: † Nihilominus, donec habeatur specialis decisio Sac. Congr. super hoc, dicerē fore arbitrariū Episcopo, qui melius nouit
13 personarū idoneitatē; † nā experiētia cōpertū est quam plures esse Doctores tantū nomine tenus, quos profectò si Episcopus in Examinatores nominare teneretur, & re ipsa nominaret, frustaretur pia intentio Sac. Conc. nā tantū abest vt huiusmodi inexperti Doctorelli valeāt alios de sciētia experiri, vt potius ipsi eruditione rudimētorū rerū Ecclesiasticarū sūmopere in-
14 digeant, † quo planè fit, vt iā illorū cōditio vilescat in populo: Alia pręterea ratio memouet, quia esse

posset,

posset, vt non doctor maiori polleret experientia, quam doctor;
15 experientia autem, † vt bene obseruat Addit. *ad Anchar. in c. quã sit 6. de elect. in 6. & dicit Specul. in rubr. de iudice delegato §. 8. n.* 17. supplet etiam illiteraturam: faciunt tandem, quæ dixi *in 5. re-*
16 *quis. dub.* 1. & 2. † Sed hodie cessare debet omnis dubitatio stante declaratione Sac. Congreg. quam nouissimè habui & Authenticam asseruandam tradidi in Archiuio Episcopali Alexandriæ. in his verbis.

17 ***An existentibus in Synodo Doctoribus, Clerici nõ Doctores possint eligi in Examinatores Synodales? Sac. Congregat. Cardinal. Concil. Trident. interpretum respondit, necessariò Examinatores eligi debere, qui sint magistri seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut iure canonico, si extent; alioqui alios Clericos esse eligendos, qui ad id videbuntur magis idonei. subscrip.***

Cosmus Card. de Torres, & sigillat.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Examinatores debent proponi nominatim, & non in genere, nisi proponerentur in genere, qui re vera tunc extarent, quia per huiusmodi genericam expressionem haberetur etiam expressa persona.

1 DVbitatur 3. An valeat approbatio facta à Synodo, de examinatoribus propositis in ge-
2 nere, † Garzia *de benef. p. 9. c. 2. n.* 339. excitat hoc dubium, illudque resoluit distinguendo, vel enim, inquit, approbatio fit de propositis in genere, sed tunc reuera existentibus *verbi gratia*, Rectore talis Collegij, vel Auditore Episcopi, & huiusmodi, & in hoc casu concludit tenere, pro qua conclusione adducit declar. Sac. Congr. *in vna Toletana*, quam ibi de verbo refert; vel certè huiusmodi propositio, & approbatio fit in genere, vt etiam respiciat, & comprehendat eorum subrogatos, & successores & isto casu concludit non tenere, quam planè conclusionem negatiuam confirmat decis. Rot. quam ipse de verbo refert. *d. c. 2. n.* 213. in vna Fanen. 28. Iun. 1596.
3 coram Corduba. Ratio autẽ prioris conclusionis esse potest quia proponerẽtur certæ personæ, quãuis non exprimatur earum nomẽ, & per huiusmodi expressionem habetur etiam expressa persona *tex. in l. 3. cum quid. ff. si cert. pet.*
4 vbi Ias. *num.* 27. † dicit quod illud quod tacitè inest habetur pro expresso *facit l. ait prætor. §. iudex. 5. ff. de re iudic.* vnde possunt esse noti quoad vitam, mores, & scientiam, quæ quidem ratio cessat in
5 subrogatis, & successoribus, † nam quamuis ratione officij præsumptio sit, quid sint docti, non tamen necessariò concludit, quod sint probi, & integri quales eos Conc.
6 requirit. † Illud tamen animaduertendum est, vt d. affirmatiua conclusio sit vera quando vnicus esset Rector, vel Auditor, secus tamen si duo essent, nec per distinctam qualitatem specificarentur.

DV-

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Subrogati,& ſucceſſores non admittuntur, nec conſuetudo releuat nec excuſat.

1 Dubitatur 4. an conſuetudo admittendi ſubrogatos, & ſucceſſores, in genere propoſitos excuſet, & eo magis, ſi prætendatur concilium non eſſe in vſu circa electionẽ examinatorum. Garzia, *de beneſ.p.5.c.4.n.181.& p.9. c.1. n.* 340. concludit non excuſa-
2 re, † nam, inquit, ſi volunt Ordinarij habere facultatem eligendi magis idoneum iuxta diſpoſitionem Concilij,debent vtique eam acceptare cum ſua qualitate,*l.neminem* 4. *& l. ſed duobus* 5. *de legat.*

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Concilium Trid. nullam formam præſcribit ſuper propoſitione examinatorum.

1 Dubitatur quintò, qua forma proponendi ſint Examinatores.Nulla à Concil.præſcribitur certa forma; verumtamen vt aliqua, pro faciliore expeditione habeatur, illam reijcio *in tract.de Synodo infra,c.5.p.84.*.vbi habebitur decretum de eligendis Examinatoribus.

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Vocales ſunt in Synodo, qui ad eam conuenere tenentur.

1 Dubitatur ſextò, quinam dicantur vocales in Synodo, vt poſſint probare Examinatores. Concludamus vno verbo, quod illi dũtaxat dicũtur vocales,qui vt Synodo interſint, cogi poſſunt, qui verò ij ſint, videbimus infra in tract. de Synodo *dub.2.c.3.*

DVBIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Examinator vt dicatur probatus à Synodo debet dimidiam partem ſuffragiorum ferre ab ijs, qui vocem habent in Synodo.

1 Dubitatur ſeptimò, quot vota debeat reportare Examinator ad hoc vt dicatur probatus à Synodo. Sacroſanctum Concilium Trident.*ſeſſ.*24. *de refor. c.*18. vbi cauet de proponendis, & probandis examinatoribus *verſ. Examinatores* hoc non exprimit, nec hactenus vidi aliquam declarationem Sacr. Cogregat.vnde videtur relictum diſpoſitioni iuris communis *iuxta l.commodiſſimè* 10. *de liber.& poſth.*quocirca videtur dicendum quod quilibet Examinator debeat probari per maiorem partem Synodi *iuxta c. cum in cunctis* 1. *de ijs quæ fi. à ma.*
2 *par. c.* † Nam poteſtas Synodi reſidet in maiori parte *gloſ. ibidem not.*1.

3 *not.* 1. † Episcopus cum maiori parte capituli potest statuere quod ad necessariam fabricæ reparationem vt quilibet Canonicus cõferre teneatur *arg. c. ex parte* 4.
4 *d. tit.* † & sententia plurimorum valet, quia euidens est ratione iuuari *glos. in d. c. ex parte* verbo
5 *plurimum*. † maiorem autem partem nemo non ignorat eam esse, quæ superat medietatem. *Oldr. de elect. cons.* 122. *in princ.* attamen si licet illud deferri, & eam auctoritatem attribui Synodis Mediolanensibus, quam per semetipsas omnes præseferunt, cum tot semper fuerint sapientissimis Patribus, & vndique literatissimis viris refertæ, & eò magis illis, quæ celebratę fuerunt per sapientissimum Archiepiscopum, quem nedum Summi Pontificis Romani Pij Quarti coniunctio sanguinis, & maiorum stemma nobilitate decorauit, verum & sempiternæ stola gloriæ de salute certum, atque securum facit, nobisque eum ipsum debito sanctorum cultu perpetuis sæculis reddit venerandum, Sanctum Carolum inquam; concludendum omninò est quod sufficiat, vt quilibet examinator dimidiam suffragiorum reportet, de quo clarum decretum extat in VI. diœcesana Synodo Mediola-
6 nensi ibi. † *Ex ijs porrò omnibus illos deligi per vos liceat, qui vobis & satisfaciant, & probati sint: ita scilicet, vt qui dimidiam partem suffragionum ab ijs, qui ex compromisso vestro delecti sunt ad suffragandum tulerint, hos examinandi mun- habeãt, quousque alia Synodus diœcesana celebrabitur.*

DVBIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Synodus legitime per adictum generale conuacata erit legitima, quamuis ex 100. *conueniant tantum* 33.

1 DVbitatur 8. Episcopus indixit Synodum publico emanato ædicto, sed cum deberent venire 100. quippe qui tot essent vocales conuenerunt solum 33. ex quibus postmodum, inchoata Synodo, exierunt paulatim x1. at verò quando fuerunt propositi examinatores probandi à Synodo ex 22. qui remanserant 10. duntaxat dederunt vota; cum itaque, vbi agitur de Collegijs, vel vniuersitatibus, ac huiusmodi hominum Conuentibus, siue Congregationibus, maior pars non dicatur comparatione minoris partis, sed quidem totius Collegij, vt notat Fel. *n.* 20. *in c. cum omnes* 6. *de const. post Abb. ibidem n.* 11. *& in c. Ecclesia vestra n.* 6. *vers. Primum* 4. *de elect.* hic verò ex 100. si fiat comparatio ad omnes congregãdos habita ratione ipsius actus
2 Congregationis desunt 67. † & sic non conuenerũt duæ partes, quæ sanè in actis vniuersitatis debent esse pręsentes *per l. nulli* 7. *& seq. ff. quod cuiusque vniuersitatis*
3 *Lap. alleg.* 131. *n.* 2. † quinimo secundum Bart. *in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.* quem, *teste Abb. in d. c. cum omnes n.* 13. *vers. nam secun-*

secundum Bart. 6. d.const. sequitur communis practica, non sufficit vniuersitatem vocare, sed oportet necessariò quod interueniant duæ partes: & si fiat comparatio ad ipsos congregatos, habita tamē ratione eorum, qui recesserunt desunt 78. ita vt minus sint 4. parte habita vero ratione etiam eorum, qui non dederunt vota, vix superāt decimam partem, si fiat comparatio ad omnes vocales, & minus sunt 3. parte sit fiat comparatio ad primò congregatos, ideo occurrit hoc octauo loco dubitare, an examinatores qui in huiusmodi Synodo probati sunt, dicantur Synodales.

Dubium est valdè proficuum, & curiosum, facitque ad plura, ad cuius solutionem nonnulla præ-
4 mitto: † & primò quod Episcopus habet ius congregandi Synodum absque licentia cuiuspiam, quia facit ex iuris dispositione *glos. quam sequuntur Arcbid. & Card. Alexandrin. in sum. 17. distinct. Conc. Trid. sess. 24. de refor.*
5 *c. 2.* † imò si congregetur ab alio non dicetur Synodus, sed Conciliabulum *arg. c. multis d. 17. dist. & ego latius infra in tract. de Sy-*
6 *nodo c. 2. in princ.* † Secundò præmitto quod potest Episcopus conuocare Synodum per publicum ædictum, & ita seruat communis
7 vniuersalis consuetudo: † Tertiò præmitto quod huiusmodi ædictū habet vim citationis arctatiuæ, & constituit in contumacia non venientes, seu alioqui recedentes sine licentia *Abb. & Fel. in d. c. cum omnes 6. de constit.*

8 His igitur præmissis sic stantibus breuiter concludo quod supposito ædicto publico emanato ab Episcopo, Synodus, quæ alioqui constare debebat 100. vocalibus, non desinit esse legitima, quamuis conuenerint duntaxat 33. atque adeo examinatores erunt Synoda-
9 les, nam conuocatio facta solemniter per eum, ad quem spectat de iure, vel ex consuetudine constituit non venientes, vel aliàs recedentes sine licentia, in contumacia, adeo vt possint licitè explicare actiones Synodales illi, qui venerunt, tametsi constituant longè minorem partem, obseruat Abbas *in d. c. cum omnes 6. de constitut. n. 13. vers. sed canonista* de mente
10 Inn. *in c. 1. de ma. & obed.* † nam contumacia priuat conuocatos non venientes facultate dandi vocem, ad quòd planè Inn. *ibi* allegat bonum tex. *in c. cum nobis 19. de elect.* vbi habetur, quod si vocati ab habente potestatem nolunt ve-
11 nire, faciunt se alienos, † ex quo argumentatur Abbas *ibid.* quod non debent proinde computari in
12 numero duarum partium, † & ita testatur conclusisse quemdam Io. Bonon. Doctorem in disputatione, cuius meminisse ait Ioan. Andr. *in cap. in causis 30. de elect.* vbi ponebat casum de vniuersitate in qua erant 100. homines, & vocati ab habente potestatem conuenerunt tantummodo 30. quod in quam ius vniuersitatis reside-
13 bat in illis 30. † & apertius dicit idem Abb. *in d. c. cum nobis 19. de elec. n. 3.* videlicet quod quoad actū explicandum habentur ac si non essent

essent de capitulo idem à simili cõcludi potest de ijs, quorum multi quamuis præsentes essent in capitulo in numero sufficienti congregato, vocem tamen non dederunt, nam eos pro affirmantibus haberi testatur D. Ant. Ragutius *in tract. de voce canon. in cap. quæsito 13. n. 2.* vbi examinat quando dicatur maior, vel minor pars capituli ad faciendum validum, vel inualidum actum.

14 Nec obstat *d. l. nulli 3. & l seq. ff. quod cuiusque vniuers.* minusq. doctrina Bart. in *d. l. omnes populi. ff. de iust. & iur.* nam vt obseruat Abb. *in d. c. cum nobis 19. de elect. in fin.* locum habent in factis grauibus, in quibus non sufficit conuocare vniuersitatem per tabellam, vel campanam, vel nun-
15 cium: † vel dicamus quod habent locum, quando vniuersitatis congregatur non per præsidem, sed per se ipsam; tunc etenim necesse est vt interueniant duæ partes ex tribus, & si aliqui recedunt non possunt, qui remanent explere ea, quæ incumbunt *Abb. & Fel. in d. c. in causis 30. de elect. & d. c. cum om-*
16 *nes 6. de constit.* † Vel dicamus quod actus expediri non potest per remanentes, quando cum licẽtia exit vnus eorum, qui de necessitate interesse debent actui, ita respondisse Bertachinum *de potest. Episc. lib. 1. p. 3. q. 55. n. 50. de mente Innoc. in c. considerauimus de elect.* testatur Ragutius *vbi supra*
17 nam contumax, † inquit, in hoc proposito dicitur, qui citatus cõparuit sed illicentiatus recessit, *Mil. in repert. in verb. contumax.* *Fel. & Dec. in c. 1. in 3. not. de iu-*
19 *dic.* † vbi dicit Dec. quod eadem pœna punitur is, qui comparuit, sed absque licentia recessit, ac si non comparuisset *glos. in c. cupientes §. quod si per 20. dies de elect.*
19 *in 6.* † vel tandem dicamus quod *d. l. nulli, & doctr. Bart.* locum habent quando omnino exirent duæ partes Synodi, quia tunc videretur reuocata conuocatio *Ragut. d. q. 13.* & ex his colligi clarè poterit, si eueniat casus, nedum in Synodis, sed etiam in capitulis, ac alijs conuentibus, quãdo actus expediri poterunt per remanentes, quamuis eorum pars sit longè minor.

REQVISITVM XII.

De numero examinatorum in concursu adhibendorum.

ADVENIENTE vacatione alicuius parochialis Ecclesiæ, Episcopus peractis quę pręmisimus, debebit ipse, vel eius Vicarius eligere tres ex illis examinatoribus, quos diximus, qui cum eo examen perficiant, qui si non fuerint, quia fortasse essent mortui, vel in longinquis agant, quippe quę absentia æquiparatur morti; tunc si annus ad celebrandum Synodum nondum lapsus sit, Episcopus inibit examen in concursu cum superstitibus, etiam si vnus duntaxat esset superstes; si verò

verò nullus esset superstes, debebit Episcopus, vel Vicarius, iuxta responsum fel. recordat. *Cle. VIII.* ex antiquis Synodalibus, si fuerint, subrogare alios, nō pauciores sex; & si etiam non steterint tot examinatores antiqui, qui ad huiusmodi senarium numerum ascendant, debebit eligere illos, qui fuerint & alios supplere de nouo vsque ad illum numerum; hi tamen debebunt probari à Capitulo: Si tandem nulli antiqui Synodales superstites fuerint; tunc Episcopus, vel Vicarius substituet omnes nouos, probitate, & scientia idoneos, approbatos tamen à Capitulo, non pauciores sex, eisque vtetur in examinibus per concursum obeundis, donec aduenerit tēpus habendi Synodum Diocesanam; enim verò officium examinatoris non expirat per mortem Episcopi, quando examinator fuit electus in Synodo, etiam si lapsus fuerit annus post eius electionem, quia semper pro legitimis habendi sunt, semperque durant huiusmodi examinatores, donec alij, seruata forma Cōcilij, fuerint electi, dummodo semper supersint sex; nam si aliqui defecerint, ità vt reperiantur pauciores quam sex, tunc elapso anno à die celebratæ Synodi omnium officium expirat, & debent de nouo eligi alij non pauciores quam sex, & ij nonnisi in Synodo: Quinimo si Episcopus vellet etiam superstites fungi officio examinatoris, debebit illos de nouo proponere Synodo, & ab eadem Synodo debebunt etiam de nouo probari, alioquin concursus aliter factus, esset nullus, & negocium, cum omni prouisione, deuolutionem faceret ad S. Sedem Apostolicam, Episcopus autem sibi ipsi imputare debebit si negligens fuerit.

Nec refert vtrum Episcopus sit de nouo adeptus Episcopatum, nec adhuc lapsus sit annus à die, quo fuerit adeptus possessionem sui Episcopatus; etenim annus cogendi Synodum currit Episcopo, non quidem à die adeptæ possessionis Episcopatus, sed planè à die Synodi vltimò celebratæ, quippe quæ poterat congruo tempore, etiam à Capitulo, seu potius ab eius Vicario Episcopali Sede vacante celebrari.

Porrò examinatores debebunt, non per se ipsos, sed per solum Episcopum, vel eius Vicarium congregari, aliàs examen, & concursus erunt penitus nulla.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Episcopus potest adhibere in concursu plusquam tres examinatores, sed non pauciores.

1 Dubitatur primò, an Episcopus possit in aliquo concursu eligere plusquam tres examinatores. Garzia *de ben. p. 5. cap. 9.*
2 *n. 52.* † concludit affirmatiuè, cum quadam declaratione Sacr. Congregationis, in his verbis, *Non esse decisum præcisè, vt examinatores sint tres, sed quod non possint adesse pauciores tribus, ita quod si sunt tantum tres examinato-*

natores, vota non possint esse paria, sed singularia, quando singuli singulos approbant. de hoc diximus etiam *requis. 3. dub. 4.*

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Si ex sex examinatoribus aliqui intra annum sua electionis mortui fuerint, tota facultas examinandi una cum Episcopo ad superstites etiam si unus tantum superesset spectabit eo anno durante, sed in locum demortuorum eliget alios cum approbatione Capituli.

1 DVbitatur secundò, an possit Episcopus inire examen in concursu si ex sex examinatoribus aliquis intra annum suæ electionis mori, vel in longinquis agere contigerit.
2 † Garzia *de ben. p. 9. c. 2. n.* 8. refert declarationem Sacr. Congreg. factam de anno 1577. ad petitionem Capituli Toletani Sede Vac. per quam resoluitur hoc dubium affirmatiuè in hæc verba, *Si ex sex examinatoribus aliqui intra annum sua electionis mortui fuerint, tota facultas examinandi una cum Vicario, ad superstites, etiamsi unus tantum superesset, spectabit, eo anno durante*; & in Conc. Prouinc. Mediol. 6. *titulo, qua ad Synod. & Congreg. Synod. pertinent*, habetur hoc decretum. *Iudices, & examinatores in Synodo constituti, etiam si quãdo longius quam unius anni spatium Synodi actio differatur, suũ munus exequuntur*, & Io. Aluis. Ricc. *in resolut.* 480. *p.* 3. dicit Episcopum posse deputare nouos examinatores absque celebratione Synodi, non obstante dispositione Conc. Trident. *sess.* 24. *c.* 18. allegãs ita fuisse resolutum *in una Placentina Parochialis de malpartita 29. Nouembris 1593. coram Litta*.

3 Animaduertendum tamen est, ne error capiatur, quod hæc declaratio est intelligenda vt possit Episcopus adhibere examinatores superstites, mortuis aliquibus intra annum; puta si nondum lapsus sit annus celebrandi Synodum; alioquin omnium officium expirasset, ac proinde nequiret eos adhibere; ad quod facit, quod tradit Sbrozzius *de off. Vic.* in addit. *ad l. 2. q.* 211. vbi dicit, *Sac. Congreg. censuisse Vicarium Sede Episcopali vacante in locum examinatorum absentium, vel defunctorum alios auctoritate propria sufficere non posse, sed curare debere, vt elapso anno, alij in loco demortuorum sufficiantur, seu eligantur in Synodo, alioquin pro legitimis non haberi, qui superent*. Conc. autem Prouinc. locum habet quando post annum, & ante celebrationem Synodi superuiuũt saltem sex, vt videbimus infra *dub. seq.*

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Examinatores si omnes decedunt vel in longinquas, recedunt Episcopus intra annum ad celebrandum Synodum ex antiquis, qui fuerint,

rint, sex non pauciores subrogabit, & si non extabunt tot antiqui, eliget illos, qui extabunt, & alios supplebit de nouo approbatos à Capitulo vsque ad sex, quod si nulli antiqui extiterint, nouos tunc à Capitulo probandos non pauciores sex deputabit vsque ad futuram Synodum in fine anni à postrema Synodo celebrandam.

1 DVbitatur tertiò, quid præstandum sit Episcopo, si omnes examinatores decedant, aut recedant in longinquas regiones. Fel. rec. Clem. VIII. cauit sapienti suo decreto relato per Garziam *de benef. p. 9. c. 2. n. 73.* in hæc verba;

2 † *S. D. N. Clem. VIII. decreuit hoc in futurum obseruari, quando omnes examinatores Synodales, intra annum eorum deputationis mortui fuerint, nempè, vt Episcopus ex examinatoribus antiquis, si fuerint, subroget alios, nõ pauciores numero sex; & si non fleterint tot examinatores Synodales antiqui, qui ad hunc numerum ascendant; tunc Episcopus eligat illos, qui fuerint, ac alios suppleat de nouo, approbatos tamen à Capitulo, vsque ad numeri prædicti complementum: verum,*

3 *si nulli antiqui Synodales Examinatores superstites fuerint, tũc Episcopus omnes nouos examinatores probitate, ac sciẽtia idoneos, qui à Capitulo probati sint, non pauciores præfato numero substituat, & veniente vacatione cuiuslibet Parochialis Ecclesiæ, Episcopus debebit ex præfatis examinatoribus eligere tres, qui cum eo examin. iuxta decretum Conc.*

4 c. 18. sess. 24. *perficiant*, † *officium autem omnium prædictorum examinatorum Synodalium subrogatorum expirabit cum primum aduenerit tempus nouam Synodum*, iuxta c. 2. sess. 24. *celebrandi* Thesau. for. Eccl. c. 18. n. 25.

5 ¶ [Quod planè decretum secuta est Rot. *in vna Panormitana Archipresbyteratus Lunæ 3. Decembris 1618. coram R. P. D. Buratto*, in qua dictum fuit prouisionem factam Iulio fuisse nullam, quia examẽ oppositorum non fuit factum per examinatores in Synodo Diœcesana deputatos, iuxta formam Conc. Trident. *sess. 24. de reform. c. 18. §. examinatores*, & sæpius sic declarasse Sac. Congr. & Rot. tenuisse *in Fanen. Parochialis 28. Iunij 1596. coram Illustriss. Arigonio & 16. Decembr. 1597. coram Litta apud Garz. de benef. p. 9. c. 2. n. 213. & 339.*

6 Et dictum fuit nõ obstare quod deficientibus, vel impeditis Synodalibus, possint alij in eorum locum extra Synodum per Ordinarium subrogari, vt pluries censuit Rota, & præcipuè *in vna Literen. Archipresbyteratus 6. Iunij 1582. coram Illustrissimo Blanchetto, vt apud Garziam dict. cap. 2. num. 87. & par. 10. cap. 2. num. 23.* nam ex quo fundamentum pro validitate ponebatur super decreto fælic. recordat. Clementis Octaui supra inserto, & quia non fuerat seruata forma illius Decreti, quippe qui subrogati non fuerant ex antiquis Synodalib. superexistentibus, nec fuerat

probatum de eorum deficientia, minusque etiam subrogati fuerunt sex, sed tantum quatuor; idcirco habitū fuit examen, pro nullo, & prouisio penitus nulla.

7 Nec fuit habita ratio quod adessent alij duo Synodales, & sic ex illis impleretur numerus sex, nam ex quo non constabat de aliqua Synodo celebrata ab vltima de tempore antecessoris, dictum proinde fuit quod statim per deficientiam, & mortem vnius ex ibi deputatis examinatoribus, officiū, quò ad omnes expirauit, ita vt illi duo pro legitimis haberi non potuerunt, ex declaratione Sac. Congreg. per me allata hic *d. 2. n. 2.*]

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Officium examinatorum subrogatorum non durat post annum datum ad congregandum & celebrandum Synodum, & superstites semper debent interesse examini, quia penes eos residet officium.

1 Dubitatur quartò, an duret officium examinatorum post annum à Synodo vltimò celebrata, si contingat mori Episcopum, qui eam celebrauit, & examinatores nominauit: & item an valeat concursus si non interuenerint examinatores superstites:

2 Garzia *tract. sæpius allegato c. 2. num. 73. part. 9.* post Ledesmam *in summa, part. 2. tract. 7. cap. 17. conclus. circa 13. difficult.* attestatur Sacr. Congregat. Concil. censuisse, examinatores semel deputatos durare etiam post annum suæ electionis, donec alij fuerint electi seruata forma Concilij, dummodo supersint semper sex, aliàs si pauciores sex superessent lapso anno omnium officium expirare, itaut necessariò sit, nō modo alios in Synodo proponi, & probari, verum etiam & ipsosmet superstites, alioquin legitimi non essent, quod

3 planè † dictum fulcitur decisione Sacr. Congregat. quam ibi affert, *num. 83.* in vna Sesenaten. 1596. per quam fuit resolutum, in hæc verba; *Sex, vel pluribus examinatoribus Synodalibus in vltima Synodo deputatis, vno, vel duobus tantum stantibus, deficientibus reliquis, si dictus vnus, vel duo non interueniant, sed alij examinatores ab Ordinario extra Synodum deputati, huiusmodi prouisiones, veluti factas, non seruata forma Concilij, esse nullas, & earum collationes esse ex Constitutione* S. me. Pij V. *Sedi Apostolicæ reseruatas*. & sic accipiendum est Conc. Mediol. *6.* & resol. *Ricij 480.* quæ hic in *2. dub.* retuli, vt inquam intelligatur quando vltra annum extant examinatores in vltima Synodo electi, qui non sint pauciores sex, ita etiam obseruat Garzia *in add. ad cap. 42. nu. 75. par. 9.* qui dicit sic fore intelligendam declarationem Sacr. Congregat. adductam per Genuen. *in prax. cap. 66. num. 17. & Thesaur. for. Eccl. cap. 18. num. 25.* ac declarat eiusdem Congregat. in vna Soana 1. Febr. 1593. quæ ait *Congreg. Concilij censuit examinatores Synodales durare donec alij in Syno-*

Synodo deputati fuerint; verum si anno lapso aliqui ex iis mortui fuerint, officium omnium expirare; vt inquam locum non habeat quando post annum supersunt sex adhuc.

4 Ex quibus eliciuntur potissimû duæ conclusiones: Prima non durare officium examinatorum post annum à celebrata Synodo, quando non superuiuūt saltem sex examinatores, & si Episcopus vellet etiam ipsos superstites esse examinatores, deberet illos de nouo proponere, & ab eadem Synodo de nouo approbari. cum

5 alijs: † Secunda conclusio quod quamuis Episcopus nō possit examen inire, & perficere in concursu, cum vno, vel duobus tantum Synodalibus superstitibus extantibus, sed debet etiam alios eligere, saltem vsque ad sex, iuxta decretum Clem. VIII. hoc est intelligendum, intra annum suæ electionis; attámen ipsi superstites semper interesse debebunt huiusmodi examini, aliâs examen erit

6 nullum: Possumus † & tertiam addere conclusionem pro intelligentia cuiusdam declarationis, quæ ait, *officium examinatorum residere penes vnum solum, si intra annum cæteri omnes moriantur, vel se in longinquis absentant*; vt inquam, Episcopus debeat numerum vsque ad sex supplere, & capitulum eos probare, qui intersint examini donec lapso anno Synodus celebretur, & alij legitimè eligantur; in omnibus tamen concursibus debere necessariò interesse ipsum Synodalem superstitē.

DVBIVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

In examine prouisi in forma dignum adhibendi sunt examinatores Synodales, seu quasi Synodales, nimirum subrogati in eorum defectum.

1 CONstitutione 162. Sanct. memor. Pij Quinti, quæ incipit *Cogit nos* in principio, & *in §. in reliquis* vbi præscribitur forma obseruanda in confectione, & expeditione literarum Apostolicarum super gratijs resignat. beneficiorum, sancitum est, vt deinceps super omnibus gratijs, & concessionibus apostolicis de quibusuis beneficijs cum cura, & sine cura sæcularibus, & quorumuis ordinum regularibus etiam apud Sedem Apostolicam vacantibus, & dispositioni Apostolicæ reseruatis, in quibus addita fuerit clausula *in forma Dignum* literas Apostolicas expediant in eadem forma; & inter cætera (quoad rem nostram modo pertinet) cum clausula *vt si tibi constiterit quod d. N. resignans* (si in sacris constitutus sit) *aliunde commodè viuere possit, ac per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus, ad hoc à Concilio Tridentino designatis, si istbic sint, vti esse debent, in diœcesana Synodo deputati; sin autem absque illis faciendam; ac B. resignatarium ad hoc idoneum esse reperieris, super quo tuam conscientiam oneramus, Ecclesiam prædi-*

Etiam cuius &c. quam clausulam *adhibitis examinatoribus &c.* locum habere vult etiam in reliquis prouisionibus & commendis quarumcunque parochialium Eccles. & earum perpetuarum vicariarũ, non autẽ in alijs, vt in ead. Const. *§. in reliquis autem*. Modò dubitatur hoc quinto loco. An validũ sit examen prouisi de Parochiali in forma *Dignum* si fiat coram Examinatoribus reputatis Synodalibus, qui tamen re vera nõ sunt Synodales, quia fortè non fuerunt electi in Synodo legitimè congregata, aut non ritè celebrata, vel aliàs non perfecta, & non conclusa, de quibus, Deo dante, dicemus *in tract. de Synodo*, aut fortè non fuerunt propositi, & probati saltẽ sex, vel si probati fuerunt, non iurarunt, aut nõ extant sex, & annus ad celebrandum Synodum iam lapsus est, & huiusmodi, in quibus casibus expirat officiũ omniũ exa-
2 minatorum vt diximus. † Videtur quod sit validũ; nã verba Const. ibi, *sin autẽ absque illis faciendã* cum non se restringãt, neque superinde præscribant aliquam qualitatem circa ipsos examinatores, videtur amplè cõcedere ordinarijs, vt possint ad huiusmodi examen adhibere quosque examinatores sibi bene visos, quia indistinctè ibi cõsti-
3 tutio loquitur, ergo † indistinctè etiam est intelligenda, vt omnẽ casum cõplectatur, dato quod maior ratio etiam esset in vno, quam in alio *l. 1. §. quod autem. ff. de ale. lu. & aleat.* & cũ Constitutio ipsa dict. *§. in reliquis* sit clara, non est opus interpretatione *l. continuus*
4 *§. cum ita 137. ff. de verb. oblig. l. ille, aut ille 25. ff. de legat. 3.* † & superfluũ est glos. vel Doctores allegare, vbi lex clara habetur, *gl. in l. sed licet 12. de off. præs.* nã vbi habetur casus legis, nulla relinquitur dubitatio *l. Ancilla C. de furt.*
5 Contrarium † tamen videtur verius; imo videtur quod eiusmodi examen debeat fieri necessariò, adhibitis ijs examinatorib. quos tenetur Ordinarius, in defectũ examinatorum Synodalium, vt supra vidimus, eligere iuxta decretũ fel. rec. Clem. VIII. nimirum, vt quãdo omnes examinatores Synodales intra annum eorum deputationis mortui fuerint, Episcopus eligat ex antiquis alios non pauciores, quam sex, & si nõ steterint tot an-
6 tiqui, eligat illos, qui fuerint, & alios suppleat de nouo, approbatos tamẽ à Capitulo, vsque ad numerũ sex, si verò antiqui nulli superstites fuerint, tunc Episcopus omnes nouos, non pauciores sex, probatos vt supra substituat, & ex his, in casibus vacationum Parochialium, tres eligat, qui cum eo examen, iuxta dispositionẽ Conc. Trid. *c. 8. de refor. sess. 24.* perficiãt, eorumq. duret officium vsque ad tempus celebrandi nouam Syno-
7 dũ, † nam quãuis isti examinatores sic electi dici nõ possint, & re vera non sint Synodales, largo tamen modo valent nuncupari Synodales, quippequi, ex vi d. Decreti, veniunt subrogati in locum ipsorum Synodalium, qui non extãt, ac proinde sapiũt naturã illorũ Synod. *l. itẽ veniũt §. cũ prædixerimus 22. de pet. hær.* nec obstat

gene-

generalis, & distincta loquutio d. Const. *allegato §. in reliquis*, nam ex quo ipsa constitutio expresse nihil determinat circa modum deputandi examinatores in casu defectu Synodalium, sed simpliciter, & indistincte tantum loquitur, dictum verò decretum Clem. VIII. specialiter, & distincte disponit circa modum deputandi examinatores extra Synodum in defectu Synodalium; distinguenda propterea est ipsa constitutio secundum dictum Decretum *l. filiusfamilias 38. de act. & oblig.* cum alijs citat. *in methodo studendi* in verb. *lex lib. 2.* ver. *lex simpliciter*, & eidem
8 decreto standum est, † quia ipsa constitutio videtur suppleri per ipsum decretum *text. & gloss. in l. sed & posteriores* in verb. *pertinet*
9 *27. ff. de legib.* † nam lex præcedēs determinatur per sequentem *l. non est nouum 25. ff. de legib.* faciunt quæ tradit Boich. *in c. 1. num. 2. de*
10 *nou. op. nunciat.* vbi dicit † quod vbi canones expresse declarant articulum aliquem in quo leges nihil statuunt, standum est ei, quæ
11 casum determinat; † vnde concludit quod in nunciat. nou. oper. standum est legibus, etiā in Ecclesia-
12 sticis. † Crederem igitur quod si esset examinandus aliquis prouisus de Parochiali in forma *dignū*, nec tunc extarent examinatores Synodales, essetque iam lapsus annus celebrandi Synodum, itaut non valerent etiam si aliqui intra annum fuissent electi, iuxta d. Decretum Clem. VIII. tunc deberet Episcopus eligere pro ineundo huiusmodi examine de nouo sex examinatores ad præscriptum dicti Decreti, vt ex ijs posset saltem 3 tres secum adhibere ad illud exa-
13 men; † at verò si nullos deputaret, sed adhiberet simpliciter aliquos tamquam Synodales, quando re vera non essent verè tales, tunc arbitrarer huiusmodi examen nullum remanere *ex reg.* quod potui
14 nolui † quod volui adimplere nequiui *c. cum super 23. de off. deleg.* ita postmodum vidi tentum per Garziam *de benef. p. 9. c. 2. n. 66. & 67.* me tamen remitto decisioni Sac. Congreg.

DVBIVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Episcopus non excusatur si post annum adhibeat examinatores superstites non extantibus sex, etiāsi caperet prætextum quod ipse de nouo esset adeptus possessionem Episcopatus, nam annus celebrandi Synodum non incipit currere à die captæ possessionis Episcopatus, sed à die Synodi vltimò loco celebratæ.

1 DVbitatur 6. vtrum Episcopus excusetur si adhibeat examinatores superstites post annum, non extantibus sex, eò maximè sub prætextu, quia ipse sit de nouo adeptus Episcopatū, nec lapsus sit annus à die adeptæ possessionis huius
2 modi, Garzia † *de benef. p. 9. c. 2. n. 92. & seq.* cōcludit neutiquā excusari, nā, inquit, defectus examinatorū elapso anno cōtingit culpa ipsius Episcopi nō facientis Synodū, in qua examinatores deputentur,

tur, & sic cum defectus iste sua culpa & negligentia contingat, nō debet proinde excusari ab obseruatione formæ. Quod verò ad annum adeptæ possessionis spectat, concludit tempus celebrandæ Synodi currere, non quidem à die possessionis captæ, sed à die celebratæ vlt. Synodi. [ad quod habemus decis. Rotæ *in Panormitana Archipresbyteratus 5. Iunij 120. coram Illustriss. Burato*, in qua excitatum fuit dubiū. An ordina-
3 rius esset excusandus† ad effectum sustinendi concursum factum coram examinatoribus ab ordinario extra Synodum contra formam Conc. Trid. & Constit. Pij V. deputatis, & DD. responderunt non
4 esse locum excusationi, † quia de forma Conc. faciendus est concursus coram examinatoribus singulis annis deputādis in Synodo diœcesana, & si fiat coram alijs non Synodalibus nullius est roboris, & ita declarasse semper Sac. Congr. & tenuisse Rotam ibidem attesta-
5 tur, † ubi etiam fit mentio de decreto fæl. recordat. Clem. VIII. per quod concessa fuit Episcopis facultas deputādi examinatores extra Synodum, infra tamen annum in Synodo celebrata, ita vt lapso anno talis facultas, & examina-
6 torum auctoritas expiraret, † ac proinde dictum fuit cōcursum, qui fit coram examinatoribus electis extra Synodum vltra annum, esse nullum, & collationem, quæ fieri contingat, nulla posse excusatione
7 etiam ignorantiæ sustineri, † ex quo decretum Concilij, & Constitutionis est irritans, ac proinde non solum inducit formam *Bald. in l. 1. num. 2. vers. in contrarium ff. de liber. & posthum. Felin. in cap. cum dilecta 9. triges. forma*
8 *de rescript.* † sed afficit etiam ignorantes *cap. si eo tempore, & ibi glos. ver. ignorantes de elect. in 6.*

9 Et ita planè accipiendæ sunt tam decis. Rotæ, quam aliæ quęuis declarationes, vt inquam deputatio, seu subrogatio examinatorum fieri possit extra Synodum, intra annum quidem, nullatenus vltra annum à Synodo celebrata; expressè hoc tenuit Rota in dicta Panormitana in responsione ad 1. obiectum.

10 Porrò animaduertendum summopere est, quod impedimentum pestis non excusat; nam etsi impedimentum ipsum materialiter remoueri non possit, moraliter tamen illud potest remoueri, puta, petendo licentiam à Papa; vel à Sacra Congregatione, vt consideratum fuit per Rotam in eadem Panormitana *vers. impedimentis*, & aliàs dictum fuit *in Placentina de malpartida 29. Nouembris 1593. coram Litta*; & ita ibidem respondetur ad quoddam Decretū fæl. recordat. Clem. 8. ad fauorem Episcopi Patauini per quod videbatur quod in futurum examinatores per dictum Episcopum deputati extra Synodum deberent esse legitimi, quia huiusmodi fuit gratia specialis, non autem declaratorium, seu approbatorium decretum facti.

11 Verum tamen quia in dicta decis. *in dict. vers. impedimentis*, dici-

dicitur quod angustia temporis non cogebat Episcopum ad deputandum examinatores extrà Synodum cum haberet sex menses ad prouidendum *ibi* in hęc formalia verba; *& vlterius de facili remoueri potuisse vel petendo licentiam à Sanctissimo, vel à Sacra Congregatione deputandi examinatores extra Synodum prout faciunt occurrentibus casibus alij ordinarij, præsertim cum non cogeret temporis angustia, sed haberet sex menses ad prouidendũ iuxta d. Constit. Pij V. & impedimenta, quæ remoueri possunt non attendatur* l. sed si prætor §. penult. ex quibus caus. maior. *Seraphin. decis. 126. n. 1.* ideo videtur ex ista decis. inferi quod Episcopus possit intra sex menses concursum facere, quod planè esset contrarium, ac dixi in *Req. 5.* vbi dixi quod Episcopus debet concursum expedire, & electionem magis idonei nedum fecisse, sed etiam transmisisse Papæ, vel collatori cui de iure, vel consuetudine competierit, intra 4. menses.

12 Probatur quia si deputatio examinatorũ ex ista decisione potest in Synodo celebranda intra semestre datum ad conferendum, nec cogitur Episcopus in initio illius semestris celebrare Synodum, descriptio vero oppositorum fieri debet coram examinatoribus; ergo Episcopus habet totum semestre non solum ad prouidendum, sed etiam ad faciendum concursum.

13 Attamen videtur non posse sustentari ista conclusio, stante quod tam Conc. quam Constitut. prędicta pręscripserunt tempus ad describendum, nimirum decem, vel ad summum viginti dierum à die notitiæ vacationis, ita vt hoc sit de forma Concilij, & d. Constit. eaq. forma si vitietur in quauis illius parte, parit nullitatem actus *Put. decis. 63. num. 4. & decis. 141. ac 274. lib. 1. cum allegat. per Gonzal. glos. 62. num. 17. & seq. quam opinionem semper Rotæ sequuta fuit vt in decis. 578. nu. 3. & 5. par. 1. diuers.* sequitur proinde vt nequeat Episcopus vltra viginti dies à die notitiæ vacationis parochialis differre concursum, me tamen remitto sententiæ superiorum, quorum est hoc decidere.

REQVISITVM XIII.

De non adhibendis examinatoribus nisi Synodalibus.

ADEO est necessaria qualitas electionis Synodalis, vt omnino vitietur concursus, nedum si examinatores, vel eorum aliquis non sint Synodales, verum etiam si cum tribus, vel quatuor, pluribusuè Synodalibus, *si tot adessent*, aliquis non Synodalis admitteretur.

Licet etiam de forma Concilij iniri non debeat examen, nisi coram saltem tribus; Nihilominus si plures tribus intersint, adhuc valebit;

Hh 4

valebit; dummodo, vt dictum est, sint omnes Synodales.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Concursus vitiatur si adhibeatur examinator non Synodalis cum Synodalibus.

1 DVbitatur primò; an vitietur concursus ex eo quod in examine ad concursum interueniat aliquis examinator non Synodalis, cum tribus pluribusuè Synodalibus, *per cap. vtile*. 37. *de reg. iur. in 6.* Nam si iuxta dispositionem Concil. sufficit vt intersint tres examinatores Syno-
2 dales, † quomodo vitiabitur concursus ex interuentu non Synodalis cum eis? P. Homobono de bonis *in tract.* 2. *cap.* 3. *quaest.* 30. *de examine Eccl.* dicit quod possunt interuenire citrà vitiationem concursus; sed Garz. *par.* 9. *cap.* 2. *num.* 83. *&* 324. *atque* 341. *&*
3 *seq.* concludit vitiari, † ad idque affert declarationes Sac. Congregationis ac Rot. *decis. in vna Tolet. de Alcaudete* 10. *Maij* 1596. *coram Arigonio*, per quas decisum fuit *Collationes factas, habito cõcursu, cum tribus examinatoribus Synodalibus, vna cum alijs nominatis ab Archiepiscopo Toletano, absque eo quod à Synodo approbati sint, inualidas esse, easque ad S. Sedem Apostolicam* ¶ *esse deuolutas*, [ad quod etiam facit *decis. in Treueren. S. Maximini.* 20. *Nouembris* 1624. *coram Illustriss. Decano Coccino*, quam retuli *Prælud.* 8. *num.* 36. vbi dictum fuit, electionem non fuisse factam ad formã *c. quia propter. de elect.* ex quo electi fuerunt sex scrutatores videlicet tres de Collegio, & tres extra Collegium, & dictum fuit quod forma non fuerat seruata, quia electi fuerant sex, cum ex forma *d. c.* debeant eligi tantum tres: & item quia electi fuerãt tres extra Collegium cum tamen debeant esse de Collegio vt ibi *num.* 67. *& seq.* facit quod aduertit Rota in decis. per me relata *Prælud.* 8. *num.* 45. vbi quod si in electione interueniunt laici cũ clericis, electio esset nulla
4 in totum.] Cum † itaque speciales habeamus decisiones, præualere debent generalibus regulis
5 *cap. quamquam*, 23. *distin.* † vltra quod non obstare videtur huic conclusioni *d. cap. vtile*; enimuerò, qui vult concursum, illum acceptare debet cum omnibus illius qualitatibus, vt aliàs dixi,
6 nec † nisi quatenus disponit Concilium, ordinarius iurisdictionem
7 consequitur. † Regula verò *vtile*, inter cęteras limitationes, illam non infimam habet, vt videlicet vtile vitietur per inutile, quando inutile causaretur ab excessu iurisdictionis, vt sanè esset in casu nostro; *Franc. in d. cap. vtile. num.* 2. *fallent.* 6. & vbi aliquid inducatur pro forma substantiali dixi *Prælud.* 8. *num.* 43. faciunt quæ dicam infra *dub.* 4. *num.* 5. *requis. vlt.*

DV-

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Gratia facta illi, qui approbationem ordinarij præsentauit, cum attestatione quod concursus fuit legitimè factus, & re vera ita non erat; videtur subreptitia, & nulla.

1 DVbitatur secundò: An sit subreptitia, & nulla gratia seu prouisio Apostolica facta in fauorem illius, qui præsentauit approbationem, siue literas ordinarij, quibus testatur cõcursum factum legitimè & ex approbatis fuisse illum tanquam magis idoneum, electum iuxta formam Concilij, si re vera non fuisset huiusmodi examen factum iuxta formam dicti Concilij. D. Nicol. Garz. mouet hoc dubium *in tract. de benef. p. 9. cap. 2. num. 360.* & disputat ad vtramque & videtur inclinare in

2 affirmatiuã, † nam quamuis clausula: *Nos tibi qui à dilectis filijs examinatoribus in Synodo Diœcesana iuxta formã Concilij Tridentini deputatis, seruata forma Concilij huiusmodi in concursu aliorum, examinatus, & idoneus repertus, & testimonio ordinarij de vita, & moribus prædictis, ac idoneitate commendaris*: non egeat iustificatione, teste eodem Garzia *ibidem num. 361.*

3 quippequæ † non est narratiua partis, sed ipsius Papæ, cui standum adstruit, Garzia *num. 362.*

4 Siquidem † principi asserenti se informatum esse de aliqua re credendum est *ex traditis per eumdem Garziam num. 363.* & etiam tenuit Rot. *in vna Parmen. iurispatronatus. 9. Maij 1594. coram Corduba*, vbi dictum fuit Papæ assertionem dicentis sibi innotuisse aliquam Ecclesiam esse de iurepatronatus alicuius, & sic il-

5 lud præseruantis, probare, † nam inquit Garz. *d. num. 361.* prouisus non narrat concursum legitimè factum, sed solum præsentat literas testimoniales ordinarij id testantis, sed vt dixi inclinat in affirmatiuam *ibid. num. 367.* vnde dicit, quod dictæ clausulæ addendum esset, *etiam si forma Concilij*

6 *non sit rectè obseruata &c.* † sed nouissimè in additionibus ad *d. cap. 2. par. 9. in num. 367.* dicit quod non putat Datariam eam clausulam admissuram, & narrat casum de quadam Parochiali loci de Mingaria Abulen. Diœc. quæ vacauerat de mense Ianuar. 1612. sede Episcopali vacante, & inquit 1 quod cum huiusmodi Parochialis fuisset impetrata Romæ cum pensione 100. ducatorum, habita, vel non habita possessione, iuxta constitut. Pij V. ob defectum examinatorum Synodalium legitimorũ, & impetrans expediuisset literas in forma gratiosa, quarum virtute statim cœpit possessionem, electo in concursu, qui se præsentauerat in Dataria in tempore 2 ante dictam impetrationem, cum testimonialibus suæ electionis, & concursus, fuerunt oblatæ, & datæ etiam cum pensione, & gratia, & bullæ cum data anteriore de tempore dictæ præsenta-

tio-

tationis, vt posset litigare si vellet cum dicto impetrante, qui erat in possessione: & idem ait contigisse sub eodem tempore in Parochiali loci de Muriel eiusdem Diœc. quæ etiam fuit Romæ impetrata, & inquit quod hoc non fieret, nec deberet si ex illa gratia supplerentur defectus in præiudicium impetrãtis maximè soluentis pensionem.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Dispositio Conc. Trid. sess. 24. c. 18. de reform. non habet locum in prouisione gratiosa facta resignatario exhibenti testimonium Episcopi quod fuerit ad aliam Parochialem approbatus, quamuis huiusmodi approbatio facta non fuisset ritè, neque rectè, quia prouisio huiusmodi non fundatur in illa approbatione.

1 DVbitatur tertiò, an dispositio Conc. *cap. 18. de reformat. sess. 24.* procedat in ea prouisione, quæ fit à S. Sede in forma gratiosa resignatario, vel impetranti exhibenti testimonium approbationis ordinarij ad aliam Parochialem vt in tali forma gratia detur, prout inoleuit stylus ita concedere, & expedire, si approbatio non esset
2 rectè facta. † D. Nic. Garz. *in addit. c. 2. num. 367. vers. quando verò. p. 9.* dicit quod non procedit, neque gratia est subreptitia, quamuis illa approbatio non fuisset ritè, & rectè facta; prouisio enim in hoc casu non fundatur, inquit, in illa approbatione, & testimonio, sed solum fuit causa ea approbatio siue testimoniũ, quod literæ expedirentur in forma gratiosa, & non in forma *Dignum*, & idem censet de impetratione simplicis beneficij, vel præbendæ, nam
3 dataria † ex huiusmodi testimonio
4 dat literas in forma gratiosa, † ita etiam seruatur in praxi, & ipse testis sum, quod si aliquis obtinet Canonicatũ in aliqua Cathedrali, vel Collegiata, & alium similem Canonicatum, aut etiam Dignitatem impetret, nisi tamen ei immineat animarum cura, conceduntur literæ collationis in forma gratiosa.

REQVISITVM XIV.

De examinatorib. iuramento obstringendis.

EXAMINATORES electi ad præscriptam formã Conc. debebunt iurare ad Sacrosancta Dei Euangelia, se quacumque humana affectione postposita, fideliter munus executuros; nec refert, an huiusmodi iuramentum præstetur in Synodo, an extra, satius tamen esset, si præstetur in Synodo.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Examinatores si non iurarunt, concursus coram eis habitus vitiatur.

Du-

1 DVbitatur primò, An vitietur concursus, si examinatores non iurarunt. Rot. *in vna Forosempron. Parochialis. 15. Ianuarij 1593. coram Illustriss. Mantica*, videtur super hoc fecisse fundamẽtum pro nullitate concursus, & inualidate prouisionis, ibi, *neque etiam dicti examinatores de anno 1588. deputati, iuxta decretum Concil. praestiterunt iuramentum*.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Iuramentum examinatorum est de forma vt praestetur ad sacrosancta Dei Euangelia.

1 DVbitatur secundò, An debeat huiusmodi iuramentum necessariò praestari ad Sacrosancta Euangelia. Clarus est tex. Concil. per se, nempe, quod debet sic praestari, & huic conclusioni affirmatiuae adstipulatur Garz. *p. 9. c. 2. n. 356.* qui dicit esse de forma, vt praestetur huiusmodi iuramentum tactis *Sacrosanctis Euangelijs*.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Iuramentum examinatorum potest praestari etiam extra Synodum in manibus notarij.

1 DVbitatur tertiò, An iuramentum sit necessariò praestãdum in Synodo, an verò possit etiam extra Synodum praestari, & in cuius manibus sit extra Synodum praestandum, dato quod possit praestari Garz. *d. p. 9. c. 2. n. 356.* tenet posse praestari etiam extra Synodum, & poterit praestari etiam extra Synodum in manibus ordinarij, vel solius notarij, vti planè fuit à Rot. decisum *in vna Fanen. Parochialis. 28. Iunij 1596. coram R. P. D. Corduba*, quam refert Garz. *d. c. 2. n. 213.*

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Iuramentum examinatorum probatur per attestationem notarij, & literas ipsorum examinatorum.

1 DVbitatur quartò, quomodo probetur huiusmodi iuramentum. Rot. in antecedenti dubio adducta *coram Corduba* decidit probari per attestationem notarij, ac etiam per literas testimoniales ipsorum examinatorum.

REQVISITVM XV.

De examine gratis obeundo.

EXAMINATORES nec quidquam occasione examinis, nec ante, nec post accipere possunt alioquin tam ipsi, quam alij dantes incurrunt vitium simoniae, à qua absolui nequeunt, nisi dimissis beneficijs, quae quomodocumque antea obtinebant, ac ad alia obtinenda in posterum inhabiles redduntur.

DV-

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Episcopus potest dare aliquid de suo examinatoribus, sed non potest per statutum decernere aliquod stipendium.

1 DVbitatur primò, An possit statui aliquod stipendium examinatoribus, presertim ex fructibus beneficij Garz. *par. 9. c. 2. n.* 368. excitat hoc dubium, & adductis quampluribus pro affirmatiua, tandem *n.* 374. concludit pro negatiua, vbi etiam refert declarationem Sac. Congreg. per quam decisum fuit, *Irritum, & nullum esse decretum Episcopi, etiam in Synodo conditum, per quod statuitur aliquod stipendium quamuis minimũ, examinatoribus deputatis in Synodo*; putat tamen Garz. quod posset Episcopus dare aliquid de suo, quia hoc nullibi reperitur prohibitum.

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Nec Episcopus, neque eius Vicarius potest quicquam accipere pro assistentia in examine, quia Episcopus habetur etiam pro examinatore.

1 DVbitatur secundò, An possit saltem Episcopus, vel eius Vicarius assistẽs examinatoribus aliquid accipere? Garz. *d. p. 9. c. 2. n.* 380. respondet negatiuè, ea ratione, quia cum non possint aliquid accipere pro prouisionibus, & collationibus beneficiorum;
2 ita,† inquit, nec pro examinibus, quæ sunt præparatoria ad prouisionem, bona est ratio, sed addi posse etiam arbitror, quia vt iam vidimus supra, *dub. 4. req. 3.* Episcopus habetur quasi examinatore ex vi pronominis cum alijs, quod refert rem eiusdem qualitatis, & sic firma videtur negatiua.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Non est licitum competitoribus aliquid dare sibi ad inuicem vt aliquis desistat à concursu, vel vt defectus non opponat.

1 DVbitatur tertiò, An licitum sit ipsis competitoribus sibi ad inuicem aliquid dare, vt aliquis eorum desistat à concursu, vel vt defectus nõ opponat? D. Barbosa *allegat. 60. n. 54. p. 3.* excitat hoc dubium, & concludit in vtroque casu committi simoniam, prout etiam committeretur, si daretur pecunia potenti, vel alij vt metum alijs inferret, ne cõcursum subirẽt.

REQVISITVM XVI.

De perficien. & concludenda Synodo Diœcesana.

SYNODVS debet omninò perfici, & claudi, alioquin examinatores in ea propositi non censebuntur Synodales, & consequenter concursus, & examen,

men, quod coram eis fieri contingeret, esset penitus nullum.

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Examinatores debent proponi in Synodo, vera & formali, qua qualis sit ostenditur remissiuè.

1 Dubitatur primò, An sufficiat proponere examinatores in Synodo quoquomodò cōgregata? Garz. *p. 9. c. 2. n. 67.* dicit Synodum debere esse veram, & formalem, quæ autem dicatur Synodus formalis, videbimus, Deo dante, paulo post in tractatu de Synodo; vnde ait Garzia, quod non sufficeret congregasse clerum, ad affectum solum nominandi examinatores, & Iudices Synodales, quia tunc, inquit, re vera non censerentur deputati in Synodo; & ea propter examen concursus cum eis factum, esset nullum, & in Rot. *in vna Parochialis. 29. Apr. 1591. coram D. Pamphilio* dictum fuit, *quod, quia propter contradictiones, & appellationes Capituli clericorū Ecclesiæ Pampilonen. Synodus non fuit conclusa nec perfecta, sequitur proinde quod sex examinatores in ea propositi non censeantur Synodales, ita quod eorum pratermissio vitiat examen, siquidem in condendis constitutionibus in Synodo Diœcesana, necessariò requiritur consilium capituli, tametsi Episcopus non teneatur illud sequi.* Henr. Bott. *de Synodo par. 3. in princ. n. 137. vers. limita secundo.* Francisc. Leo *in Thes. for. Eccl. cap. 9. num. 15. & cap. 16. num. 14.* Garz. *de benef. par. 9. cap. 2. n. 89.* & ego latius *de Synodo c. 4. dub. 66.*

REQVISITVM XVII.

De concursus directione.

CONCVRSVS dirigi debet ad collationē legitimi collatoris, alias prouisio deuoluit ad S. Sedem, tanquam facta contra formam Concilij. 1

DVBIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Concursus irritatur si quando ad legitimū collatorē non dirigitur, & Parochialis facit deuolutionē.

1 Vt iam tandem huic Praxi finem imponamus dubitatur an fit tutus ille prouisus de Parochiali, in qua habitus fuit concursus, sed sanè non fuit directus ad legitimum collatorem, verbi gratia, cum spectaret collatio ad Papam, vel ad alium inferiorem Episcopus ipse contulit. Resoluitur nullatenus valere, sed facere deuolutionem, nam omittere, quæ lex determinat, vel facere contra mentem legis, paria sunt, & ita etiam decidit Rot. *in Dertusen. de Tibisa. 14. Nouembris 1595.* quam retuli *sup. req. 1. d. 1. n. 16. & 21.* vbi sic habetur *Rota voluit ostendere nullitatē concursus non directi ad collationem Papæ, quo casu*

casu seruanda sunt dispoſita per Concilium: faciunt quæ dixi *in d. dub. 1. num. 13. req. 1.*

DVBIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Forma Concilij Trid. circa concurſum ſeruanda eſt dumtaxat vbi Concilium ipſum receptum, & iam fuerit coacta Synodus *& in ea electi examinatores, quæ tria copulatiuè requiruntur.*

1 PRæter hactenus tradita adhuc dubitatur ſecundò, vtrum forma Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 19. de refor. & conſtitut. S. mem.* quam ſupra exaraui, ſit ſeruanda vbique locorũ. Et videtur abſolutè quod ſic, nam Conc. hic generaliter loquitur, at vbi lex generaliter loquitur, eſt etiã generaliter, intelligenda *c. 2. de coniug. Le prof. iũcto Bar. de offic. Præſid.* nihilominus
2 quia deciſiones ſpeciales † præualent regulis generalibus. 23. *diſt. quamquam.* dicamus cũ R. Anaſt. Germon. cit. à D. Licentiato Nic. Garz. *in tract. de benef. p. 9. c. 2. n. 6.* ex quo planè tract. & deciſionibus Sac. Rot. ac alijs probatis tractatibus, ad hanc praxim, per multa deſumpſi.

Dicamus inquam, quod fęl. rec. Greg. XIII. ex relatione Sac. Con-
4 greg. declarauit † *vt forma Conc. quoad concurſum locum non ha-*
5 *beat niſi in Diœceſibus*, † *in quibus fuit coacta Synodus Diœceſa-*
6 *na, & in ea iuxta formam* c. 18. de refor. ſeſſ. 24. eiuſdem Conc. † *fuerunt deputati examinatores*, nec obſtat, quod Conc. generaliter, & indiſtinctè loquatur, quia vt iã di-
7 ximus † declar. S. Congr. vim legis habent, & vbi lex per aliam diſtinguitur, intelligẽda eſt iuxta diſtinguẽtem. *Bar. in d. l. 2. de off. Præſid. & in l. aduerſus. C. de furt.* Con-
8 cludamus itaqne ex his, † formam Conc. eſſe ſeruandam dũtaxat vbi Conc. Trid. ſit receptum, & iã fuerit coacta Synodus Diœceſana, & in ea etiam electi examinatores ad formam eiuſdem Concil. quæ tria copulatiuè requiruntur.

DVBIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Acceptatio Concilij per ſe non eſt ſufficiens ad inualidandum concurſum.

ALiud ſuboritur dubium, an videlicet eſtò ſit acceptatum Conc. in aliqua Diœc. ſi nondum fuerit coacta Synodus, vel eſtò etiã fuerit coacta, non tamen fuerint electi examinatores ad formam Conc. An inquam valeat prouiſio ſi fiat in illa Diœceſi de aliqua Parochiali interim vacante? Ratio huius difficultatis eſt, quia Conc.
1 procedit annullando, † & clauſula annullatiua inducit formam *Iaſ. in l. omniu n. n. 8. C. de teſtam. Fel. in c. cum acceſſiſſent. n. 8. de conſti-*
2 *tutionib.* † Forma autem Conc. vt alias vidimus eſt omninò, & ad vnguem ſeruanda in materia con-
3 curſus, & ſic ex iſta ratione, † cum requiratur copulatiuè vt Conç. ſit acceptatũ: Synodus coacta, & examinatores electi, accedente etiam de-

declarationes ęl. rec. Greg. XIII. per
4 quam declarat, † *Constit. S. Mem. Pij V. qua incipit* in cōferendis: *nō habere locū in ijs Diœcesibus, in quibus non fuit coacta Synod. & electi examinatores acceptato*
5 *ipso Conc.* videtur dicendū, † quod acceptatio Conc. per se nō sit sufficiens ad inualidandū concursum, & prouisionem. Ego quidem salua semper &c. dicere in hac difficultate fore distinguendum (præsupposita tamen semper acceptatione
6 Conc.) † vel enim Parochialis huiusmodi Dięc. vacauit intrà seme-
7 stre datū † ad cogendum Synodum Dięcesanam post publicationē, vel acceptationē Conc. *c. fin. 18. dist.* vel vacauit post sex mēses post acceptationem huiusmodi; Si primo modo, valebit, quia nondum venit tempus necessarium ad cogendum Synodum per *d c. fin. & c. sicut. de accus.* faciunt quæ tradit Garzia *d. tract. par. 11. c. 5. n. 63.* vbi dicit quod obtinēs secundum beneficiū
8 incompatibile, † non potest intrà duos menses datos ad dimittēdum primum resignare in fauorem; nec etiam sibi retinere vltrà duos mēses illud ipsum primum, alioquin vtrumque vacaret, propter decretum irritans; attamē si sic prouisus
9 intrà † duos menses moreretur, vel aliàs matrimoniū contraheret, nō intraret decretum, nec huiusmodi beneficium primū, reseruatum remaneret ex quo vacaret ante aduentum tēporis, & cōditionis, dixi *Prol. 20. d. 13. vers. tertia, & req. 1.*
10 *d. 2. n. 85.* conditio enim † suspendit actum in euentum ipsius *Abb. in c. Const. de rescr.* facit etiam decis. Rot. *vlt. vt lit. pēd. in nou.* Æneas de Falc. *de reseru. benef. q. 3. n. 12.* Iac. Simoneta *tract. eod. q. 60. n. 5.*
11 Secundo autē modo, putà si lapsi sunt sex menses post acceptationē Concil. arbitror quod non valebit prouisio facta de Parochiali, non
12 seruata forma Conc. † sed faciet deuolutionē ad S. Sedem, & Eccle-
13 sia huiusmodi † erit omninò reseruata, donec plenariè fuerit per Summ. Pont. prouisa, erit enim huiusmodi defectus imputādus ne-
14 gligentiæ Episcopi, † qui Synodum celebrare, & alia ibi præscripta adimplere non curauit.

DVBIVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Forma Concilij circa concursum est ad vnguem seruanda, nec potest per æquipollens adimpleri.

EX quo visum est, quod de forma Conc. concursus habēdus est tātummodo in Dięc. vbi Conc. fuit acceptatum: Synod. Dięcesana habita: Et in ea electi examinatores, occurrit 4. dubitare. An forma huiusmodi cōcursus sit ita exactè seruanda, vt nequeat per æquipollens adimpleri. Hanc difficultatem facit, quod tradit Lud. Rom. *in cōs. 433. n. 5.* vbi allegat ad hoc *c. statuimus. de off. deleg. & c. vbi periculum. §. porrò. de elect. in 6.* cum
1 alijs iuribus, quæ habent quod si satisfit menti Constit. † tantum est quantū si verbis satisfieret, *Cassad. decis. 22. n. 1. sup. reg. Canc.* quos sequitur Herc. Maresc. *var. resol. lib. 1. c. 52. n. 36. & seq.* proinde videtur quod possit per æquipollens

adim-

2 adimpleri;† nam lex,vt ait Abb.*in consf.25. n. 2. p. 2.* non stringit,vbi de facto seruari non potest *c. erit autem.4.dist.& l. fin. ff. quæ sent. sine appell. rescind.* & sic secũdum
3 Marescot. *loc. cit.* † si forma sit inducta à lege, nec possit præcisè adimpleri, remittitur,& sufficit vt fiat actus eo modo,quo prius fieri poterat: at in contrarium facit *gl. in Clem. 1. de iurepatr. in verb. inbibentes, & ibi Anchar. n. 4. &*
4 *Imol. n. 7.* qui dicunt,† quòd vbi ordinarius aliquid facere debet in eo,in quo habet iurisdictionem, si detur à iure certus modus,valebit quidem actus;at verò si ordinarius recipit iurisdictionem ab ipsa lege
5 ad illud faciendum,† vel si eius iurisdictio ab ipsa lege modificetur, & limitetur cum appositione decreti,tunc actus est nullus, nisi seruetur forma. Ex his igitur concludamus propositam difficultatem,
6 nimirum † formã à Conc.& Piana Constitut. hic traditam,non modo non posse suppleri per æquipollẽs, sed esse omninò, & ad vnguem seruandam; enimverò respectu Ecclesiarum reseruatarũ recipit ab ipso Conc. & Constitut. iurisdictionem, quam non habebat; quo verò ad non reseruatas,eius iurisdictio remanet modificata cũ appositione decreti,vt clarè huiusmodi tex. verbã sonant;& in omnem casum sufficit dicere sic esse decisum à Sac. Rot. *in vna Dertusen. Paroch. 29.*
7 *Iunij 1595. coram Litta.* † *Flam. Paris. in tract. de resignat. benef. lib. 8. q. 9. num. 86.* quicquid dicat P. Homobono *de exam. Eccles. tract. 2. c. 3. q. 30.*

8 ¶ Porrò vbi electus in concursu huiusmodi nullitates narrat in impetratione,si Papa ei prouideat de eadem parochiali, etiã sine aliqua expressa derogatione Conc. Trid. intelligitur derogatum ex generalibus derogationibus, & ex clausula *non obstantibus constitutionibus Apostolicis,* propter decretũ eiusdem Conc. *sess. 25. c. fi. Rot. in causa S. Angeli pensionis. 16. Decembris 1594. coram Pamphilio. Gratian. discept. for. tom. 5. c. 940.*
9 *& 963.* † quicquid sit de alijs Cõc. generalibus, nam in ijs requiritur specifica derogatio, nec sufficit clausula *non obstantibus.* Fel. *in c. nonnulli. n. 2. de rescr. Capra consf. 157. n. 10. & seq. vbi benè n. 32. & notatur in c. at si clerici. §. de adulterijs. vbi Fel. n. 2. de iud.*

10 Quinimò Sac. Congregatio Illustrissimorum Card. d. Conc. Trid. Interpretum, de facultate sibi à Sanctissimo impertita, consueuit supplere defectus huiusmodi si re integra supplicetur.

Et sic imponamus finem huic Praxi ad gloriam, laudem, & honorem Dei Omnipotentis, eiusq. Beatissimæ, ac semper integerrimæ Matris Mariæ, ac S. Brunonis Episcopi, omniumq. Sanctorum, qui cum Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto viuunt, & viuent in æternum, & in sæcula sæculorum. Amen. Romæ 9. Cal. Maij 1626.

F I N I S.

INDEX RERVM,
QVAE IN TOTA HAC PRAXI
HABENDI CONCVRSVM CONTINENTVR.

Aduertendum est quod non citatur Pagina, sed tantum Praludia, & Requisita, vna cum Dubijs, & numeris marginalibus; quocirca lit. P. Prelud. R. Requisita, D. vero Dubium, ac tandem N. Numerum marginalem indicabit.

Aetas

Ba-

B

Bullæ

C

Casus

Clau-

D

Digni-

E

Ec-

Ele-

non

Exa-

Exa-

G

 ali-

Mo-

Oppo-

P

Paro-

Pau-

Rector

S

Sacri-

Spurius

Ve-

Vnire

REGESTVM.

† †† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm.

Omnes sunt Quaterniones, præter † Duernio, ††, & Mm, Terniones.